This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/





13

NSPL.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ
ΤΟΥ ΧΑΙΡΩΝΕΩΣ
ΤΑ· ΗΘΙΚΑ.

PLUTARCHI
CHÆRONENSIS
MORALIA,

ID EST

OPERA, EXCEPTIS VITIS, RELIQUA.

GRÆCA EMENDAVIT,
NOTATIONEM EMENDATIONUM, ET LATINAM XYLANDRI
INTERPRETATIONEM CASTIGATAM, SUBJUNXIT,
ANIMADVERSIONES EXPLICANDIS REBUS AC VERBIS, ITEM
INDICES COPIOSOS, ADJECIT,

DANIEL WYTTENBACH,
HIST. ELOQ. LITT. GR. ET LAT.
IN ILLUSTRI ATHEN. AMSTELOD. PROFESSOR.

OPERUM TOMUS VI.
ANIMADVERSIONUM PRIMUS.

PARS II.

ASTOR LIBRARY
NEW-YORK.

OXONII,
E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO.
MDCCCX.

DANIELIS WYTTENBACHII

ANIMADVERSIONES

IN PLUTARCHI LIBRUM

DE CAPIENDA EX INIMICIS UTILITATE.

P. 86. B. ΠΩΣ ΑΝ ΤΙΣ ΥΠ' ΕΧΘΡΩΝ ΩΦΕΛΟΙΤΟ] In Lampriæ Catalogo Num. CXXVII: Sopatri Eclogis apud Photium Cod. CLXI. p. 341: Macarii Chryſocephalæ Rhodonia apud Villoiſonum in Anecdot. Gr. T. II. p. 10. eodem titulo proditur. Stobæus Serm. XIX. p. 366: Πλουτάρχου ἐν τῷ, Πῶς ἔστι ἀπ' ἐχθρῶν ὠφεληθῆναι: ita editio Schowii, nam in Trincavelliana Serm. XVII. et Geſneriana non eſt libri nomen. Idem Stobæus Serm. XXXIII. p. 214. ad locum citatum ex hoc libro p. 90. B. ἄνευ δὲ τούτου—κατεργάσηται, additum habet in Geſneriana editione Latinum elogium, *Plutarchi in libro, quomodo quis fructum ab inimicis capiat*; nam in Trincavelliana locus hic deeſt: Schowiana in Serm. XXVII. deſinit. Simplicius Commentario in Epicteti Enchiridion p. 306: καὶ ὅγε Χαιρωνεὺς Πλούταρχος βιβλίον ὅλον περὶ τῆς ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν ὠφελείας συντέθεικεν. Citantur porro loci ex hoc libro, omiſſo tamen ejus titulo, nec niſi Plutarchi nomine addito: p. 87. B. a Suida in Σικχός: p. 92. D. a Thoma Magiſtro in Ὑπέρ: p. 88. D. in Sententiis Maximi et Antonii p. 329.

86. B. Κεϱνήλιε Πούλχεϱ, ἄτεϱ] Quod in Emendatione poſui, adhuc tueor: ἄτεϱ quidem perperam ortum ex antecedente voce: nec alia ſive lectio, ſive correctio, in Hiſt. Acad. Inſcript. T. XIV. prodita, ἄτη δὴ, minus inepta. *Cornelium Pulchrum*, alibi me legere haud memini.

86. B. ἄθηρον, ὥσπερ ἱστοροῦσι τὴν Κρήτην] *a feris beſtiis liberam*, id eſt, iis quæ nocent, in primis morſu, quorum remedia dicuntur θηριακά. Gregorius Naz. Carm. XIII. 49: Χώρην μέν τιν' ἄθηϱον ἀκούομεν, ὥς ποτε Κρήτην: Plinius VIII. 83: *In Olympo Macedoniæ monte non ſunt lupi: nec in Creta Inſula. Ibi quidem non vulpes urſive, atque omnino nullum maleficum animal præter phalangium.* Ælianus Nat. Animal. III. 32. Antigonus Caryſtius Hiſt. Mirab. Cap. X: Diodorus Sic. IV. 17. ubi videndus P. Weſſelingius. Multa in hanc rem J. Meurſius, Cretæ II. 8. Et Ariſtoteles in Mirabil. Auſcult. Cap. LXXXIV. idem tradit, quod docte illuſtrat ejus libri recentiſſimus editor Jo. Beckmannus.

86. C. Χίλων ὁ σοφὸς] Unus ex illis ſeptem. Eamdem ejuſdem nomine ſententiam laudat Plutarchus De Amicor. Multitud. p. 96. A: et Fragm. De Anima ap. Gellium I. 3.

86. C. Ξενοφῶντος] Œconomico I. 15: Καὶ οἱ ἐχθροὶ ἄϱα, κατάγε τὸν σὸν λόγον, χρήματά εἰσι τῷ δυναμένῳ ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν ὠφελεῖσθαι. Ἔμοιγ' οὖν δοκεῖ. Οἰκονόμου ἄϱα ἐςὶν ἀγαθοῦ καὶ τοῖς ἐχθροῖς ἐπίςασθαι χρῆσθαι, ὥςε ὠφελεῖσθαι ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν. Idem dictum Plutarchus poſuit ſupra p. 40. B. Sciiptor incertus, ut videtur Damaſcius, apud Suidam voce Εὐλόγως. —ἐπέδειξεν ἀληθῆ ὄντα τὸν λόγον, ὃν ἔφη Σωκράτην εἰπεῖν ὁ Ξενοφῶν πρὸς Ἰσχόμαχον, ὡς ἔςιν ἄϱα τὸν ἀγαθὸν ὠφελεῖσθαι καὶ ὑπὸ τῶν βλάπτειν αὐτὸν παϱαμένων. In Proverbiis Metricis A. Schotti 1239: Πολλάκις τοι πολλ' ἀπ' ἐχθρῶν μανθάνουσιν οἱ σοφοί.

86. C. Ἅπεϱ οὖν εἰς τοῦτο πρώην—] De hoc Plutarchi inſtituto habitas ſcholas conſcribendi et edendi exempla appoſuimus ad p. 15. A.

86. C. ὁμοῦ τι] *propemodum, ferme:* unus ad ſententiam recte vertit Pannonius: cæteri *ſimul, totidem verbis* Eraſmus et Xylander, *in unum contracta* Cruſerius, ſequentes

lectionem alteram ὁμοῦ. Utrumque dicitur, ut recte quidem monet Iſ. Caſaubonus ad Strabonem p. 425: ſed diſcrimen ſignificationis quoque notandum: ὁμοῦ eſt *una, ſimul*: ὁμοῦ τι, *propemodum, circiter*, quæ notio ſane omnibus apta eſt locis, ubi hæc particula a Scriptoribus ponitur: quod ſatis oſtendit eam veram eſſe notionem. Sed hac animadverſione defungamur notandis locis Plutarcheis. Sic igitur Opp. Mor. p. 77. C. 378. D. 400. D. 413. F. (quo loco citato in nota Weſſelingii ad Diodor. Sic. T. I. p. 118. perperam legitur ὁμοῦ τε) 976. D. 1010. C. Vitarum p. 60. A. 106. D. 115. B. 196. E. 224. A. 361. D. 458. D. 480. D. 533. E. 575. F. 592. C. 594. E. 631. E. 814. E. 873. F. 951. A. 1024. C. 1031. A. 1072. B.

86. C. Πολιτικοῖς Παραγγέλμασι] Quæ exſtant Opp. Mor. p. 798.

86. *D.* πυτίαις] De diverſitate ſcripturæ, πιτυαῖς, monuimus dudum ad Ser. Num. Vind. p. 42: hujus editionis p. 552. F.

86. D. μὴ τῶν θηρίων ἐπιλιπόντων τῷ ἀνθρώπῳ, θηριώδης αὐτοῦ ὁ βίος γένηται] Eadem ſententia utitur Plutarchus De Solert. Animal. p. 964. A: τρόπον τινὰ θηρίων βίον βιωσόμεθα, τὰς ἀπὸ τῶν θηρίων προέμενοι χρείας: quod Porphyrius tranſtulit in diſputationem De Abſtinentia I. 4.

86. E. Τράγος γένειον—] Videtur a poeta ſcriptum fuiſſe Τράγος γένειον σύ γε πενθήσεις ἄρα. Ex Dramate Satyrico ſumtum res ipſa prodit: ex Æſchyli *Prometheo* πυρκαεῖ ſumtum veriſimile eſt inde, quod hoc nomine illius fuit Drama idque Satyricum fuiſſe apparet ex Auctore argumenti ad Perſas ſcripti; niſi forte hujus verba aliter accipienda ſunt, judice Iſ. Caſaubono De Satyrica Poeſi I. 5. Fortaſſe ex hujuſmodi Satyrico Dramate fluxit comparatio, qua uſus eſt Auctor ad Herennium IV. 6: *ſi Triptolemus, cum hominibus ſemen largiretur, ipſe ab aliis hominibus id mutuaretur: aut ſi Prometheus, cum ignem mortalibus dividere vellet, ipſe a vicinis, cum teſta ambulans, carbunculos corrogaret, nonne ridiculus videretur?* Rei exemplum etiam pueri præbent; quippe, ut ait Dion Chryſ.

Nyſſ. in Sententiis Anton. et Max. p. 408. Plinius XI. 115. Ælianus Nat. Animal. III. 7. IV. 18. Ariſtoteles Mirab. Auſcult. CLIX. ad quem eruditiſſimus J. Beckmannus alios etiam laudat auctores.

87. D. *πρὸς ταῦτα οἱ μισοῦντες ἄπτουσι*] Videtur pars Senarii.

87. D. *εὐλαβούμενον ζῆν*] Accipiendum vel *πρὸς τὸ εὐλαβούμενον ζῆν*, ut vertimus, et conſtructionis rationem expoſuimus ad p. 80. B. vel ita elliptice, *Profecto! utile eſt vivere ſibi caventem et ad ſe ipſum attendentem—:* quale ſpectarunt, certe videntur voluiſſe, Pannonius et Cruſerius.

87. D. Ἡ *γὰρ οὕτω*] In editione noſtra minore perperam eſt *οὔπω*.

87. D. *μετ' εὐχρηστίας—*] *cum utilitate et emolumento, ad uſum accommodate:* proprie eſt facultas *τοῦ εὖ χρῆσθαι τοῖς πράγμασι*, *rebus recte utendi.* Ut hoc loco, ita alibi a librariis cum *εὐχαριστία* confuſa reperitur, v. c. De Stoic. Repugn. p. 1038. A. item apud Porphyrium De Abſtinent. I. 55: *ἀπὸ ἀχρηστίας παντὶ τῷ ὑπάρχοντι βίῳ—τὸ μὴ παρὸν ζητοῦσι, τῷ ἀχαριστεῖν τῷ παρόντι·* videtur *ἀχαριστίας* corrigendum Reiſkio et Rhoerio, nec ego repugno, quamquam et *ἀχρηστία* huic ſententiæ congruat, *ignorantia rebus recte utendi.* Ibidem III. 20. p. 261: *κοινότερον δὲ τῆς ὠφελείας, ἣν εὐχρηστίαν οὗτοι λέγουσιν, ἀκουστέον:* id eſt, *ὠφέλεια*, quam Stoici *εὐχρηστίαν* vocant, *communi ſenſu intelligenda eſt:* hunc locum in Fragmentis Plutarchi cenſuimus Incert. XCV. Et vero *εὐχρηστία*, *ſcientia rebus bene utendi*, parit *εὐχαριστίαν*, *ut contenti ſimus noſtra ſorte, eamque grato animo Providentiæ divinæ acceptam referamus:* ita Epictetus Diſſert. I. 6: *Ἀφ' ἑκάστου τῶν ἐν τῷ κόσμῳ γινομένων ῥᾴδιόν ἐστιν ἐγκωμιάσαι τὴν Πρόνοιαν, ἂν δύο τις ἔχῃ ταῦτα ἐν ἑαυτῷ, δύναμίν τε συνορατικὴν τῶν γεγονότων ἑκάστῳ, καὶ τὸ εὐχάριστον· εἰ δὲ μὴ, ὁ μὲν οὐκ ὄψεται τὴν εὐχρηστίαν τῶν γεγονότων· ὁ δὲ οὐκ εὐχαριστήσει ἐπ' αὐτοῖς οὐδέν.* Sed *εὐχρηστία* non ſolum active dicitur *facultas bene utendi rebus*, ſed etiam paſſive *utilitas ex rerum uſu percepta:* item *εὔχρηστος*, de quo alibi dicemus: et *χρηστικὸς*, de quo diximus ad p. 80. B: et *εὐχρηστέω* p. 185. D.

87. E. Ἦ κεν γηθήσαι] Iliad. A. 255.

87. F. τοὺς περὶ τὸν Διόνυσον τεχνίτας] Ita vocantur *actores cantoreſque ſcenici:* et aliis, et Plutarcho v. c. Quæſt. Rom. p. 289. C: Διὰ τί τοὺς περὶ τὸν Διόνυσον τεχνίτας, ἱστρίωνας οἱ Ῥωμαῖοι καλοῦσιν; Sylla p. 468. C. Lucullo 511. E. Agide 810. A. Antonio 942. B. Bruto 994. A. Arato 1052. A. Ariſtoteles Problem. XXX. 10. alia dixit forma: Διὰ τί οἱ Διονυσιακοὶ τεχνῖται ὡς ἐπιτοπολὺ πονηροί εἰσιν; quod repetit Gellius XX. 4. hæc præmittens: *Comœdos quiſpiam et tragœdos, et tibicines dives adoleſcens, Tauri philoſophi diſcipulus, liberos homines in deliciis atque in delectamentis habebat: id genus autem Græce appellantur* οἱ περὶ τὸν Διόνυσον τεχνῖται. Idem Rhetoric. III. 2. ad quem locum conſulatur P. Victorius p. 470: cui adhibeantur et H. Stephanus Theſ. L. Gr. Indic. p. 761: Rigaltius ad Artemidor. p. 8: Olearius ad Philoſtrat. p. 193: Weſſelingius ad Diodorum Sicul. T. I. p. 251.

87. F. ἀπροθύμους] Sic et loquendi conſuetudo flagitabat. Plutarchus ſæpe: Opp. Mor. p. 74. A. 129. B. 438. B. 576. E. 620. C. 855. D. 865. B. Vitarum p. 112. C. 227. A. 435. A, B. 611. E. 651. A. 717. C. 797. E. 805. C. 895. A. Xenophon Hellenic. I. 6. 4.

p. 88. A. ὁ Νασικᾶς] Hic utrum fuerit P. Corn. Scipio Naſica, cognomine *Corculum,* an P. Corn. Scipio Naſica, is qui Tib. Gracchum interfecit, cognomine *Serapio,* non conſtat: nec alibi hoc effatum ſub hujus nomine memorari memini: utriuſque quidem tempora cum excidio Carthaginis et Corinthi conjuncta fuerunt. Carthaginem delere diſſuaſit in Senatu, rationibus fere iiſdem atque hoc loco memorantur, ut eſt apud Appianum Punicorum 69. et Florum II. 15. *Scipio Naſica ſervandam (cenſuit Carthaginem), ne metu ablato æmulæ urbis, luxuriari felicitas urbis inciperet.* Simile dictum Q. Metelli poſt finitum Bellum Punicum II. prodit Valerius Maximus VII. 2. 3: *Q. quoque Metelli cum gravis, tum etiam alta in ſenatu ſententia: qui devicta Carthagine, "Neſcire ſe, illa victoria bonine "plus an mali reipublicæ attuliſſet," aſſeveravit: "quoniam, ut pacem reſtituendo profuiſſet, ita Hannibalem ſub-*

" movendo nonnihil nocuiſſet. Ejus enim tranſitu in Italiam, " dormientem jam populi Romani virtutem excitatam: me- " tuique deberi, ne acri æmulo liberata in eumdem ſomnum " revolveretur." In æquo igitur malorum poſuit, uri tecta, vaſtari agros, exbauriri ærarium: et priſci roboris nervos bebetari.

88. B. Διογένους ἀπόφασιν] Vide notata p. 21. E.

88. B. Βαθεῖαν αὔλακα—] Æſchyli Septem ad Theb. 600: de quo diximus ad p. 32. D.

88. B. Νικώμενοι, φησὶν Πίνδαρος, ἄνδρες ἀγρυξίᾳ δέδενται] Ex perdito carmine citat etiam Scholiaſtes Pindari ad Olymp. VIII. 92: νικώμενοι γὰρ ἄνδρες ἀγρυξίᾳ δέδενται, οὐ φίλων ἐναντίον ἐλθεῖν: et ad Pyth. IX. 163: νικώμενοι δὲ ἀγρυξίᾳ δέδενται. Heſychius fortaſſe hoc ſpectavit, Ἀγρυξία· σιωπή: ubi videatur J. Albertius. Factum nomen ad ſimilitudinem nominis ἀφασία, quod ipſum nomine ἀγρυξία interpretatur Heſychius in Ἀμφασία: ductum a Proverbio Οὐδὲ γρῦ: unde et proverbialis dictio Οὐδὲ γρύζειν. Pindarica ſententia in Metricis Proverbiis poſita eſt 1242: Τῇ ἀγρυξίᾳ δέδενται ἄνδρες οἱ νικώμενοι: magis ad ordinem verborum fit Iambicus, Νικώμενοι δ' ἄνδρες δέδεντ' ἀγρυξίᾳ: neutrum ad auctoris exemplum.

88. C. ταῦτα ἀποστρέφει τὴν γλῶτταν, ὡς ὁ Δημοσθένης φησὶν—] Or. De Falſa Legat. p. 227. A: —τὸ συνειδέναι πεπραχόσιν ἑαυτοῖς τὰ πράγματα, τοῦτο παραιρεῖται τὴν θρασύτητα τὴν τούτων· τοῦτο ἀποστρέφει τὴν γλῶτταν· ἐμφράττει τὸ στόμα· ἄγχει· σιωπᾷν ποιεῖ. Plutarchus iterum citat De Superſtitione p. 165. A. Coloris quid inde duxit Philo Jud. De Septenario p. 1176. A: οὐδεὶς ἀλλ' οὐδὲ τὸν βραχύτατον χρόνον ἑορτάζει συνειδήσει τῶν ἀδικημάτων ἀγχόμενος.

88. C. Σύ τοι διαφέρει—] Euripidis Oreſte 251.

88. D. Ἄλλων ἰατρὸς—] Notavimus ad p. 71. F.

88. D. ὁ καικίας τὰ νέφη—] Proverbium et alibi uſurpat Plutarchus: Reip. Ger. Præcept. p. 823. B: πάντα τὸν ἄλλον βίον ἕλκων ἐφ' ἑαυτὸν, ὡς καικίας νέφη. Hunc ipſum locum habent Sententiæ Maximi et Antonii p. 329: γὰρ ὁ καικίας τὰ νέφη, καὶ ὁ φαῦλος βίος ἐφ' ἑαυτὸν ἕλκει τὰς λοιδορίας. Diogenianus IV. 66: Ἕλκων ἐφ' ἑαυτὸν, ὥσπερ κα

κίας νέφος· ἐπὶ τῶν ἐπισπωμένων ἑαυτοῖς κακά. Scholiaſtes Ariſtoph. Equit. 435: ὄνομα ἀνέμυ καικίας· τὸν δὲ αὐτὸν ᾗ νότον καλοῦσί τινες·—οὗτος δὲ ὅτε πνεῖ, τὰ νέφη εἰς ἑαυτὸν ἕλκει· ὡς τὸ, Κακὰ ἐφ' ἑαυτὸν ἕλκων, ὡς ὁ καικίας νέφος. Ariſtoteles Meteorolog. II. 6: ὁ δὲ καικίας οὐκ αἴθριος, ὅτι ἀνακάμπτει εἰς αὑτόν· ὅθεν καὶ λέγεται ἡ παροιμία, Ἕλκων ἐφ' αὑτὸν, ὥσπερ καικίας νέφος· quod hinc retulit Gellius II. 22. cujus videndi ſunt interpretes. Idem Ariſtoteles Problem. XXVI. 1. et 29: Διὰ τί ὁ καικίας μόνος τῶν ἀνέμων ἐφ' ἑαυτὸν ἄγει τὰ νέφη; ὥσπερ καὶ ἡ παροιμία λέγει, Ἕλκων ἐφ' αὑτὸν, ὥσπερ καικίας νέφος—. Cauſſam quoque reddit Theophraſtus De Ventis p. 410. Plinius II. 48: ubi videatur Harduinus. *Cæcias*, Aquilo vicinus Euro. De Ventorum locis et nominibus ad Veterum rationem ordinandis egregie meritus eſt nuper medicus præſtantiſſimus Koray, natione Græcus, memor originis, ejuſque laudem ingenio ac doctrina conſectans: qui Pariſiis degens, Literas nuper noſtras auxit præclara editione libri Hippocratei περὶ ἀέρων, ὑδάτων, τόπων: cui Tabulam Ventorum diligentiſſime elaboratam ſubjecit.

88. E. Μή πῃ ἄρ' ἐγὼ τοιοῦτος] Vide ad p. 40. D.

88. E. τοῦ λοιδορεῖν ἄλλως ἀχρήστου καὶ κενοῦ] Demoſthenes Or. Olynth. II. p. 6. B: Τὸ μὲν οὖν ἐπίορκον ᾗ ἄπιστον καλεῖν ἄνευ τοῦ τὰ πεπραγμένα δεικνῦναι, λοιδορίαν εἶναί τις ἂν φήσειε κενὴν δικαίως. Epiſtola IV. p. 118. D: —λοιδορίας, ἣ μηδεμίαν κακίαν καθ' ὅτου λέγεται δείκνυσιν, ὐδέν ἐστ' ὄφελος.

88. E. Λέων ὁ Βυζάντιος] Platonis auditor, patriam Byzantium adverſus Philippum tutatus eſt. De hoc luculentus exſtat incerti ſcriptoris locus apud Suidam voc. Λέων, Λέοντος, Βυζάντιος—· paulo brevior eſt Philoſtratus Vit. Sophiſt. I. 2. Aliud ejus facete dictum ad Athenienſes memorat Plutarchus 804. A. et illi modo dicti. Hoc ipſum quadam cum varietate narrat Sympoſ. II. p. 633. C: Λέων ὁ Βυζάντιος, εἰπόντος Πασιάδυ πρὸς αὐτὸν, ὀφθαλμιᾶσαι δι' αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς, Ἀσθένειαν, ἔφη, σώματος ὀνειδίζεις, νέμεσιν οὐχ ὁρῶν ἐπὶ τῶν ὤμων βαστάζοντά συ τὸν υἱόν. Εἶχε δὲ κυρτὸν ὁ Πασιάδης υἱόν.

88. F. Ἀνδροκτόνου—Σὺ δ' αὐτόχειρ—] Euripidis ex Alcmæone: notavimus ad p. 35. D.

p. 89. A. Πρὸς τὸν Κράσσον ὁ Δομίτιος—] Bis alibi narrat Plutarchus: Reip. Ger. Præcept. p. 811. A: Κράσσος ὁ ῥήτωρ, Δομιτίου πρὸς αὐτὸν εἰπόντος, Οὐ σὺ μυραίνης ἐν κολυμβήθρᾳ σοι τρεφομένης, εἶτα ἀποθανούσης, ἔκλαυσας; ἀντηρώτησεν, Οὐ σὺ τρεῖς γυναῖκας θάψας οὐκ ἐδάκρυσας; De Solert. Animal. p. 976. A. iiſdem fere verbis. Narrat quoque Ælianus Natur. Animal. VIII. 4: Τὴν Κράσσου τε τοῦ Ῥωμαίου μύραιναν ᾄδουσιν· ἥπερ οὖν καὶ ἐνωτίοις καὶ ὁρμίσκοις διαλίθοις κεκόσμητο, οἷα δήπου ὡραία κόρη· καὶ καλοῦντος τοῦ Κράσσου τὸ φώνημα ἐγνώριζε, καὶ ἀνενήχετο· καὶ ὀρέγοντος ὁτιοῦν, ἤδε ἤσθιε, προθύμως καὶ ἑτοίμως λαμβάνουσα. Ταύτην τοι καὶ ἔκλαυσεν ὁ Κράσσος, ὡς ἀκούω, τὸν βίον καταστρέψασαν, καὶ ἔθαψε. Καί ποτε Δομιτίου πρὸς αὐτὸν εἰπόντος, Ὦ μωρὲ, μύραιναν ἔκλαυσας τεθνεῶσαν· ὁ δὲ ὑπολαβὼν, Ἐγὼ θηρίον, ἔφατο, σὺ δὲ τρεῖς γυναῖκας θάψας, οὐκ ἔκλαυσας. Hinc, ut videtur, Tzetzes Chiliad. VIII. 173. Macrobius Saturn. II. 11: paulo diverſe—. *Craſſus vir cenſorius, nam cum Cn. Domitio cenſor fuit, cum ſupra cæteros diſertus baberetur, eſſetque inter clariſſimos cives princeps, tamen murænam in piſcina domus ſuæ mortuam atratus tamquam filiam luxit. Neque id obſcurum fuit; quippe collega Domitius in ſenatu boc ei quaſi deforme crimen objecit. Neque id confiteri Craſſus erubuit: ſed ultro etiam, ſi Dis placet, gloriatus eſt cenſor, piam affectuoſamque rem feciſſe ſe jactitans.* Aliter etiam Porphyrius De Abſtinent. III. 5: ἡ γοῦν Κράσσου τοῦ Ῥωμαϊκοῦ μύραινα ὀνομαστὶ καλουμένη προσῄει τῷ Κράσσῳ· ὃν καὶ οὕτως διέθηκεν, ὡς πενθῆσαι ἀποθανοῦσαν, τριῶν τέκνων ἀποβολὴν πρότερον μετρίως ἐνεγκόντα. De Hortenſio prodit Plinius IX. 81: *Apud Baulos in parte Bajana piſcinam babuit Hortenſius orator, in qua murænam adeo dilexit, ut exanimatam fleſſe credatur*: ubi videatur Harduinus: fortaſſe propter ſimilitudinem et rei, et ſtudii, et laudis oratoriæ, factum illius cum hoc temere communicavit fama. Craſſus orator cum Cn. Domitio cenſor fuit A. U. 659. non ſine inſigni diſſenſione et mutua reprehenſione: qua de re videatur Pighius Annal. Magiſtrat. Rom T. III. p. 212.

89. A. Φιλεῖ γὰρ ὁ τοιοῦτος—] Initium verſus ſuæ ip orationi accommodavit Plutarchus: idque annotator q'

in margine codicis A. et Exempli Turneb. monere voluit hac notula: *στίχοι θαυμαστοὶ Σοφοκλέους· Φιλεῖ γὰρ οὗτος γλῶτταν ἐκχέας μάτην Ἄκων ἀκούειν οὓς ἑκὼν εἴποι λόγους.* Sunt ex incerta tragœdia: ſervati quoque a Stobæo Serm. XVIII. initio, additis duobus prioribus:

> Τί ταῦτ' ἐπαινεῖς; πᾶς οἰνωθεὶς ἀνὴρ
> Ἥσσων μὲν ὀργῆς ἐστι, τοῦ δὲ νοῦ κενός·
> Φιλεῖ δὲ πολλὴν γλῶσσαν ἐκχέας μάτην
> Ἄκων ἀκούειν οὓς ἑκὼν εἶπεν κακῶς.

Primum, et duos poſtremos, appoſuit Clemens Alexandr. Pædag. II. p. 154. A. Vertit totam ſententiam H. Grotius Florileg. p. 97: animadvertit Valckenarius ad Euripidis Phœn. p. 162. et Diatrib. Fragm. p. 37: retulit Brunckius in editione Sophoclis T. II. p. 42. Verſus ultimus habet vim formamque proverbialem, jam inde a principibus Poetarum profectam: Homero Il. Υ. 250: Ὁπποῖόν κ' εἴπῃσθα ἔπος, τοῖόν κ' ἐπακούσαις: Heſiodo Ἔργ. 719: Εἰ δὲ κακὸν εἴποις, τάχα κ' αὐτὸς μεῖζον ἀκούσαις: ubi Proclus ex Plutarcheo, ut videtur, Commentario illum Homeri, et hunc Alcæi citat verſum: Ἀλκαῖος· Εἴ κ' εἴποις τὰ θέλεις, ἀκούσαις τά κ' οὐ θέλεις. Simile eſt Terentii Andr. V. 4. 17: *Si mihi pergit quæ volt dicere: ea quæ non volt, audiet:* ubi alia dant interpretes. Homerico uſus eſt Plutarchus Adv. Colotem p. 1122. B. et Ariſtides T. II. p. 422.

89. B. ὁ Ἀντισθένης] Diogeni tribuitur ſupra p. 74. C. 82. A: illius ſimile notavimus ad p. 87. B. Sed frequens eſt in hoc genere diſſenſus Scriptorum et invicem, et ſingulariter ſui cujuſque a ſe ipſe, ut eadem dicta vel facta aliis ac diverſis auctoribus adjungant. Monuimus etiam in Emendatione.

89. C. ὁ Τήλεφος—] Diximus ad p. 46. F.

89. C. τὸν Θεσσαλὸν Προμηθέα—] Jaſon Pheræus, cognomine *Prometheus* dictus eſt. Viri frequens eſt mentio in Veterum ſcriptis; unde ejus hiſtoriam componere operæ pretium erat; etiam poſt Barthelemium, qui hoc argumentum obiter et univerſe perſtrinxit in Peregrinatione Anacharſidis T. IV. p. 107. ſeq. memorans pervulgata,

omiſſis minus notis, veluti iis, quæ in hoc Plutarchi loco traduntur. Quoſdam et præcipuos auctores laudavit Valckenarius ad Orationem De Philippo Macedone p. 226. Cognominis *Promethei* non diſerta, quod ſciam, exſtat mentio. Conjectura colligitur: primum, quod eumdem hoc nomine afficere videtur Xenophon ex perſona Theramenis reprehendentis Critiam, qui abſens fuerit Athenis ἐν Θετταλίᾳ μετὰ Προμηθέως δημοκρατίαν κατασκευάζων, καὶ τοὺς πενέστας ὥπλιζεν ἐπὶ τοὺς δεσπότας, Hellenicorum II. 3. 18: deinde quod eadem hæc ulceris ſanatio ab aliis compluribus ſcriptoribus ad Jaſonem Pheræum refertur. Nam quod idem prodit cum nomine Promethei Tzetzes ad Heſiodi Ἐργ. 279. p. 71. ex Plutarchi perdito Commentario fluxit: Λυκίδης ὁ Ἀργεῖος· οὗτος γὰρ θέλων ἀνελεῖν Προμηθέα τινὰ Θετταλὸν, φῦμα ἔχοντα, παίσας τῷ ξίφει παρὰ τὸ φῦμα, ἰάσατο· ubi credibile eſt Tzetzem poſuiſſe τινὰ *aliquem*, pro vetere τὸν, quod cognomen hoc Jaſoni fuiſſe ignoraret. Cæterum aut fallor, aut adhibuit ſimul excerpta Plutarchea hujus libelli: in quibus quum proximam videret mentionem *Lacydæ Argivi*, hunc fecit interfectorem Promethei. Cicero Nat. Deor. III. 29: *nec prodeſſe* (*voluit*) *Pheræo Jaſoni is, qui gladio vomicam ejus aperuit, quam ſanare medici non potuerant.* Plinius VII. 51: *Pheræus Jaſon tum deploratus a medicis in vomicæ morbo, quum mortem in acie quæreret, vulnerato pectore medicinam invenit ex hoſte.* Valerius Max. I. 8. Extern. 6: *Divinæ fortunæ vulnus Pheræo Jaſoni quidam exitii ejus cupidus intulit. Nam cum inter inſidias gladio eum percuſſiſſet, vomicam, quæ a nullo medicorum ſanari potuerat, ita rupit, ut hominem peſtifero malo liberaret.* Spectat eodem Seneca De Beneficiis II. 19: *Tuber quidam tyranni gladio diviſit, qui ad eum occidendum venerat: non ideo illi tyrannus gratias egit, quod rem, quam medicorum manus reformidaverant, nocendo ſanavit.* Quos ad locos quædam notarunt interpretes: et ſeorſim P. Victorius Var. Lect. VII. 9: Jo. Brodæus Miſcell. I. 23. Gatakerus ad M. Antonin. II. 16. p. 55.

89. D. καθάπερ οἱ παλαίοντες τὴν κόνιν—] Nota res ex luctæ more: quem etiam attingit Plutarchus Sympoſ. II. 4.

ipſum verbum συμπάσαι adhibens p. 638. E: Ovidius Met. IX. 35. ubi videantur interpretes: Lucianus De Gymnaſ. T. II. p. 884. et ſeq. Comparatio ad rixas et objurgationes traducta, ſignificatur verbo φύρεσθαι. Plato Gorgia p. 288. D: φύρονται ἐν τῷ αὐτῷ καὶ περὶ τὰ αὐτὰ σοφισταὶ καὶ ῥήτορες, καὶ οὐκ ἔχουσι ὅ, τι χρήσονται οὔτε αὐτοὶ ἑαυτοῖς, οὔτε οἱ ἄλλοι ἄνθρωποι τούτοις. Epictetus Diſſert. II. 12. p. 230: Οἱ δὲ πολλοὶ καὶ εἰκαῖοι συγκαθέντες εἴς τι τοιοῦτον, φύρονται καὶ φύρουσι, καὶ τὰ τελευταῖα λοιδορήσαντες καὶ λοιδορηθέντες ἀπέρχονται. IV. 13. p. 675: φύρω καὶ φύρομαι. Ariſtides T. II. p. 112.

89. E. Λακύδην τῶν Ἀργείων βασιλέα κόμης τινὸς διάθεσις— εἰς μαλακίαν διέβαλε] Harl. Moſc. 1. et 2. pro τῶν dant τὸν, nec repudiandum. Res non alibi quod ſciam prodita, referenda eſt ad veteres Argivorum Reges, quorum ultimam fuiſſe ſucceſſionem conſtat ex Heraclidarum gente; quandoquidem, ſi qui poſtea, abrogato regio imperio, ad tempus ſingulares domini Argos tenuerunt, non reges ſed tyranni dicebantur, veluti Ariſtomachus, de quo Polybius II. 59: Plutarchus Arato p. 1048. A. et alibi. Igitur quæ hoc loco notatur mollities et luxuries, convenire videtur in *Leocedem* Phidonis Argivorum regis filium, quem Herodotus numerat in procis Agariſtæ Cliſthenis, Sicyoniorum regis, filiæ, VI. 127: quem *Lacidem* appellat Pauſanias, ejus filium Meltam, Medonis nepotem, ultimum Argivorum regem, certe ab Argivis regno exutum perhibens: ubi Μήδωνος nomen pro Φείδωνος ex errore librarii veniſſe videtur, II. 19. p. 152. indeque temere ab hodiernis quibuſdam in ſtemmate illius ſtirpis poſitum. In dictione κόμης τινὸς διάθεσις eſt quod cui novum accidat. Reiſkio in mentem veniebat corrigere κόμης ποία τις διάθεσις, minime illud Plutarcheæ conſuetudinis: mihi περίθεσις, vel ἐπίθεσις, vel πρόσθεσις, quaſi *adſcititius capillus* ſignificari videtur, quod antiquis uſitatum fuiſſe conſtat. Poſtea animadverti nil mutandum, ſed τινὸς pro τὶς accipiendum, ut κόμης τινὸς διάθεσις idem ſit ac κόμης τις διάθεσις, *certa quædam diſpoſitio et forma capilli.* Hunc enim uſum Pronominis τὶς alibi quoque deprehendiſſe mihi videor. De Aud. Poet. p. 19. F: τὴν περὶ τὸν καπνὸν γοητείαν ἀέρος τινὸς κάθαρσιν εἶναι

βούλονται· poſitum eſt pro ἀέρος τινὰ κάθαρσιν. De Audiendi Rat. p. 44. E. ἐμέτου τινὸς ἐγκώμια ϗ πυρετοῦ—ἐπιδεικνύμενοι: poterat ſe tueri, niſi codices dediſſent τινὲς, quibus propter ſenſus rationes obſecuti ſumus. Solone p. 79. E: ϗ Πλάτωνι τῆς ἀποδημίας ἐφόδιον ἐλαίου τινὸς ἐν Αἰγύπτῳ (φασὶ) διάθεσιν γενέσθαι· *quamdam olei venditionem Platoni viaticum peregrinationis in Ægyptum præbuiſſe.*

89. E. Πομπήϊον, τὸ ἑνὶ κνᾶσθαι δακτύλῳ τὴν κεφαλὴν,—] Plutarchus in Pompeio p. 645. A. De Reip. Ger. Præcept. p. 800. D. Julianus Cæſaribus p. 323. B: Οὐδὲν οὖν θαυμαςὸν, εἰ κεκράτηκας Πομπηΐου, δακτύλῳ κνωμένου—: ubi multa attulit et de Pompeio, et de more caput uno digito ſcalpendi, pro indicio mollitiei apud Veteres habito, Ez. Spanhemius edit. Gallic. p. 189. Heuſingeri p. 112. In Cæſare idem notaſſe dicitur Cicero a Plutarcho Vita Cæſaris p. 709. B: Ἀλλ' ὅταν, ἔφη, τὴν κόμην οὕτω διακειμένην περιττῶς ἴδω, κἀκεῖνον ἑνὶ δακτύλῳ κνώμενον, οὔ μοι δοκεῖ πάλιν οὗτος ἄνθρωπος εἰς νοῦν ἂν ἐμβαλέσθαι τηλικοῦτον κακὸν, ἀναίρεσιν τῆς Ῥωμαίων πολιτείας. Seneca Rhetor Controverſ. III. 19. p. 204. apponit Epigramma Aſinii Calvi: *Faſciola qui crura ligat, digito caput uno Scalpit, quid credas hunc ſibi velle virum*: quod ſpectavit Porcius Latro apud eumdem Controverſ. V. 30. p. 288: *In Cn. Pompeium, terra marique victorem, fuit qui carmen componeret, uno, ut ait, digito caput ſcalpentem.* Eodem pertinet Senecæ Philoſophi notatio Epiſtola LII: *Impudicum et inceſſus oſtendit, et manus mota, et unum interdum reſponſum, et relatus ad caput digitus, et flexus oculorum.* Adhibeantur et interpretes ad Juvenalis illud Sat. IX. 133: *Qui digito ſcalpunt uno caput.* Eraſmus Adag. p. 1042. Et pædagogi præcipiebant pueris decorum hujus negotii modum, ut eſt apud Plutarchum De Virt. Doceri Poſſe p. 439. F. ſeq.

89. E. Κράσσος δὲ τῶν ἱερῶν μιᾷ παρθένων αἰτίαν ἔσχε πλησιάζειν—] Plutarchus in Craſſo p. 543. B: αἰτίαν ἔσχε Λικιννίᾳ συνιέναι τῶν Ἑςιάδων μιᾷ παρθένων· καὶ δίκην ἔφυγεν ἡ Λικιννία, Πλωτίνου (f. Πλωτίου) τινὸς διώκοντος· ἦν δὲ προάςειον αὐτῇ καλὸν, ὃ βουλόμενος λαβεῖν ὀλίγης τιμῆς ὁ Κράσσος, καὶ διὰ τοῦτο προσκείμενος ἀεὶ τῇ γυναικὶ ϗ θεραπεύων, εἰς τὴν ὑποψίαν ἐκείνην

ὑπέπισε· καὶ τρόπον τινὰ τῇ φιλοπλουτίᾳ τὴν αἰτίαν τῆς φθορᾶς ἀπολυσάμενος, ὑπὸ τῶν δικαστῶν ἀφέθη· τὴν δὲ Λικιννίαν οὐκ ἀνῆκε πρότερον, ἢ τοῦ κτήματος κρατῆσαι. Tres in judicium vocatæ Veſtales, Æmiliæ, Marcia, Licinia, A. U. 640: illa damnata, duæ reliquæ abſolutæ, Liciniam defendente hoc ipſo Craſſo adoleſcente: at eædem mox in judicium revocatæ et damnatæ ſunt, creato extra ordinem prætore L. Caſſio. Livius Epitome L. LXIII. Dio Caſſius Excerpt. ibique Valeſius p. 88: edit. Reimar. T. I. p. 38. Pighius Annal. Magiſtrat. Rom. T. III. p. 109. Dukerus ad Livii l. c.

89. E. Ποςουμίαν δὲ τὸ γελᾷν—] Ex Livio IV. 44. ſumtum dicas, niſi nomen Pontificis abeſſet: quod fortaſſe per librariorum negligentiam excidit. *Eodem anno* (A. U. 338.) *Poſtumia, virgo Veſtalis, de inceſtu cauſſam dixit, crimine innoxia: ob ſuſpicionem propter cultum amœniorem ingeniumque liberius quam virginem decet, parum abhorrens famam. Ampliatam, deinde abſolutam, pro Collegii ſententia deinde pontifex maximus, abſtinere jocis, colique ſancte potius, quam ſcite, juſſit.*

89. F. Θεμιςοκλεῖ δὲ Παυσανίας] Thucydides I. 135. Plutarchus Themiſtocle p. 123. C. Nepos II. 8: qui factum referunt ad illud tempus, quo Themiſtocles exul Argis degebat: at Diodorus Sic. XI. 54, 55. perperam ante exilium ponit, animadverſus ideo a P. Weſſelingio.

89. F. μηδὲν ἀδικοῦντι προσετρίψατο τὴν ὑποψίαν—] *affricuit:* dixit eadem metaphora Seneca Ep. VII: *malignus comes quamvis candido et ſimplici rubiginem ſuam affricuit:* id eſt, eum contaminavit, malignum fecit. Plutarchus ſubinde utitur ita, ut notet *communicare cum alio vitium ſuum, vel vitii famam, colorem, ſuſpicionem.* Opp. Mor. p. 269. F. 395. E. 858. A. de Herodoto, ἃ γὰρ αὐτὸς ἐφρόνει περὶ τῶν θεῶν, τῷ Σόλωνι προστριβόμενος, κακοήθειαν τῇ βλασφημίᾳ προστίθησι. 859. B. F. 869. E. κακοηθείας προστρίβεται τῷ ἀνδρὶ δόξαν. 1066. A. 1121. F. Vitarum p. 79. E. 100. C. 164. D. 409. E. 471. F. 528. B. 551. A. 648. F. 668. C. 845. C. 473. D. 929. D.

p. 90. A. πράγμασιν ἀβουλήτοις περιπεσόντας] Semel hic notanda eſt vis vocabuli ἀβούλητον, *ingratum, adverſa fortuna,*

calamitas, quod nolumus et averſamur. Sic Plutarchus Op Mor. p. 53. E. 167. F. 169. D. 407. D. 467. A. 532. 599. B. 745. D. Vitarum p. 14. E. 63. B. 298. E. 742. 881. D. Plato Leg. V. p. 607. B. Dion Chryſ. Or. X p. 494. A. Epictetus Diſſ. III. 24. p. 511: ἄν τι γίνη τῶν λεγομένων ἀβουλήτων. Ariſtides T. I. 264. 513. Plaut Trinummo II. 2. 80. Græca ſecutus: *Multa eveniunt h mini quæ volt, quæ nevolt:* conferendus cum Platonis loc Animadvertit vocabuli uſum Caſaubonus ad Strabon p. 251.

90. A. ἡ Μερόπη φησὶν—] Ex Euripidis Creſphonte ſu tum, et argumentum et orationis forma arguit: alibi n lectum, hinc in fragmenta illius fabulæ relatum Num. I Contulimus cum Propertiano I. 9. 7: *Me dolor et lacry merito fecere peritum.* Biblioth. Crit. Vol. II. Part. p. 8.

90. A. τυφλοῦται γὰρ τὸ φιλοῦν περὶ τὸ φιλούμενον—] Pl Leg. V. p. 606. C. Notavimus p. 48. E.

90. B. Ὁ Ἱέρων—ὄζουσιν οἱ ἄνδρες.] Idem narrat in Ap phthegm. p. 175. B. Stobæus Serm. V. p. 71. e Ariſtote Chriis: de Gelone: Γέλων ὁ Σικελίας τύραννος σαπρόστο ἦν· ὡς οὖν τῶν φίλων εἰπέν τις αὐτῷ, ὠργίζετο τῇ γυναικὶ ὅτι ἐμήνυσεν αὐτῷ· ἡ δὲ ἔφη, ᾤμην γὰρ καὶ τῶν λοιπῶν ὁμοίως ὄ τὸ ςόμα. Lucianus Hermotimo T. I. p. 775: Τῷ γὰρ Σ ρακουσίῳ Γέλωνι, φασὶ, δυσῶδες εἶναι τὸ ςόμα, καὶ τοῦτο ἐπὶ π διαλαθεῖν αὐτὸν, οὐδενὸς τολμῶντος ἐλέγχειν τύραννον ἄνδρα, χρι δή τινα γυναῖκα ξένην, συνενεχθεῖσαν αὐτῷ, τολμῆσαι καὶ εἰ ὅπως ἔχοι· τὸν δὲ παρὰ τὴν γυναῖκα ἐλθόντα τὴν ἑαυτοῦ, ὀργίζε ὅτι οὐκ ἐμήνυσεν πρὸς αὐτὸν εἰδυῖα μάλιςα τὴν δυσωδίαν· τὴ παραιτεῖσθαι συγγνώμην ἔχειν αὐτῇ· ὑπὲρ (lege ὑπὸ) γὰρ τοῦ πεπειρᾶσθαι ἄλλου ἀνδρὸς, οἰηθῆναι ἅπασι τοῖς ἀνδράσι τοιοῦτ ἀποπνεῖν τοῦ ςόματος. At de Hierone item Tzetzes Chili XIII. 485. de Duillio, qui bello Punico I. claſſe vicit P nos, Hieronymus Adverſus Jovinianum I. p. 36. A.

90. C. —ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων—] Iliad. Δ. 350. Ξ. Odyſſ. A. 64. Ψ. 70.

90. C. δι' ἀκρατῆ γνώμην, διαίτῃ θρασείᾳ] Legendum ἀκρατῆ γνώμην, δ. θ. Reip. Ger. Præc. p. 800. D: ἡ

τῇ διαίτῃ ἀναγωγίᾳ καὶ θρασύτης. Negligens honeſti eſt θρασύς. Alcibiade p. 235. D.

90. C. Λόγυ δὲ κυφοτάτυ πράγματος—] Plato Leg. IV. p. 601. D: κούφων καὶ πτηνῶν λόγων βαρυτάτη ζημία. XI. p. 684. B: ἐκ λόγων κυφοτάτυ πράγματος, ἔργῳ μίση τε ϗ ἔχθραι βαρύταται γίγνονται. Plutarchus De Ira Cohib. p. 456. D: κυφοτάτυ πράγματος, ὥς φησιν ὁ Πλάτων, λόγυ βαρυτάτην ζημίαν τίνοντα—. De Garrulitate p. 505. C: ἐπεσπάσαντο κυφοτάτυ πράγματος, λόγων, ὥς φησιν Πλάτων, βαρυτάτην ζημίαν. Polybius Fragmento quod ex codice Urbinati edidit Iſ. Caſaubonus edit. Erneſt. T. III. p. 263: Οὕτως οἱ πλεῖυς τῶν ἀνθρώπων τὸ κυφότατον ἥκιςα φέρειν δύνανται, λέγω δὲ τὴν σιωπήν· quod ex hoc Platonis dicto expreſſum pronunciat idem Caſaubonus p. 265.

90. C. ὥς φησιν Ἱπποκράτης—] Plutarchus De Garrulitate in fine, p. 515. A: σιγὴ δὲ οὐ μόνον ἄδιψον, ὥς φησιν Ἱπποκράτης, ἀλλὰ καὶ ἄλυπον καὶ ἀνώδυνον: qui locus repetitur in Sententiis Antonii et Maximi p. 387. Dictum Hippocratis igitur fuit σιγὴ ἄδιψον: non, τὸ ἄδιψον ἀνυπεύθυνον, ut ex hoc loco refert Fœſius Œcon. Hippocrat. p. 4. Ex iiſdem rebus opponendis factum eſt Proverbium in contrariam ſententiam, Οἱ διψῶντες σιωπῇ πίνυσι, quod ex Ariſtide collegit Eraſmus Adag. p. 1552.

90. C. Οὐδ' ὅσσον μυίας—] Haud ſcio, an fruſtra quæratur in iis, quæ ſuperſunt, Græcorum ſcriptis. Fortaſſe huc pertinet illud Dionis Chryſoſtomi Orat. LXVI. p. 611. B, C: τὸν Ἡρακλέα τὸν τοῦ Διὸς, πόσυς οἴει βλασφημεῖν; τοὺς μὲν ὡς κλῶπα, τοὺς δὲ ὡς βίαιον, τοὺς δὲ καὶ μοιχὸν λέγειν ἢ τεκνοκτόνον; ἀλλ' ὅμως οὐδὲν αὐτῷ τούτων ἔμελεν. An eodem referendum ſit Herculis factum et cognomen ἀπομυίου, *abactoris muſcarum*, aliquando aliis, ſi forte, repertis indiciis judicabitur: illa memorat Pauſanias V. 14. p. 410: φασὶ δὲ Ἡρακλεῖ τῷ Ἀλκμήνης θύοντι ἐν Ὀλυμπίᾳ δι' ὄχλου γενέσθαι μάλιςα τὰς μυίας· ἐξευρόντα οὖν αὐτὸν, ἢ καὶ ὑπ' ἄλλυ διδαχθέντα, Ἀπομυίῳ θῦσαι Διΐ· καὶ οὕτως ἀποτραπῆναι τὰς μυίας πέραν τοῦ Ἀλφειοῦ. Λέγονται δὲ κατὰ ταὐτὰ ϗ Ἠλεῖοι θύειν τῷ Ἀπομυίῳ Διΐ ἐξελαύνοντι τῆς Ἠλείας Ὀλυμπίας τὰς μυίας. Romanis tribuit, dubito an recte, Clemens Alexandr. Pro-

trept. p. 24. C: Ἀπομυίῳ Διῒ θύουσιν Ἠλεῖοι. Ῥωμαῖοι δὲ, Ἀπομυίῳ Ἡρακλεῖ—. nam Plinius X. 40. memorare, credo, non neglexiſſet, ſimilia narrans de Eleis: *Elei Myiagron Deum (invocant) muſcarum multitudine peſtilentiam adferente: quæ protinus intereunt, quum* (ita leg. pro *quam*) *litatum eſt ei Deo.*

90. D. λισσάδα πέτραν φιλοκέρτομον ὡς παραναχομένους] Poetæ dictum: cujus et unde, nobis quidem non conſtat. Eraſmus et Cruſerius verterunt *Liſſi ſcopulum*, vel *petram*: quaſi vero non ſatis notæ eſſent λισσάδες πέτραι, *rupes præruptæ, glabræ.* Moſc. 2. omittit ὡς: B. et E. codices in primis boni omittunt φιλοκέρτομον: quod quidem ſi a poeta ſit, haud ſcio an recte intelligatur *obſtrepera*, id eſt, *ad quam fluctus cum ſtrepitu alliduntur*, ut verterunt Amyotus et Xylander; quod cum rei naturæ bene convenit, non item cum vocabulo φιλοκέρτομος. Homerica imago Odyſſ. Ε. 411: Ἔκτοσθεν μὲν γὰρ πάγοι ὀξέες, ἀμφὶ δὲ κῦμα Βέβρυχεν ῥόθιον, λισσὴ δ᾽ ἀναδέδρομε πέτρη—. Apollonii Rhod. II. 732: —τῇ δ᾽ ὕπο πέτραι Λισσάδες ἐῤῥίζωνται ἁλίβροχοι· ἀμφὶ δὲ τῇσι. Κῦμα κυλινδόμενον μεγάλα βρέμει. Igitur niſi omittendum eſt φιλοκέρτομον, ſed vel a Poeta vel a Plutarcho ſit, accipiam *conviciatorem, tamquam præruptum ſcopulum, præternatare.* Ald Baſ. Xyl. παρὰ νηχόμενον.

90. D. γυναικὸς ὁρμὴν—] Malim γ. ὀργήν.

90. D. πατρὶ δὲ καὶ μητρὶ τυπτόμενος—] Plato Leg. IV. p. 601. D: θυμουμένοις τε οὖν γονεῦσι ὑπείκειν δεῖ, καὶ ἀποπιμπλᾶσι τὸν θυμὸν, ἐάν τ᾽ ἐν λόγοις ἐάν τ᾽ ἐν ἔργοις δρῶσι τὸ τοιοῦτον, ξυγγινώσκοντα ὡς εἰκότως μάλιστα πατὴρ υἱεῖ δοξάζων ἀδικεῖσθαι, θυμοῖτ᾽ ἂν διαφερόντως. Adoleſcentuli Eretrii, diſcipuli Zenonis, exemplum narrat Ælianus Var. Hiſt. IX. 33. Utrumque locum exhibuit Stobæus Serm. LXVII. p. 456, 457.

90. D. Σωκράτης ἔφερε τὴν Ξανθίππην—] Sumſit a Xenophonte Sympoſ. II. 10: Καὶ ὁ Ἀντισθένης, Πῶς οὖν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, οὕτω γιγνώσκων οὐ καὶ σὺ παιδεύεις Ξανθίππην, ἀλλὰ χρῇ γυναικὶ τῶν οὐσῶν, οἶμαι δὲ καὶ τῶν γεγενημένων καὶ τῶν ἐσομένων, χαλεπωτάτῃ. Ὅτι, ἔφη, ὁρῶ καὶ τοὺς ἱππικοὺς βουλομένους γενέσθαι, οὐ τοὺς εὐπειθεστάτους, ἀλλὰ τοὺς θυμοειδεῖς ἵππους κτω-

μένες· νομίζουσι γὰρ, ἢν τοὺς τοιούτους δύνωνται κατέχειν, ῥᾳδίως τοῖς γε ἄλλοις ἵπποις χρήσεσθαι· κἀγὼ δὴ βουλόμενος ἀνθρώποις χρῆσθαι καὶ ὁμιλεῖν, ταύτην κέκτημαι, εὖ εἰδὼς ὅτι, εἰ ταύτην ὑποίσω, ῥᾳδίως τοῖς γε ἄλλοις ἅπασιν ἀνθρώποις συνέσομαι. Alcibiadi a Socrate dictum refert Gellius, alium, ut videtur, auctorem ſecutus I. 17: *Alcibiades demiratus interrogavit Socratem, cur mulierem tam acerbam domo non exigeret. Quoniam, inquit Socrates, quum illam talem domi perpetior, inſueſco et exerceor, ut cæterorum quoque foris petulantiam et injuriam facilius feram.* Xenophontis narrationem retulit Diogenes Laertius II. 37: ἔλεγε συνεῖναι τραχείᾳ γυναικὶ, καθάπερ οἱ ἱππικοὶ θυμοειδέσιν ἵπποις· ἀλλ' ὡς ἐκεῖνοι, φησὶ, τούτων κρατήσαντες ῥᾳδίως τῶν ἄλλων περιγίνονται, οὕτω κἀγὼ Ξανθίππῃ χρώμενος, τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις συμπεριενεχθήσομαι. In Sententiis Maximi et Antonii p. 330. ſub nomine Pythagoræ exſtat monitum: Καλόν ἐστι συζυγῆναι γυναικὶ θυμώδει χάριν ἀσκήσεως· καὶ γὰρ τοὺς ἱππέας ἐθίζεσθαι δεῖ τραχέσιν ἵπποις κεχρῆσθαι· τούτων γὰρ κρατήσαντες, καὶ τῶν ἄλλων ῥᾳδίως κρατήσουσιν. Cyrilli ibid. p. 402: Φιλόσοφός τις μοχθηρὰν ἔχων γυναῖκα καὶ φλύαρον καὶ πάροινον, πρὸς τοὺς ἐρωτῶντας, τίνος ἕνεκεν τοιαύτην ἔχων ἀνέχεται, εἶπεν, Ὥστε γυμνάσιον καὶ παλαίστραν ἔχειν φιλοσοφίας ἐπὶ τῆς οἰκίας· ἔσομαι γὰρ τοῖς λοιποῖς πρᾳότερος, φησὶν, ἐν ταύτῃ καθ' ἑκάστην παιδευόμενος τὴν ἡμέραν. Τινὲς δὲ καὶ διὰ τοῦτο ἀγαγέσθαι αὐτὴν λέγουσιν: quam narratiunculam e Socratis exemplo ductam apparet.

90. E. καὶ παισὶν ἐχθροῦ καὶ οἰκείοις πράγμασιν—] Putem legendum καὶ οἰκείοις, καὶ πράγμασιν, *et filiis inimici, et propinquis, et negotiis.* Cæterum, quod J. A. Fabricius Bibl. Gr. Vol. III. p. 355. cum hujus libelli argumento conjunctas affirmat Homilias Johannis Chryſoſtomi De Davide et Saulo, hoc et univerſe exiguum eſt et fontibus et tractatione diverſum: et hic unus locus in paucis aliquid ſimilitudinis habet cum laude Davidi impertita propter beneficia in filios Sauli inimici collata, Homil. III. T. II. p. 879. A.

p. 91. A. κεῖνος ἐξ ἀδάμαντος ἢ σιδάρου κεχάλκευται μέλαιναν καρδίαν] Pindari dictum, citatum item in libro De Sera Num. Vind. p. 558. A: ubi plura et dedimus et dabimus,

91. A. ὁ Κικέρων—] Ciceronis dictum reponit Plutarchus in Vita Cæſaris p. 734. E. Ciceronis p. 881. D: οἷόν ἐςι καὶ τὸ περὶ τῶν Πομπηΐου λεχθὲν εἰκόνων, ἃς ἀνῃρημένας καὶ καταβεβλημένας ὁ Καῖσαρ ἐκέλευσεν ἀνασαθῆναι, καὶ ἀνεςάθησαν· ἔφη γὰρ ὁ Κικέρων, ὅτι ταύτῃ τῇ φιλανθρωπίᾳ Καῖσαρ τοὺς μὲν Πομπηΐου ἵςησι, τοὺς δ' αὐτοῦ πήγνυσιν ἀνδριάντας. Apophthegm. p. 205. D. In iis, quæ exſtant, Ciceronis ſcriptis, quod ſciam, non reperitur. Factum narrant Suetonius Cæſare, 75: *Sed et ſtatuas L. Sullæ atque Pompeii, a plebe disjectas, repoſuit:* et Dio Caſſius XLIII. 49: καὶ τὸ βῆμα, ἐν μέσῳ που πρότερον τῆς ἀγορᾶς ὄν, ἐς τὸν νῦν τόπον ἀνεχωρίσθη, καὶ αὐτῷ ἡ τοῦ Σύλλου τοῦ τε Πομπηΐου εἰκὼν ἀπεδόθη· καὶ ἐπὶ τούτῳ εὔκλειαν ὁ Καῖσαρ ἔσχε. Videantur ad utrumque Interpretes. Quod hoc loco pro τιμὰς Reiſkius reponi voluit ςήλας, animadvertendum ne forte alios in eumdem errorem inducat: τιμὴ et τιμαὶ ſubinde uſurpantur pro *ſtatuis, imaginibus, ſignis,* in alicujus honorem poſitis: De Sera Num. Vind. p. 561. B: οὐκ ἀνδριάντας οὐδὲ τιμάς τινας ἀνατρεπομένας. De Reip. Ger, Præc, p. 820. A: μὴ δεῖσθαι γραφομένων τιμῶν, ἢ πλαττομένων, ἢ χαλκοτυπουμένων—. Ibid. E, F. Cæſare p. 710. A: εἰκόνας ἐποιήσατο Μαρίου κρύφα καὶ νίκας τροπαιοφόρους—ἀλλ' οἱ μὲν ἐβόων τυραννίδα πολιτεύεσθαι Καίσαρα νόμοις καὶ δόγμασι, κατωρορυγμένας ἐπανιςάντα τιμάς—. Diſtinguitur ut genus a ſpecie, et cum eadem communicatur; Philopœmene p. 368. E: οὐσῶν δὲ πολλῶν μὲν εἰκόνων αὐτοῦ, μεγάλων δὲ τιμῶν—οὔθ' ὁ Μάμμιος, οὔθ' οἱ πρέσβεις ὑπέμειναν ἀνδρὸς ἐνδόξου τιμὰς ἀφανίσαι. Cicerone p. 886. B: τάς τ' εἰκόνας ἡ Βουλὴ ἀνεῖλεν Ἀντωνίου, καὶ τὰς ἄλλας ἠκύρωσε τιμάς—. Bruto p. 1011. C: Καῖσαρ δὲ καὶ τὰς τιμὰς ἐτήρησεν (τοῦ Βρούτου)· ἕςηκε χαλκοῦς ἀνδριὰς ἐν Μεδιολάνῳ—. Diodorus Sic. Excerpt. De Virt. et Vit. T. II. p. 575. de illis poſitis Philopœmeni monumentis, ἰσοθέους τιμὰς ἠλλάξατο. Dion Chryſ. Or. XXXI. p. 312. B: τὰς τιμὰς τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν dicit eorum *ſtatuas*. Herodianus Hiſt. VII. 7. 5: τὰς δὲ τοῦ Μαξιμίνου τιμὰς ἀνατρέπουσι. Conferantur A. van Dale Diſſ. VI. p. 496. et J. Krebſius De Decret. Athen. p. 82. Item Cicero locutus eſt Verrina IV. 41: *Tibi Marcelli ſtatua pro patibulo in clientes Marcellorum fuit? tu ex illius honore in*

us ipſos, qui honorem illi habuerant, ſupplicia quærebas? Quid poſtea? Quid tandem tuis ſtatuis fore arbitrabare? an vero id, quod accidit? Nam Tyndaritani ſtatuam iſtius, quam ſibi propter Marcellos altiore etiam baſi poni juſſerat, deturbarunt, ſimul ac ſucceſſum iſti audierunt.

91. C. ἂν μὴ φυλάξωνται πρὸς ἐχθρούς.] Deeſt quid ad ſententiæ abſolutionem. Credam ὡς addendum ante πρός: *utuntur fraude et inſidiis erga amicos, niſi ſibi caveant, tamquam adverſus inimicos:* ἂν μὴ φυλάξωνται, *niſi ſibi caveant*, bifariam accipi poteſt: vel *niſi ſibi illi inſidiis aſſueti caveant a faciendis inſidiis:* vel *niſi illi amici ſibi caveant, ne ipſis inſidiæ ſtruantur ab iſtis inſidiarum ſtudioſis amicis:* hoc malim.

91. C. Πυθαγόρας—] Plutarchus loco gemino Sympoſ. VIII. p. 729. E: —βόλον ἰχθύων πρίασθαί ποτέ φασι τὸν Πυθαγόραν, εἶτα ἀφεῖναι κελεῦσαι τὴν σαγήνην·—διὸ τοὐναντίον, ἔφην, ὑπονοεῖν ἢ τῶν ἀνδρῶν ἐπιείκεια καὶ πρᾳότης εἴδωσι, μή ποτε ἄρα μελέτης ἕνεκεν τοῦ δικαίου καὶ συνηθείας ἐφείδοντο μάλιστα τῶν ἐνυαλίων—, Hanc Pythagorei cauſſam abſtinentiæ a carnibus edendis Pythagoram ſecutum ferebant: quorum adverſarios loquentes inducit Porphyrius De Abſtinent. I. 26: Τὸ δὲ λέγειν, ὅτι πόῤῥωθεν Πυθαγόρας ἠσφαλίζετο τῆς ἀλληλοφαγίας ἀποκρουόμενος τοὺς ἀνθρώπους, εὔηθες. Conferendus idem De Vita Pythagoræ §. 25. et Jamblichus in ejuſdem libro argumenti, §. 36.

91. D. Σκαῦρος, ἐχθρὸς ἦν Δομιτίου καὶ κατήγορος—] Atqui reus erat Scaurus, accuſator Domitius, cui hoc ipſum factum ab idoneis auctoribus tribuitur. Sic Cicero Or. pro Rege Deiotaro 11: *Cn. Domitius ille, quem nos pueri conſulem, cenſorem, pontificem maximum vidimus, cum tribunus plebis M. Scaurum, principem civitatis, in judicium populi vocaſſet, Scaurique ſervus ad eum clam domum veniſſet, et crimina in dominum delaturum ſe eſſe dixiſſet, prehendi hominem juſſit, ad Scaurumque deduci:* ubi Lambinus errorem Plutarchi notat, perperam tamen librum De Diſcern. Adul. ab Amico citans. Aſconius ad Ciceronis Orationem Pro Scauro, illius filio p. 1007. edit. Græv. Valerius Maximus VI. 5. 5. Dio Caſſius Excerpt. Peireſc. Ed. Rei-

mar. T. I. p. 42: Ὅτι Γναῖος Δομίτιος δίκην τῷ Σκαύρῳ λαχὼν, ἔπειτα ἐπειδὴ τῶν οἰκετῶν τις προσελθὼν αὐτῷ πολλὰ ἢ χαλεπὰ κατὰ τοῦ δεσπότου μηνύσειν ὑπέσχετο, οὐκ ἐπολυπραγμόνησε, καὶ προσέτι συλλαβὼν αὐτὸν παρέδωκε τῷ Σκαύρῳ· ubi videatur H. Valeſius. Accidit A. U. 649. notante Pighio Annal. Magiſtrat. Rom. T. III. p. 153.

91. D. Κάτωνι δὲ Μουρήναν διώκοντι δημοκοπίας—] Eamdem rem narrat in Catone Min. p. 769. B: νόμῳ δέ τινι, τοῦ φεύγοντος ἀεὶ φύλακα τῷ κατηγόρῳ διδόντος, ὥστε μὴ λαθεῖν ἃ συνάγει καὶ παρασκευάζεται πρὸς τὴν κατηγορίαν, ὁ τῷ Κάτωνι δοθεὶς ὑπὸ τοῦ Μουρήνα, παρακολουθῶν καὶ παραφυλάττων, ὡς ἑώρα μηδὲν ἐπιβούλως πράττοντα μηδὲ ἀδίκως, ἀλλὰ γενναίως καὶ φιλανθρώπως ἁπλῆν τινα τῆς κατηγορίας καὶ δικαίαν ὁδὸν πορευόμενον, οὕτως ἐθαύμαζε τὸ φρόνημα καὶ τὸ ἦθος, ὥστε κατ' ἀγορὰν προσιὼν ἢ φοιτῶν ἐπὶ θύραις πυνθάνεσθαι τοῦ Κάτωνος εἰ μέλλει τι σήμερον πραγματεύσασθαι τῶν περὶ τὴν κατηγορίαν; εἰ δὲ μὴ φαίη, πιστεύων ἀπῄει. Fuit A. U. 690. Coſſ. Cicerone et C. Antonio: Murænam accuſarunt Ser. Sulpitius competitor ejus in conſulatu, Cato, Cn. Poſthumius: defenderunt Q. Hortenſius, M. Craſſus, et Cicero oratione quæ hodieque exſtat. Videantur F. Fabricius Marcoduranus in Hiſtoria Ciceronis p. 101. Pighius Annal. T. III. p. 322. Δημοκοπία, *ambitus*, δημοκοπεῖν, et cognata vocabula, hoc ſenſu de *ambitu*, in rebus Romanis dicunt Græci Dionyſius Halicarnaſſeus et Appianus: Plutarchei ſunt loci promiſcue, etiam de Græcis: Opp. Mor. p. 802. D. Vit. 838. E. 978. E. Ariſtides T. I. p. 319. δημοκοπικός.

91. E. κατὰ τὸν Σιμωνίδην] Proverbii vim habet. Plutarchus reponit in Timoleonte p. 253. E: ἐπεὶ δὲ χρῆν (l. δ' ἔχρην) ὡς ἔοικεν οὐ μόνον πᾶσι κορυδαλοῖς λόφον ἐγγίνεσθαι, κατὰ Σιμωνίδην, ἀλλὰ καὶ πάσῃ δημοκρατίᾳ συκοφάντην. De Reip. Ger. Præcept. p. 809. B. in argumento gemino: ἐπεὶ δὲ πάσαις κορυδαλίσι, καθὰ Σιμωνίδην, χρὴ λόφον ἐγγενέσθαι, ἢ πᾶσα πολιτεία φέρει τινὰς ἔχθρας καὶ διαφορὰς, οὐχ ἥκιστα προσήκει καὶ περὶ τούτων ἐσκέφθαι τὸν πολιτικόν. Eunapius in Vita Oribaſii p. 171: ἀλλ' οὐδὲ κορυδαλλὶς, ἡ παροιμία φησὶν, ἄνευ λόφου, οὐδὲ Ὀριβάσιος ἦν ἄνευ φθόνου. Retulit Fulvius Urſinus in Carmina Lyricorum p. 179: attigit Eraſmus Adag. p. 921:

A Schottus in Metricis Proverb. 796. et Valckenarius ad Theocriti Decem Idyllia p. 106.

91. E. *κενεοφρόνων ἑταῖραν ἀνδρῶν, ὥς φησι Πίνδαρος*] Nec in iis quæ ſuperſunt Pindari Carminibus, nec alibi, reperimus. Ad ſententiam et verba non diſſimile eſt ejuſdem dictum Nem. XI. 37: *ἀλλὰ βροτῶν Τὸν μὲν κενόφρονες αὖχαι Ἐξ ἀγαθῶν ἔβαλον.*

91. F. *ἀποςρέφειν, ὥσπερ ὀχελὸς,*] Elegantiſſima metaphora præcepto efficaciam addit. Exemplum imitandi Plutarcho fuit Xenophon Memorab. Socratis I. 4. 6: ubi in deſcribenda humani corporis fabrica laudatur ſapientia naturæ, quæ ejiciendis excrementis oſtia procul a vultu et oculis avertit: *ἐπεὶ δὲ τὰ ἀποχωροῦντα δυσχερῆ, ἀποςρέψαι τοὺς τούτων ὀχετοὺς, καὶ ἀπενεγκεῖν ᾗ δυνατὸν προσωτάτω ἀπὸ τῶν αἰσθήσεων*: quo loco adeunda eſt exquiſita Ruhnkenii noſtri annotatio. Xenophontem imitatus eſt Cicero Nat. Deor. II. 56: *Atque ut in ædibus architecti avertunt ab oculis naribuſque dominorum ea, quæ profluentia neceſſario tætri eſſent aliquid habitura; ſic natura res ſimiles procul amandavit a ſenſibus.* Et nominatim laudavit Longinus de Sublim. XLIII. p. 238.

91. F. *Ὀνομάδημος ἐν Χίῳ*—] Idem factum refert Plutarchus De Reip. Ger. Præcept. p. 813. A: et ex noſtro, credo, ſumſit Ælianus Var. Hiſt. XIV. 25. omiſſo tamen Onomademi nomine: in quo diſſentiunt quidam libri: nam T. V. B. dant *τοὔνομα Δῆμος*. Collat. Muret. Schott. Jannot. Anon. Mez. *ὄνομα Δῆμος*, quod reponi vult etiam in altero Plutarchi loco Meziriacus. Sed iſta corrigentium ſunt conamina, nec quidquam contra reliquorum codicum auctoritatem valent.

p. 92. A. *καθ' Ἡσίοδον*] Ἔργ. 23:

—ζηλοῖ δέ τε γείτονα γείτων
Εἰς ἄφενον σπεύδοντ'· ἀγαθὴ δ' ἔρις ἥδε βροτοῖσι.
Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ τέκτονι τέκτων,
Καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει, καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ.

Multi uſurparunt: Plato Lyſide p. 110. F. Ariſtoteles Ethic. Nicom. VIII. 2. Dion Chryſ. Or. LXXVII. p. 650. A. Ariſtides T. I. p. 83: alii.

92. B. σκόροδα καὶ κρόμμυα παραφυτεύοντες] Plutarchus videtur hanc rem in perdito libro uberius expoſuiſſe; ſiquidem Pſellus in Διδασκαλίᾳ παντοδαπῇ fere ſua ex Plutarcho ſumens, hanc Quæſtionem poſuit 152. apud Fabricium Bibl. Gr. Vol. V. p. 180: Οὐ τὰ ῥόδα μόνον ἀλλὰ καὶ τὰ ἴα, καὶ πάντα ὅσα ἔχει ἡδεῖαν ἀποφορὰν, ὅταν σκόροδα καὶ κρόμμυα τούτοις παραφύεται, εὐωδέστερα γίνεται·— Didymus inter Geoponicos XI. 18: Ἐὰν σκόροδα παραφυτεύσῃς τοῖς ῥόδοις, εὐωδέστερα ἔσται: ubi videatur doctiſſimus Niclaſius.

92. C. Θεμιστοκλῆς ἔλεγεν] Vide ad p. 84. B.

92. C. τυφλούμενος περὶ τὸ μισούμενον—] Expreſſum ex Platonico Leg. V. p. 606. C. Notavimus ad p. 48. F.

92. D. ἐπασκήσει] Verbum huic loco neceſſarium: in Plutarcho non repertum, certe non annotatum niſi ſemel, Cæſare p. 721. D: eſt tamen probum. Exſtat apud Ariſtidem T. I. p. 423: Ælianum in Fragm. voc. Γύννις: Dionem Caſſium XLVI. 40.

92. D. δεκάζοντες] *corrumpentes magiſtratum danda pecunia*, opponitur proximo μισθαρνοῦντες, *corrumpi ſe ſinentes, pecuniam accipientes*. Δεκάζειν frequens Plutarcho: Opp. Mor. p. 276. C. 821. F. 822. A. Vitarum p. 220. B. 365. B. 642. C. 648. A. 721. D. 779. C. 780. E, F. 782. F. 1062. B. Dion Chryſ. 508. B. Porphyr. Abſtinent. II. 60: de cognatis alibi dicemus. Μισθαρνέω, et cognata, Vit. p. 336. D. 780. E. 784. F. Opp. Mor. p. 1043. E. Dion Chryſ. Or. XXII. p. 274. C.

92. D. κατὰ Πλάτωνα] Leg. V. p. 604. D: πᾶς γὰρ ὅ, τ' ἐπὶ γῆς καὶ ὑπὸ γῆς χρυσὸς ἀρετῆς οὐκ ἀντάξιος: quod multi vel citarunt vel imitati ſunt: Plutarchus Adv. Colot. p. 1124. E: Ariſtides T. I. p. 73: Julianus Or. II. p. 81. A. III. 120. C: Themiſtius Or. XXI. p. 261. C. XXVII. 340. A: Clemens Alexandr. Strom. II. p. 367. D. Plutarchi hunc locum citat Thomas Mag. voc. Ὑπέρ.

92. E. τὸ τοῦ Σόλωνος] Poſuit hos verſus in ſimillimi diſputatione argumenti, ſupra p. 78 C.

92. E. βοὰς δεδαπνισμένων—ζηλώσομεν] Multum varietatis in codicibus: ζηλώσομεν abeſt in A. B. E. Moſc. 1. 2. Harl. Ald. Baſ. Xyl. addunt C. F. Anon. Collat. Muret. Jannot.

unde ſumſit Stephanus. Pro *βοὰς δεδειπνισμένων* Harl. Moſc. 1. 2. *βοὰς ληρεμένων*: F. *βοὰς δειπνεῖς ληρεμένων*, ſuperſcripto *χρανθησόμεθα*, vulgata in margine adſcripta: Collat. Muret. Exempl. Turneb. Anon. T. V. B. *βοαῖς χρανθησόμεθα ληρεμένων*, niſi quod ex tribus poſtremis annotatur *λυρουμένων*. Vulgata igitur probabilem habet auctoritatem: *δειπνίζειν*, *epulum præbere, viſcerationem*, hoc fere ſenſu Plutarchus uſurpat: Opp. Mor. p. 181. F. 530. E. 632. E. 663. B. 679. D. 686. A. 707. D. 708. F. 830. D. Vit. 484. F. 737. F. 921. F. 1056. B.

92. E. *ζηλωτὸν γὰρ ἐδὲν ἐδὲ καλὸν ἐξ αἰσχρῶ φυόμενον*] Videor mihi hoc in Platone legiſſe.

92. E. *ὥς φησιν ὁ Πλάτων*] Loco ſæpe adhibito Leg. V. p. 606. C: ſupra p. 92. C. et 48. F.

DANIELIS WYTTENBACHII

ANIMADVERSIONES

IN PLUTARCHI LIBRUM

DE AMICORUM MULTITUDINE.

P. 93. A. ΠΕΡΙ ΠΟΛΥΦΙΛΙΑΣ.] In Lampriæ Catalogo, ut nunc eſt, non memoratur. Nam Num. LXXXII. πρὸς Βιθυνικὸν περὶ φιλίας: et Num. CXXX. περὶ φιλίας· ἐν ἄλλῳ δὲ περὶ φίλων χρήσεως, cui titulo in editione J. A. Fabricii Bibl. Gr. Vol. III. p. 339. addita conjectura Hœſchelii vel Urſini vel alterius, pro φιλίας legentis πολυφιλίας, non ſatis idoneam habet rationem. At ſunt excerpta ex hoc libro ſub ipſo titulo ἐκ τοῦ περὶ πολυφιλίας inter excerpta Plutarchea, in Rhodonia, notata Villoiſono in Anecdot. Gr. T. II. p. 10. Et ſententia ex hoc libro p. 94. B: ἡ ἀληθινὴ φιλία τρία ζητεῖ—δεόμενον ipſis verbis, omiſſo tamen et libri et ipſius Plutarchi nomine, exſtat in Sententiis Maximi et Antonii p. 719. Argumentum non neglectum a Philoſophis: attigit Ariſtoteles Ethic. Nicomach. IX. 10. Eudem. II. 6. et alii Peripatetici, ut colligere licet ex Epitome Peripatetica apud Diogenem Laert. V. 21. Et Stoici in bonis cenſuerunt: ut eſt apud eumdem VII. 124: δι' αὑτόν τε αἱρετὸν τὸν φίλον ἀποφαίνονται, καὶ τὴν πολυφιλίαν ἀγαθόν: et vero Epicurei cum ſententia, tum facto probarunt, quod e Cicerone aliiſque multis

conſtat, et monuit Iſ. Caſaubonus ad Diog. Laert. X. 120.

93. A. Μένωνα τὸν Θετ7αλὸν] Apud Platonem in Menone p. 12. F. ΜΕΝΩΝ. Ἀλλ' οὐ χαλεπὸν, ὦ Σώκρατες, εἰπεῖν· πρῶτον μὲν, εἰ βούλει, ἀνδρὸς ἀρετὴν ῥᾴδιον·—εἰ δὲ βύλει, γυναικὸς ἀρετὴν οὐ χαλεπὸν διελθεῖν—· καὶ ἄλλη ἐςὶ παιδὸς ἀρετὴ, ϗ θηλείας καὶ ἄῤῥενος, καὶ πρεσβυτέρυ ἀνδρός· εἰ μὲν βούλει, ἐλευθέρυ· εἰ δὲ βούλει, δούλυ· καὶ ἄλλαι πάμπολλαι ἀρεταί εἰσι· ὥςε οὐκ ἀπορία εἰπεῖν ἀρετῆς πέρι ὅ, τι ἐςί—. ΣΩΚΡΑΤΗΣ. Πολλῇ γέ τινι εὐτυχίᾳ ἔοικα κεχρῆσθαι, ὦ Μένων, εἰ μίαν ζητῶν ἀρετὴν, σμῆνός τι ἀνεύρηκα ἀρετῶν παρά σοι κειμένων. Huc pertinet Plutarchi alia mentio De Virt. Mor. p. 441. A: Χρύσιππος—ἔλαθεν ἑαυτὸν, κατὰ τὸν Πλάτωνα, σμῆνος ἀρετῶν οὐ σύνηθες οὐδὲ γνώριμον ἐγείρας. Ariſtidis imitatio T. I. p. 13: ἔοικα δὲ σμῆνος ἐπεγείρειν: Clementis Alexandr. Strom. II. init. p. 358. B: σμῆνος ἀτεχνῶς τῶν ἀληθείας ἀρετῶν. Quibus in locis ἐγεῖρειν ex Platonis conſuetudine aſſumtum, eique frequens eſſe, docet eruditiſſimus juvenis Phil. G. van Heurde in Specim. Crit. in Platonem p. 110.

93. A. Ἐμπεδοκλέυς] Locum ſervavit Sextus Empiricus Adverſ. Mathematicos VII. 125. ubi in pluribus verſibus hic legitur: Θάρσει· ϗ τότε δὴ σοφίης ἐπ' ἄκροισι θοάζῃ. Spectat huc Proclus in Commentario in Plat. Tim. II. p. 106: Ἐμπεδοκλῆς δὲ αὐτὴν ἐπαγγέλλεται δώσειν τὴν ἀλήθειαν, ϗ τάδε, ϗ σοφίης ἐπ' ἄκροισι θοάζει.

93. B. Ἆρ' οὐχὶ] ἆρ' οὖν οὐχὶ dant Harl. Colleg. Nov. Moſc. 2. Pol. Schott. Anon. Mez. T. B. ἆρ' οὖν Vulcob. quæ nec inter ſe, nec a vulgata magnopere differunt ad hujus quidem loci ſententiam conſtituendam: et ſunt æque uſitata Plutarcho: ſic ἆρ' οὖν initio poſitum, mox p. 94. E. et 1081. A. 1072. E. 1110. E: ἆρ' οὖν οὐ p. 168. E. 678. E. ἆρ' οὐκ p. 1074. C. Plura, ſi quis deſiderat, videat Hoogeveenium Doctr. Particul. p. 140—143.

93. C. Μενάνδρῳ—φίλυ σκιάν.] Plenior citatur hic locus a Plutarcho De Frat. Amor. p. 479. C: attigit ſententiam Eraſmus Adag. p. 338.

93. C. Αἴτιον] Conjeci Ἐναντίον, quod et cum veſtigiis vulgatæ, et cum ſententia, et cum loquendi conſuetudine

convenit: ἐναντίον—εἰς φιλίας κτῆσιν, *contrarium, impedimentum comparandæ amicitiæ.* Similiter p. 94. B: πρὸς τὴν πολυφιλίαν ὑπεναντιοῦται. 96. D: ἐναντίωμα πρὸς τὴν πολυφιλίαν. Craſſo p. 552. D: πρὸς τὴν ἔξοδον ἐναντιώσασθαι. Meziriacus in margine ſcripſit ad verba εἰς φιλίας κτῆσιν, "*Xyl.* ἀφιλίας "ἐστὶν," quaſi talem lectionem vertendo expreſſiſſet Xylander: quod nec apparet, nec opus eſt. Similis eſt dictio πρὸς κτῆσιν ἀρετῆς ῥοπὴ, *adjumentum ad comparandam virtutem*, de qua diximus p. 3. C.

93. C. ὥσπερ ἀκολάστων γυναικῶν—δυναμένοις] In emendatione ſubjecta Contextui, verba noſtra ita corrigenda ſunt: —*Certe* δυναμένη, *ſi ita legendum, erit ad* ὀρέξεις *referendum:* δυναμένη *habet etiam Vulcob.* Sane hoc uno recepto, reliqua manere poſſint. Eadem comparatione utitur Lucianus in Toxari T. II. p. 358: ὅστις ἂν πολύφιλος ᾖ, ὅμοιος ἡμῖν δοκεῖ ταῖς κοιναῖς ταύταις καὶ μοιχευομέναις γυναιξί· καὶ οἰόμεθ' οὐκέθ' ὁμοίως ἰσχυρὰν τὴν φιλίαν αὐτοῦ εἶναι, πρὸς πολλὰς εὐνοίας διαιρεθεῖσαν: quem locum appoſuit J. A. Fabricius Bibl. Gr. Vol. III. p. 355. in recenſione libri hujus Plutarchei; addens aliam impudicæ mulieris deſcriptionem ex Ennio, ſervatam ab Iſidoro Hiſpalenſi Orig. I. 25. relatam in Fragmentis Ennianis p. 310:

quaſi in choro pila
Ludens, datatim dat ſeſe, et communem facit:
Alium tenet, alii nutat, alibi manus
Eſt occupata, alii perpellit pedem,
Alii dat annulum ſpectandum a labris:
Alium invocat, cum alio cantat: attamen
Aliis dat digito literas.

93. C. ὁ τῆς Ὑψιπύλης τρόφιμος] *Hypſipylæ alumnus*, Archemorus, ſeu Opheltes, puer, a nutrice Hypſipyla in prato depoſitus, a dracone devoratus, cauſſam præbuit inſtituendis Nemeæis Ludis, et Euripidi argumentum tragœdiæ Hypſipylæ. Ex hoc et alio Plutarchi loco Sympoſ. IV. p. 661. F. in Fragmenta relatum edit. Muſgr. T. III. p. 567: et jam antea tractatum a Valckenario Diatrib. in Eurip. Fragm. p. 211. ſeq. Archemorum puerum in prato decerpentem flores, ex Euripide in exemplum

imitationis ſibi propoſuit Statius Theb. IV. 779:

miſerum vicino ceſpite alumnum,
Sic Parcæ voluere, locat, ponitque negantem,
Floribus aggeſtis, et amico murmure dulces
Solatur lacrymas.—
At puer in gremio vernæ telluris, et alto
Gramine nunc faciles ſternit procurſibus herbas
In vultum nitens: caram modo lactis egeno
Nutricem clangore ciens, iterumque renidens,
Et teneris meditans verba illuctantia labris,
Miratur nemorum ſtrepitus, aut obvia carpit,
Aut patulo trahit ore diem, nemoriſque malorum
Inſcius, et vitæ multum ſecurus inerrat.

Et Propertius I. 20. 37. in depingendo Hyla:

Et circum irriguo ſurgebant lilia prato
Candida purpureis mixta imaginibus:
Quæ modo decerpens tenero pueriliter ungui
Propoſito florem prætulit officio:
Et modo formoſis incumbens neſcius undis
Errorem blandis tardat imaginibus.

Quod monuimus Biblioth. Crit. Vol. II. Part. II. Alia de Euripidis loco notavimus in Emendatione.

93. D. ὥσπερ ἀφ' ἑςίας ἀρξάμενοι] Notum Prover ſemel hic notandum locis Scriptorum: Plutarchi Mor. p. 549. E. 856. C. 920. F. 948. B. 1074. E: tonis Euthyphrone p. 48. C: Ariſtidis T. I. p. 68 T. II. 148. 402. Reſtituendum Philoni De Somni p. 1124. D. τὸ λεγόμενον, ἀφ' ἱερᾶς ἤρχετο: niſi vulgata accipi pro ἀφ' ἱερᾶς γραμμῆς, de quo dubitamus: Chryſ. Or. XI. p. 160. C: ἀλλ' ὕςερον ἠγανάκτει κ̀ ἐπι τον ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις, ἐξὸν ἀφικέσθαι κωλύειν: ubi e tea et nunc corrigendum duxi, ἐξὸν ἀφ' ἑςίας κωλύειν. omitto occupata a Ruhnkenio noſtro in Annotatis ad Platonis Scholia. Videatur et Caſaubonus ad St nem p. 18. C.

93. D. τῆς τοῦ βίου φήμης] Exordium et imaginibus ſ didum et verbis grave: *Initium ducamus, tamquam a ab ultima humani generis recordatione, auctorem ac teſta*

putationi adbibentes priſcum ævum—: Βίος, ut Latinis *Vita*, ita Græcis dicitur *genus bumanum*: ut ſupra notavimus. Φήμη et alias cum divinitate conjunctas habet ſignificationes, quas expoſuimus Bibl. Crit. III. 1. ad Juliani Or. I. p. 10. A: et hanc, *veteris a majoribus traditæ famæ*, quam attigimus ibidem p. 59: ubi locis notatis addantur hi, Plutarchi De Facie Lunæ p. 738. E: πολύ τι καὶ παλαιᾷ φήμῃ διδόντες, Ἄρτεμιν αὐτὴν νομισθῆναι φήσομεν: Platonis Leg. II. p. 580. E. μυθολόγους περὶ τῶν αὐτῶν ᾠδῶν διὰ θείας φήμης καταλελεῖφθαι: Pauſaniæ VIII. 32: τῷ δὲ Ἑρμῇ καὶ Ἡρακλεῖ καὶ Εἰλειθυίᾳ πρόσεστι ἐξ ἐπῶν τοῦ Ὁμήρου φήμη—.

93. D. ἐν ᾧ κατὰ ζεῦγος φιλίας λέγονται Θησεὺς καὶ Π.—] Si quid mendi ſubeſt in conſtructione, hoc fortaſſe ita emendetur, ut legatur minima mutatione, vel φίλοι pro φιλίας, vel ἐν ᾧ ζεύγη φιλίας καταλέγονται Θ. κ. Π. i. e. *in quo longo ævo paria amicitiæ recenſentur Tb. et P. cet.* Nota eſt ſignificatio vocabuli ζεῦγος, *par, duo conjuncti*: et ἡ κατὰ ζεῦγος φιλία, *amicitia quæ duobus amicis continetur*: H. Stephanus Theſ. L. Gr. T. I. p. 1391. "αἱ κατὰ ζεῦγος "φιλίαι τρεῖς, *pro eo quod Cicero dixerat, tria amicorum pa*"*ria*." Suſceptum videtur ex hoc Plutarchi loco. Cicero De Amicit. 4: *ex omnibus ſæculis vix tria aut quatuor nominantur paria amicorum*. Ibidem 5: *Quanta autem vis amicitiæ ſit, ex boc intelligi maxime poteſt: quod ex infinita ſocietate generis bumani, quam conciliavit ipſa natura, ita contracta res eſt et adducta in anguſtum, ut omnis caritas aut inter duos, aut inter paucos jungeretur.* Ariſtoteles Ethic. Nicom. IX. 10: οὐ γίγνονται γὰρ φίλοι πολλοὶ κατὰ τὴν ἑταιρικὴν φιλίαν· αἱ δὲ ὑμνούμεναι ἐν δυσὶ λέγονται· οἱ δὲ πολύφιλοι καὶ πᾶσιν οἰκείως ἐντυγχάνοντες, οὐδενὶ δοκοῦσιν εἶναι φίλοι πλὴν πολιτικῶς, οὓς καλοῦσιν ἀρέσκους.

93. E. Σύννομον γὰρ ἡ φιλία ζῶον, οὐκ ἀγελαῖόν ἐστιν, οὐδὲ κολοιῶδες—] Animalia ſunt vel μοναδικὰ, vel ἀγελαῖα, ut diſtribuit Ariſtoteles Hiſt. Animal. I. 1: in utroque genere dicuntur σύννομα, quæ conſociantur ad partum et coitum: ita et ἀγέλη dicitur σύννομος a Plutarcho De Fortitud. Alex. II. p. 329. B: εἷς δὲ βίος ᾖ καὶ κόσμος ὥσπερ ἀγέλης συννόμου: Ariſtotele Hiſt. An. VI. 18. Quomodo

igitur *ἀγελαῖον* et *σύννομον* opponuntur? Nimirum ita ut *σύννομον* a communione paſtus redigatur ad arctiorem ſocietatem vitæ et procreandæ ſobolis: ut item eſt in Ariſtotele l. c. paulo poſtea, *οὐ συννέμονται ταῖς θηλείαις πρὸ τῆς ὥρας τοῦ ὀχεύειν*: itaque dicuntur *conjuges*, ibidem IX. 4: Plutarcho in Gryllo p. 990. C: Platoni Leg. IX. p. 680. C: *θήλεια δὲ καὶ ἄῤῥην, οἷον ξύννομοι, ἴτωσαν ἐκ τοῦ γένους εἰς τὸν ἐξηρημωμένον ἑκάστοτε οἶκον*. Ibid. 682. B. Alia petantur ab H. Stephano Theſ. L. Gr. Indicis Part. II. p. 87. Graculos gregatim *ἀγεληδὸν* vivere et invicem amare, conſtat: unde Proverbium *κολοιὸς ποτὶ κολοιὸν*, quod graculus graculum promiſcue ſectatur et amat: Ariſtoteles Eth. Nicom. VIII. 2. Eudem. VII. 1. Plutarchus qui dicitur De Placit. Philoſ. IV. 902. D. Suidas voce *Κολοιὸς ποτὶ κολοιὸν ἱζάνει*, ex Zenobio Proverb. II. 47. ubi quædam notavit A. Schottus et jam antea Eraſmus Adag. p. 1644.

93. E. *ἄλλον αὐτὸν—ἑταῖρον ὡς ἕτερον—*] Sic locum expurgavimus, non ſolum ſententia flagitante, ſed auctoritate codicum confirmante. Vocabula *ἕτερος* et *ἑταῖρος* conjunctam habent originem in verbo *ἔω*, *εἰμὶ*, *ſum*, unde *ἔτος*, *ἐτεὸς*, *verus*, *fidelis*, *ἔτης*, *amicus*, *ſodalis*: et ſæpius confuſa ſunt a librariis. *Amicus*, *ἄλλος αὐτὸς*, *alter ego*: frequenter uſurpatum reperimus. Pythagoram dicti auctorem facit Plutarchus, qui dicitur, in libro De Homero §. CLI: *τὸ τοῦ Πυθαγόρου πρὸς τὸν πυθόμενον τίς ἐστὶ φίλος ῥηθὲν, Ἄλλος ἐγώ*. Porphyrius Vita Pythagoræ §. 33: *Τοὺς δὲ φίλους ὑπερηγάπα, κοινὰ μὲν τὰ τῶν φίλων εἶναι πρῶτος ἀποφηνάμενος, τὸν δὲ φίλον ἄλλον ἑαυτόν*. Philo Jud. Fragm. edit. Mang. T. II. p. 658: *τὸ πυθαγόρειον ῥῆμα ἐπιφθέγξασθαι, ὅτι ἄρα ἐστὶ φίλος ἕτερος ἐγώ*: ita legendum pro *ἕτερον ὡς ἐγὼ*, ut recte monuit Mangeyus. Zenoni Stoico tribuit Diogenes Laertius VII. 23: *ἐρωτηθεὶς, τίς ἐστὶ φίλος, Ἄλλος, ἔφη, ἐγώ*. Antipater ap. Stob. Serm. LXV. p. 418: de matrimonio contrahendo: *εἴ τις προσλάβοι οἷον ἑαυτὸν ἕτερον*, *ſi quis veluti alterum ſe ipſum aſſumat*. Cicero De Amicit. 21: *eſt enim is* (amicus) *quidem tamquam alter idem*. Epiſt. ad Diverſ. II. 15: *a Quinto fratre impetrari non poterat: quem tamen ſi reliquiſſem, dicerent inimici, non me plane poſt annum, ut*

ſenatus voluiſſet, de provincia deceſſiſſe; quoniam alterum me reliquiſſem: ubi conſulatur Cellarius. Plinius Epiſt. II. 9: accommodate ad ſententiam hujus loci: *Anxium me et inquietum habet petitio Sexti Erucii mei: afficior cura, et quam pro me ſollicitudinem non adii, quaſi pro altero me patior.* Ad jocum accommodavit Plautus Sticho V. 4. 47.

Hæc facetia 'ſt, amare inter ſe rivales duos,
Uno cantharo potare, et unum ſcortum ducere.
Hoc memorabil' eſt: ego tu ſum, tu es ego: uni animi ſumus:
Unam amicam amamus ambo: mecum ubi eſt, tecum eſt tamen,
Tecum autem ubi eſt, mecum ibi autem eſt: neuter neutri invidet.

Ad eamdem rationem pertinet dicterium de Catone filio, qui cum Marphadate amico ejuſdem amicam Pſychen communiter amabat: Πόρκιος ϗ Μαρφαδάτης, δύο φίλοι, ψυχὴ μία: memoratum Plutarcho in Catone Min. p. 794. D.

93. F. τῶν ζώων τὸ φιλότεκνον] Scholion in margine Codicis C. hæc habet: ἡ προσπάθεια καὶ ἐν ἀλόγοις ζώοις ἐςὶ, ϗ μάλιςα φυσική· φιλία δὲ ἐν θεοῖς, ϗ οὔτε προσπάθεια παρὰ θεοῖς· ἀπαθεῖς γάρ· οὔτε φιλία ἐν τοῖς ἀλόγοις· ἡμεῖς δὲ μέσοι τούτων ὄντες, τὰ μὲν ἔχομεν ἀτελεῖς ὄντες, τὰ δὲ τελειωθέντες· προσπάσχομεν γὰρ καὶ χρήμασι ϗ τέκνοις καὶ γαμεταῖς, ἐμπαθεῖς ὄντες ϗ τῇ φυσικῇ ζωῇ θητεύοντες· φιλοῦμεν δὲ εἰς νοῦν ἀναδραμόντες, καὶ λυθέντες ἀπὸ τῶν ἰδίων τῶν ἡμῶν πρὸς τὰ αἰσθητὰ (hoc videtur ſcriptum eſſe αἰσθητὰ vel γήϊνα vel ſimile ductibus compendiariis et evanidis) παθῶν· Οὕτως Πρόκλος ἐν ἐπισκέψεσι τῶν Ἀριςοτέλους ἐν τῇ πολιτείᾳ πρὸς τὴν Πλάτωνος πολιτείαν. Equidem in iis qui exſtant Procli in Platonis Remp. commentariis non memini me legiſſe. Igitur fortaſſe ex deperdito ſit commentario, quo Ariſtotelis in Politicorum libris adverſus Platonem dicta tractavit.

93. F. Ὅμηρος] Iliad. I. 478. Odyſſ. Π. 19.

p. 94. A. τοτέςι] D. τὸν τοῖς: Pol. Jannot. τοῦτ' ἔςι, τὸν τοῖς.

94. A. ἁλῶν συγκατεδηδοκὼς μέδιμνον] Cicero De Amicit. 19: *verumque illud eſt quod dicitur, multos modios ſalis ſi-*

mul edendos eſſe, ut amicitiæ munus expletum ſit. Plutarchus De Frat. Amor. p. 482. B : Τοὺς μὲν γὰρ ἀλλοτρίους, ὡς ἔλεγε Θεόφραστος, οὐ φιλοῦντα δεῖ κρίνειν, ἀλλὰ κρίναντα, φιλεῖν· ὅπου δὲ ἡ φύσις ἡγεμονίαν τῇ κρίσει πρὸς εὔνοιαν οὐ δίδωσιν, οὐδὲ ἀναμένει τὸν θρυλλούμενον τῶν ἁλῶν μέδιμνον, ἀλλὰ συγγεγέννηκε τὴν ἀρχὴν τῆς φιλίας, ἐνταῦθα δεῖ μὴ πικροὺς εἶναι μηδὲ ἀκριβεῖς τῶν ἁμαρτημάτων ἐξεταστάς. Utitur, in eodem argumento, Ariſtoteles Ethic. Nicom. VIII. 3. Eudem. VII. 2. Apoſtolius Proverb. II. 60. Eſt et in Schotti Metricis 968. Recenſuit Eraſmus Adag. p. 1489.

94. A. —συμπιόντες—φιλίας συλλέγουσιν] Iſtiuſmodi fortuito amicitias ſuſcipiendi temeritatem in Dionis erga Callippum benevolentia reprehendit Plato, Epiſtola VII. p. 715. D : Δίων ἀδελφὼ δύο προσλαμβάνει Ἀθήνηθεν, οὐκ ἐκ φιλοσοφίας γεγονότε φίλω, ἀλλ' ἐκ τῆς περιτρεχούσης ἑταιρείας ταύτης τῆς τῶν πλείστων φίλων, ἣν ἐκ τοῦ ξενίζειν τε καὶ μυεῖν καὶ ἐποπτεύειν πραγματεύονται: quæ inde ſumſit Plutarchus in Dione p. 981. E. Philippus Macedo Olympiadis amorem concepit ἐκ τοῦ συμμυεῖσθαι, ut proditur in Vita Alexandri p. 665. E : λέγεται δὲ Φίλιππος ἐν Σαμοθρᾴκῃ τῇ Ὀλυμπιάδι συμμυηθεὶς, αὐτός τε μειράκιον ὢν ἔτι κἀκείνης παιδὸς ὀρφανῆς γονέων ἐρασθῆναι—.

94. B. μυίας ἐν τοῖς ὀπτανείοις αὐτῶν] Conferatur annotatio ad p. 50. E. Ælianus in Fragm. voce Κλείσοφος—: οἱ περὶ τὴν Διονυσίου βομβοῦντες τράπεζαν, comparationem ſpectat cum muſcis; quippe quarum eſt βομβεῖν.

94. B. —ἡ ἀληθινὴ φιλία—δεόμενον.] Eſt in Sententiis Maximi et Antonii p. 719. ſine nomine auctoris.

94. B. ἡ κρίσις] Comparetur monitum Philonis Jud. in Fragm. T. II. p. 674.

94. C. μήτιγε] μήτοιγε A. E. notavimus ad p. 14. A.

94. C. εἰς ἀγῶνα πάσης τύχης συναποδυσομένους] Verbi ἀποδύεσθαι πρός τι, *laborem ſuſcipere, tamquam ad gymnicum certamen veſtes deponere:* haud infrequens eſt uſus: qui item cernitur in compoſito. Plutarchus Agide metaphoricam et propriam notionem eleganter jungit, p. 797. E : οἱ μὲν οὖν νέοι ταχὺ καὶ παρ' ἐλπίδας ὑπήκουσαν αὐτῷ, καὶ συναπεδύσαντο πρὸς τὴν ἀρετὴν, ὥσπερ ἐσθῆτα τὴν δίαιταν ἐπ' ἐλευθερίᾳ συμμετα-

βάλλοντες. De Sanit. Tuenda p. 127. E: *ἑτέρων εἰς τὸ γυμνάσιον βαδιζόντων καὶ παρακαλούντων, ἀναςάντες συναποδύονται.* Notavit quoque Caſaubonus ad Athenæum p. 14.

94. C. *Αὐτόν τε κράτιςον εὖ—ἄχθεται*] Verſus ab oratione ſoluta primi diſtinxerunt Amyotus et Xylander. Sunt Euripidei, ut videtur; alibi eos me legere non memini.

94. C. *ἀνεξετάςων*] *ἀνεξετάςως* Xyl. et C.

94. D. *—οἱ μὲν ἐςερημένοι—φυγεῖν*] Unus ut poetæ dictum reddidit Amyotus: Tragici eſſe non facile quis ſuſpicetur, niſi Sophoclis nomine citaret Plutarchus in Erotico p. 768. E: *ἀλλ' ὡς ἀληθῶς κατὰ τὸν Σοφοκλέα, Φίλων τοιούτων οἱ μὲν ἐςερημένοι Χαίρουσιν, οἱ δ' ἔχοντες εὔχονται φυγεῖν.* Unde in Fragmenta retulit Brunckius T. II. p. 44.

94. D. *κολλᾶσθαι τοῖς ἐντυγχάνουσι*] *adhæreſcere iis, qui ad nos veniunt:* verbum *κολλᾶσθαί τινι* hoc ſenſu uſitatum V. et N. T. ſcriptoribus, non item, quod ſciam, aliis: tuetur ſe analogia et vi Verbi Medii, ut ſit quaſi *adglutinare ſe alicui;* quod dixit Plautus Menæchm. II. 2. 67: *—meretrices—extemplo ſe applicant, agglutinant.* Aulul. IV. 10. 71. quod cum Græco comparavit H. Stephanus Theſ. L. Gr. T. II. p. 304.

94. E. *ἐρείκην καὶ βάτον ἐπιλαμβανομένην—*] In *ἐρείκην* diſſentiunt libri: Ald. Baſ. Xyl. Moſc. 1. 2. Colleg. Nov. A. E. Var. lect. C. dant *ἐρίνην* T. V. Anon. Exempl. Turn. *ἀπαρίνην.* Vulgatum dederunt Pol. et Jannot. unde ſumſit Stephanus, qui et in Theſ. L. Gr. Indic. p. 949. vocem erudite explicat: et reliqui noſtri codices a vulgato non diſſentiunt: alibi in Plutarcho De Iſid. et Oſir. p. 357. A. ſcribitur *ἐρίκη*, at in codice Veneto *ἐρείκη*. Eadem comparatio eſt in Sympoſ. VII. p. 709. E: *τούς γε μοχθηρούς, ὅσῳ μᾶλλον ἐπιλαμβάνονται ἢ συμπλέκονται, καθάπερ βάτους, καθαιρετέον καὶ ὑπερβατέον ἐςί.* Et dicitur quaſi Proverbii inſtar *ἡ βάτος ἐπιλαμβάνεται, rubus apprehendit:* ſic in Fabula Æſopica VIII. Vulpis et Rubi, *Ἀλλ' ἐσφάλης, ὦ αὕτη, φησὶν ἡ βάτος, ἐμοῦ βουληθεῖσα ἐπιλαβέσθαι, ἥτις πάντων ἐπιλαμβάνεσθαι εἴωθα:* item XLII. *ἡ δὲ βάτος τῆς τῶν παριόντων ἐσθῆτος ἐπιλαμβάνεται—.* Pſeudo-Plutarchus in Vit. X. Orator. De-

moſthen. p. 845. F: φεύγοντος δὲ αὐτοῦ βάτον ἐπιλαβέσθαι τῆς χλαμύδος—.

94. F. Ζεῦξις—εἰς πολύν·] Acumen dicti, huic loco reſtitutum noſtra correctione, reſtituendum item alteri loco, ubi idem narratur a Plutarcho in Pericle p. 159. D: φασὶν Ἀγαθάρχου τοῦ ζωγράφου μέγα φρονοῦντος ἐπὶ τῷ ταχὺ καὶ ῥᾳδίως τὰ ζῶα ποιεῖν, ἀκούσαντα τὸν Ζεῦξιν εἰπεῖν, Ἐγὼ δ' ἐν πολλῷ χρόνῳ: ubi ſi ſcribatur Ἐγὼ δὲ πολλῷ χρόνῳ, erit acumen in ambiguitate *multo tempore*, et *multo tempori*: id eſt, *in multo tempore*, et, *in multum tempus*. Appoſuit hoc dictum ut vulgo fertur in Plutarchi Vita Periclis F. Junius Catalogo Artificum p. 233. Simile prodidit de Euripide apud Valerium Maximum III. 7. Extern. 1: *Itaque etiam quod Alceſtidi tragico poetæ reſpondit, probabile: apud quem cum quereretur, quod eo triduo non ultra tres verſus maximo impenſo labore deducere potuiſſet, atque is ſe centum perfacile ſcripſiſſe gloriaretur, "Sed hoc, inquit, intereſt, quod tui in "triduum tantummodo, mei vero in omne tempus ſufficient:"* ubi nomen tragici Alceſtidis mihi non magis cognitum quam J. A. Fabricio Bibl. Græc. Vol. I. p. 665. ſemper ut mendoſum accidit, et ita fortaſſe corrigendum: *Itaque etiam quod alii idem tragico poetæ reſpondit*—. Cæterum hoc loco, καὶ γὰρ εἰς πολὺν, etiam dant Xyl. Mez. Exempl. Turn. Amyot. nec multum diverſe T. V. ἐν πολλῷ χρόνῳ γράφειν εἰς πολύν.

94. F. συνημερεύειν] C. συνδιημερεύειν, quod Plutarcho uſitatius eſt; Sylla p. 468. C. συνδιημερεύων τοῖς περὶ τὸν Διόνυσον τεχνίταις. Lucullo p. 519. F. Eumene 594. E. Nicia 526. A. Pompeio 644. F. Demetrio 904. A. Altera forma συνημερεύειν ſemel eſt in Lycurgo p. 48. E: ſed frequens Ariſtoteli in hoc argumento Ethic. Nicom. VIII. 3: συνημερεύειν δὲ καὶ συζῆν βούλονται. Ib. 5. bis. IX. 10. 12. Eudem. VII. 5: ſed et συνδιημερεύειν Nicom. VIII. 13. Et Plato Phædr. p. 342. B. Sympoſ. p. 333. G.

94. F. Οὐ μὲν γὰρ ζωοί γε—] Iliad. Ψ. 77.

p. 95. A. —οὐδέ κεν ἄλλο Ἄμμε διέκρινε—] Odyſſ. Δ. levi diverſitate, οὐδέ κεν ἡμέας Ἄλλο διέκρινε—.

95. A. Ὡς δ' ὅτ' ὀπὸς—] Verſus factus ad exemplum

Homerici Iliad. E. 902: Ὡς δ' ὅτ' ὀπὸς γάλα λευκὸν ἐπειγόμενος συνέπηξεν. Noſtro in loco codex C. pro ἔδησε dat ἔπηξε.

95. B. οὐκ ἐῶσα κρᾶσιν—παγιώσῃ γενέσθαι.] Tralatio ex Plutarcheo genere: *non ſinens mixturam neque conglutinationem benevolentiæ in conſuetudine circumfuſa et ſpiſſata fieri.* Subeſt comparatio *conſuetudinis* cum *ære* vel *plumbo* liquefacto, quod circumfunditur rebus jungendis eaſque ſpiſſatum conſtringit. In ſimili forma eſt comparatio in Pompeio p. 622. E: τοῦ Μετέλλου τὸ μάχιμον καὶ θαρσάλεον ἤδη σβεννύμενον ὑπὸ γήρως, αὖθις ἐξεῤῥίπιζε καὶ συνεξεθέρμαινε, ὥσπερ ὁ ῥέων καὶ πεπυρωμένος χαλκὸς τῷ πεπηγότι καὶ ψυχρῷ περιχυθεὶς λέγεται τοῦ πυρὸς μᾶλλον ἀνυγραίνειν καὶ συνανατήκειν. Joculari argumento haud diſſimilem imaginem addidit Ariſtophanes Nub. 149. ſeq.

95. B. Ἄλλον τρόπος—ἀνθρώπων.] Eſt certe poetæ ſententia: in verſus diſtinctam vertit Amyotus, quem ſecutus eſt corrector editionis Græco-Latinæ anni 1624. Iambi apparent: —ἄλλον τρόπος, Ἄλλον δ' ἐγείρει φροντὶς ἀνθρώπων— *alium hominem excitant ſui mores, alium cura et ſollicitudo,* nimirum, *ut exigat ab amicis officia,* quod ſubaudiendum. Proxima ad hujus ſententiæ interpretationem pertinent, τρόπος ad φύσιν, φροντὶς ad τύχην. Ejuſdem ſententiæ varias formas uſurparunt antiqui, quorum multos memoravit Jo. Duportus in Gnomolog. Homerico p. 222. ad Odyſſ. Ξ. 228. Ἄλλος γάρ τ' ἄλλοισιν ἀνὴρ ἐπιτέρπεται ἔργοις.

95. B. τοῖς μὲν φέρουσι] C. D. τοὺς μ. φ. quod et Reiſkius: nec tamen illud repudiandum. *Venti ferentes* ſunt *venti ſecundi:* v. c. Virgilio Æn. IV. 430. ubi videatur P. Burmannus: J. Lipſius Opp. T. IV. p. 406. ad Plinii Panegyr. 31. 4. Et Græci ſimpliciter τὸ φέρον, ſcilicet πνεῦμα, quod tralate dicitur de *fortuna,* τῷ φέροντι εἶξαι, *committere ſe caſui, tamquam vento:* Ariſtides T. II. p. 208: et T. I. p. 414. μετὰ τοῦ φέροντος ἀεὶ γίγνομαι, *ſemper cum vento feror.* Palladas Epigramm. Anthol. I. 13. 9. itemque apud Stobæum Serm. XCVI. p. 533: Εἰ τὸ φέρον σε φέρει, φέρε καὶ φέρου· εἰ δ' ἀγανακτεῖς, Καὶ σαυτὸν λυπεῖς, καὶ τὸ φέρον σε φέρει.

95. C. Καίτοι εἰ πάντες ἅμα—συμπενθεῖν.] Ariſtoteles Ethic. Nicomach. IX. 10: —ἁρμόσει μήτ' ἄφιλον εἶναι μήτ' αὖ

πολύφιλον καθ' ὑπερβολήν·—πολλοῖς γὰρ ἀνθυπηρετεῖν ἐπίπονον, ᾗ οὐχ ἱκανὸς ὁ βίος αὐτοῖς τοῦτο πράτlειν—ὅτι δ' οὐχ οἷόντε πολλοῖς συζῆν ϗ διανέμειν ἑαυτὸν, οὐκ ἄδηλον· ἔτι δὲ, κἀκείνους δεῖ ἀλλήλοις φίλους εἶναι, εἰ μέλλουσι πάντες μετ' ἀλλήλων συνημερεύειν· τοῦτο δὲ ἐργῶδες ἐν πολλοῖς ὑπάρχει. Χαλεπὸν δὲ γίνεται καὶ τὸ συγχαίρειν καὶ τὸ συναλγεῖν οἰκείως πολλοῖς· εἰκὸς γὰρ συμπίπlειν ἅμα, τῷ μὲν συνήδεσθαι, τῷ δὲ συνάχθεσθαι. Ibid. 12: *οἱ μὲν συμπίνουσιν, οἱ δὲ συγκυβεύουσιν· ἄλλοι δὲ συγγυμνάζονται, καὶ συγκυνηγοῦσιν, ἢ συμφιλοσοφοῦσιν· ἕκαςοι δ' ἐν τούτῳ συνημερεύοντες, ὅ, τι περ μάλιςα ἀγαπῶσι τῶν ἐν τῷ βίῳ.*

95. C. *Πόλις δὲ ὁμοῦ—ἡ πολυφιλία*] Sophoclis Œdip. Tyr. 4. Diſtinximus ultimam vocem a ſequente deinceps oratione; quippe ab ipſo Plutarcho accommodatam verſibus Poetæ: ut in iiſdem verſibus citandis factitavit. v. c. De Virtute Mor. p. 445. D: *Πόλις δ' ὁμοῦ μὲν θυμιαμάτων γέμει, Ὁμοῦ δὲ παιάνων τε καὶ ςεναγμάτων, ἡ τοῦ ἐγκρατοῦς ψυχή—.* De Superſtitione p. 169. D: *Πόλις δὲ ὁμοῦ μὲν θυμιαμάτων γέμει, Ὁμοῦ δὲ παιάνων τε καὶ ςεναγμάτων, ἡ ψυχὴ τοῦ δεισιδαίμονος.* Sympoſ. I. p. 623. C: *ἀλλ' ὥσπερ τὴν Σοφοκλέους πόλιν, ἰδεῖν ἐςιν ἀνδρὸς ἐρωτικοῦ ψυχὴν, Ὁμοῦ μὲν θυμιαμάτων γέμουσαν, Ὁμοῦ δὲ παιάνων καὶ ςεναγμάτων.* Ariſtoteles, ſive quiſquis eſt ſcriptor libri, De Mundo T. II. Edit. Sylb. p. 22: *ἄλλα δὲ ἄλλοις ἐνεργούμενα κατὰ μίαν πρόσταξιν, ἢ νόμιμον ἐξουσίαν, σώζει τὸ τοῦ ποιήσαντος· ὄντως δὲ Πόλις δ' ὁμοῦ μὲν θυμιαμάτων γέμει, Ὁμοῦ δὲ παιάνων τε καὶ ςεναγμάτων· Οὕτως ὑποληπlέον καὶ ἐπὶ τῆς μείζονος πόλεως—·* ita legendus videtur locus: de vi Adverbii *ὄντως* in citationibus, quæ hic cernitur, dicemus infra: quod autem G. Budæus non ut poetæ ſententiam vertit, animadverſus propterea J. Hartungo in Gruteri Face Crit. T. II. p. 649. neque antiquus interpres qui Apuleius fertur hujus auctoritatis rationem habuit p. 74. Edit. Elmenhorſt. Utitur et Athenæus X. p. 420. F: *τῷ γὰρ τοιούτῳ ὁ οἶκος Ὁμοῦ μὲν θυμιαμάτων γέμει, Ὁμοῦ δὲ παιάνων τε καὶ ςεναγμάτων.* Themiſtius Or. XXIV. p. 307. C. Colorem inde duxit Maximus Tyrius Diſſert. XXXVI. 4: *ὥςε ἀκούσαι ἄν τις παρ' ἑκάςῳ δεσμωτηρίῳ οἰμωγῆς ὁμοῦ ϗ ᾠδῆς, καὶ ςόνου ϗ παιᾶνος.*

95. D. *Οὐδεὶς γὰρ ἀγαπῶν—*] Menandri eſt, cujus no-

mine laudatur a Plutarcho De Frat. Am. p. 491. C: τὸ δὲ Μενανδρεῖον ὀρθῶς ἔχον, ὡς ἐδεὶς ἀγαπῶν αὐτὸς ἀμελεῖθ' ἡδέως—. de quo videatur Th. Gataker. Adverſ. Poſthum. XIII. p. 544. B. Clericus in Fragm. Menandr. p. 262. Bentleius Emend. in Menandr. p. 100.

95. E. ἀπὸ δυεῖν χεροῖν μίαν κοιλίαν διοικούντων] Elegantia verborum animadvertenda. Διοικεῖν αὑτὸν ἐλαχίςῃ τῇ τροφῇ πέφυκε· *Accipitris ea eſt natura, ut ſe ipſe minimo cibo ſuſtentet.* De Iſid. et Oſir. p. 371. E. Dione p. 980. F: ἑαυτὸν λιτῶς καὶ σωφρόνως ἐκ τῶν τυχόντων διῴκει· *ſe ipſe ſuſtentabat vulgari victu frugaliter et ſobrie.* Item ut hoc loco cum ἀπὸ, Cleomene p. 820. C: Πτολεμαῖος—ἐδίδου καὶ σύνταξιν αὐτῷ τέσσαρα καὶ εἴκοσι τάλαντα καθ' ἕκαςον ἐνιαυτόν· ἀφ' ὧν ἐκεῖνος αὑτόν τε καὶ τοὺς φίλους εὐτελῶς καὶ σωφρόνως διοικῶν, τὰ πλεῖςα κατανήλισκεν εἰς φιλανθρωπίας—. Sic in Medio *vitam degere*, De Sera Num. Vind. p. 559. E. Gryllo 989. F. ταῖς ἀναγκαίαις ὁ βίος ἡμῶν ἐπιθυμίαις καὶ ἡδοναῖς διοικεῖται. In uſu Præpoſitionis ἀπὸ eſt hoc loco ſignificatio facultatis et copiæ unde quid fit, in primis *inſtrumenti.* Sic Plutarchus Quæſt. Rom. p. 285. C: ὁ Λυκοῦργος ἀπὸ πρίονος καὶ πελέκεως κελεύσας τὰ θυρώματα ταῖς οἰκίαις ποιεῖν—. Apophthegm. Lacon. 227. B. Apophth. Reg. et Duc. 189. E. De Carnium Eſu p. 997. E. Lycurg. p. 47. B. Fragm. Commentarii in Heſiod. X. 24. Et valet fere idem, quod διά: velnti Paul. Æmil. p. 260. C: ἀπὸ τέτων τῶν λόγων πολλὴν μὲν αἰδῶ πρὸς αὐτὸν ἐνεποίησε τοῖς πολίταις. Ib. 276. E: ἀπὸ τῆς τυχέσης ςρατιᾶς ἐνίκησε, *ſubito collecto exercitu vicit.* Pelopida 287. A: ἀπ' ἴσης δυνάμεως τὸ ἴσον φέρεσθαι, *cum pari exercitu parem ſucceſſum habere.* Nicia 529. D: μὴ καὶ τὸν δῆμον ἀπὸ τῶν αὐτῶν λόγων ἐπαγάγωνται, *ne per eaſdem orationes populum in ſuam ſententiam inducant.* Dione p. 977. E: ἀπὸ χειρῶν, *manibus* quid facere, ἀπὸ τόξων, *arcubus.* Thucydides VII. 30. ubi quædam notat Dukerus: alia Abreſchius Diluc. Thucyd. p. 143. ſeq. Alios etiam uſus hujus Præpoſitionis in notandis *copiis, facultatibus, occaſionibus, ſumtibus, cauſſis,* ſuis quoſque locis animadvertemus.

95. E. Χρὴ γὰρ μετρίαν—καθάπερ πόδα νέως ἐπιδιδόντα καὶ

προσάγοντα τ. χ. τ. φ.] Sententia Euripidis Hippolyto 253. de qua copioſe diſſeruit Valckenarius, ut, quod adderemus, nobis non reliquerit. Plutarchus ſubjecit de ſuo, interpretationis loco, aliam comparationem, *tamquam rudentem nauticum, amicitiam relaxans modo, modo adſtringens.* Eadem uſus eſt in Reip. Ger. Præc. p. 818. A: πολιτικώτερον—μικρὸν ποδὸς χαλάσαι μεγάλῃ κύματος ἀλκῇ· *civilius eſt paululum rudentis laxare magna in fluctuum ſævitia.* Eſt autem ποῦς in re nautica inferior funiculus veli, quo funiculo velum vel adſtringitur, vel remittitur: Latinis item *pes* dicitur: quod poſt Laz. Bayfium De Re Navali p. 124. multi notarunt, veluti interpretes Virgilii Æn. V. 830. Joſ. Scaliger et Muretus ad Catullum IV. 21. Moſ. Solanus et Tib. Hemſterhuſius ad Luciani Contempl. T. I. p. 493. Hoc loco Plutarchus opportune Euripideæ ſententiæ ſubjicit comparationem ipſi adhibitam Euripidi in Oreſte 706: Καὶ ναῦς γὰρ ἐνταθεῖσα πρὸς βίαν ποδὶ, Ἔβαψεν· ἔστη δ' αὖθις, ἢν χαλᾷ πόδα. Uſus eſt et Sophocles Antig. 726. Adeatur et Berglerus ad Ariſtophanis Equ. 434.

p. 96. A. μὴ πολλοῖς ἐμβάλλειν δεξιάν·] Prodit Jamblichus in Protreptico 28. Vita Pythagoræ §. 257. Interpretatur L. Gyraldus Opp. p. 660.

96. A. πρὸς ἐναντίαν ἢ μετὰ πολλῶν παθῶν εἰσιοῦσαν] Adhuc probabilis mihi videtur hæc ratio, ut legatur πρὸς ἐναντίον (vel πρὸς τὸ ἐναντίον) μετὰ π. π. ε. ut vertimus in Latina Interpretatione. In εἰσιοῦσαν eſt exquiſita notio, cujuſmodi ipſe uſurpavit Euripides Phœniſſ. 536. φιλοτιμίαν reprehendens: Πολλοὺς δ' ἐς οἴκους καὶ πόλεις εὐδαίμονας Εἰσῆλθε, κἀξῆλθ' ἐπ' ὀλέθρῳ τῶν χρωμένων: ubi ſimilia attulit Valckenarius. Cæterum ἢ hoc loco, ut alibi ſæpius, ab antecedente ν natum eſt; ſiquidem hæ literæ parvo diſcrimine tranſverſæ lineæ differentes, H et N, invicem frequenter aut ortum aut interitum attulerunt. Veluti in Plutarcho Opp. Mor. p. 124. E. 139. D. 163. D. 729. D. 739. E. 919. A. 921. D. E. 931. B. 1103. A. 1112. E. Fragm. V. 32. quæ ſuis locis a nobis animadverſa ſunt. Aliorum diſertius apponendi loci: Platonis Leg. VIII. p. 628. A: τὴν μὲν κύουσαν περιπατεῖν, τὸ γενόμενον δὲ πλάττειν τε, οἷον κηρι-

νὸν, ἕως ὑγρόν: legendum—ἕως ὑγρὸν ᾖ. Dionis Chryſ. Or. XXXIV. p. 420. B: —τέκτων ἐὰν ᾖ, οὐδὲν προσήκει αὐτὰ ὀνειδίζειν· *ſi faber fuerit, nil attinet exprobrare.* Caſaubonus reſtituit ᾖ, ſine quo non conſtat ſenſus. XLII. p. 503. D: ὑπονοεῖν ἐμαυτὸν ἀναγκάζομαι, μὴ ἄρά τι τῶν ἐμῶν λόγων λόγου ἄξιον ᾖ: ita legendum puto pro vulgari —τῶν ἐμῶν λόγων ἄξιον. LXXVII. p. 650. D: ἀγαπήσουσι γὰρ ὠνούμενοι κἂν ὀλίγῳ βελτίω. Veneta editio dat βελτίων, unde Reiſkius bene correxit βελτίω ᾖ. LXXVIII. p. 654. B: μηδένα μηδὲ τῶν φαυλοτέρων ἄλλον ἄλλῳ φθονεῖν ἢ ἃ κοινὰ ὑπάρχει πᾶσιν ἀγαθά· legendum, μηδενὶ μηδὲ τῶν φαυλοτέρων ἄλλῳ φθονεῖν ἃ κοινὰ ὑπάρχει πᾶσιν ἀγαθά. Ariſtidis T. I. p. 388: ἕως ἂν τὸ τυχὸν ἓν τῶν ἀδυνάτων ᾖ· vulgo deeſt ᾖ. Ibid. p. 488. ἐς' ἐφ' ὅτους πρώτους εἶσιν ἢ ὑμᾶς; *an in alios prius invadet quam in vos?* Canterus monuit ἢ addendum. Numenii ap. Euſeb. Præp. Evang. XIV. p. 736. B: ἓν οὐδὲν ἐν τῷ μέσῳ κατελείπετο, οὐκ ἀγγεῖον οὐ τῶν ἐν ἀγγείῳ τιθεμένων, οὐχ ὅσα εἰς οἰκίας κατασκευὴν ἀλλ' ἔτι συντελῇ: corrigendum, οὐχ ὅσα εἰς οἰκίας κατασκευὴν ἢ ἄλλο τι συντελεῖ. Herodiani Hiſtor. VII. 8. 9: μή τι ἄρα καὶ καταγέλαστον ᾖ εἰπεῖν· vulgo deſideratur ᾖ, quod addendum in hac phraſi, ut vel ex ſimilibus quibuſdam locis apparet allatis a nupero editore Irmiſchio, cujus in nimia ſedulitate non contemni debet diligentia. Sic in Themiſtii Or. XXIV. p. 302. C: φιλοσοφία γάρ τοι κατὰ φύσιν κάλλος ἄφραστον ἔχουσα, πᾶν ὅ, τι περ ἂν ἐπείσακτον ᾖ ἀτιμάζει τε καὶ οὐ προσίεται: nemo uſu quidem et ſcientia Græcæ orationis præditus non ſentit vim et neceſſitatem Verbi ᾖ, quod in editionibus deeſt. Cæterum de literarum H et N permutatione, verbo monuit Jac. Perizonius ad Æliani Var. Hiſt. IV. 8. Not. 16.

96. A. τοῦ σοφοῦ Χείλωνος] Dictum notavimus ad p. 86. C. Non dubitavimus ex uno codice D. σοφοῦ reponere pro σοφιστοῦ. Non credibile eſt Plutarchum *ſophiſtæ* nomine affeciſſe Chilonem, quum Herodotum hoc nomen tribuentem Soloni I. 29. reprehendat in libro De Malign. Herodoti p. 857. F. Nam quod alii antiquiores item factitarunt, ut monet Weſſelingius l. l. hi fuerunt et oratores aut hiſtorici, qui philoſophos vel per contemtum, vel tam-

quam mercede docentes, vel nondum diſcreta utriuſque vocabuli notione, ſophiſtas appellarent: et quod addit idem egregius vir de loco Plutarchi memorato ex libro De Malign. Herod. *Verum ea turbato animo Plutarchus; pacatior Chilonem* τὸν σοφιστὴν *T. II. p.* 96. *et reliquos de hoc numero* σοφιστὰς *ſalutavit:* hujus quidem loci ipſius de Chilone *ſophiſta* appellato auctoritas noſtra correctione concidit: neque etiam memini a Plutarcho alicubi philoſophum, aut unum e ſeptem ſapientum numero *ſophiſtam* ſalutari. Ille vero hæc nomina inter ſe opponit, Opp. Mor. p. 48. D, 43. E. F: tum vero pronunciat antiquum fuiſſe nomen et munus σοφȣ̃, a quo in diverſum prodierunt duo diverſa nomina et munera φιλοσόφȣ et σοφιστȣ̃, de Mneſiphilo Solonis familiari narrans: Μνησιφίλȣ τὸν Θεμιστοκλέα τȣ̃ Φρεαρίȣ ζηλωτὴν γενέσθαι,—οὔτε ῥήτορος ὄντος, οὔτε τῶν φυσικῶν κληθέντων φιλοσόφων, ἀλλὰ τὴν καλȣμένην σοφίαν, οὖσαν δὲ δεινότητα πολιτικὴν, ϗ δραστήριον σύνεσιν, ἐπιτήδευμα πεποιημένȣ ϗ διασώζοντος, ὥσπερ αἵρεσιν ἐκ διαδοχῆς ἀπὸ Σόλωνος· ἣν οἱ μετὰ ταῦτα δικανικαῖς μίξαντες τέχναις, καὶ μεταγαγόντες ἀπὸ τῶν πραγμάτων τὴν ἄσκησιν ἐπὶ τȣ̀ς λόγȣς, σοφισταὶ προσηγορεύθησαν. Sed et grammatica ratio et loquendi conſuetudo duplicem notionem σοφιστȣ̃ oſtendunt, et honorificam et contrariam. Eſt enim ab Activo σοφίζω, *alium facio ſapientem,* σοφιστὴς, *doctor:* a Medio σοφίζομαι, *ſapientem me gero, ſimulo, comminiſcor,* σοφιστὴς, *ſimulator vel oſtentator ſapientiæ:* ſubinde etiam utraque notio ſimul in hoc vocabulo cernebatur. Philoſophi quidem ab ejus communione eximi ſe voluerunt, et eximi cœpti ſunt mox poſt inductum, ut videtur, a Pythagora nomen *philoſophiæ:* magis etiam, finibus utriuſque generis diligenter deſignatis a Platone in dialogo Sophiſta: graviter item a Xenophonte in Cynegetici epilogo p. 998. ſeq. frequenter ab Iſocrate, qui licet mercede eloquentiam docens, tamen φιλοσοφεῖν ſe profitebatur, ſuumque ſtudium φιλοσοφίαν appellabat. Igitur ſicubi *philoſopho* tribuitur nomen *ſophiſtæ;* fit hoc vel per contemtum, vel peculiarem aliam rationem: veluti Xenophon Mem. Socr. I. 1. 15: ὁ καλȣ́μενος ὑπὸ τῶν σοφιστῶν κόσμος, *phyſicos philoſophos* ſignificat; quod ſcire ſe putarent id, quod ſupra

hominis captum eſſet: Æſchines Adv. Timarchum p. 914. B. Socratem nominat *ſophiſtam*; ut orator, et alios docentem: item Plutarchus Adv. Colot. p. 1118. D. ex perſona Colotis in alios philoſophos maledici: idem in Pompeio p. 641. E. utrumque nomen eodem ſenſu ponere videtur: ἐν δὲ Ῥόδῳ γενόμενος πάντων μὲν ἠκροάσατο τῶν σοφιστῶν, καὶ δωρεὰν ἑκάστῳ τάλαντον ἔδωκε· Ποσειδώνιος δὲ καὶ τὴν ἀκρόασιν ἀνέγραψεν ἣν ἔσχεν ἐπ' αὐτοῦ·—ἐν δὲ Ἀθήναις τὰ μὲν πρὸς τοὺς φιλοσόφους ὅμοια τοῦ Πομπηΐου: neque vero hoc loco Poſidonius dicitur *ſophiſta*, nec *philoſophi* appellantur nomine *ſophiſtarum*, non magis quam *ſophiſtæ* nomine *philoſophorum*. Rhodi multi erant ſophiſtæ, id eſt, eloquentiæ magiſtri, philoſophiæ una ſchola Stoica ſub Poſidonio: Athenis contra, plures clarioreſque erant ſcholæ philoſophorum quam rhetorum et ſophiſtarum: et quando ſcholæ ac diſciplinæ ſignificatio ſubeſt, σοφιστὴς idem valet ac διδάσκαλος, *doctor*. Eadem confuſio obſcuravit Dionem Chryſ. Or. IV. p. 81. A: ξεναγοὶ γὰρ καὶ σοφισταὶ καὶ δημαγωγοί· λέγω δὲ διακρίνων στρατηγούς τε καὶ σοφιστὰς καὶ πολιτικοὺς ἄνδρας ἀπὸ τῶν νῦν εἰρημένων: ubi non dubium, quin ipſe ſcriptor pro σοφιστὰς dederit σοφούς.

96. B. Τιμησίᾳ—Σμῆνα μελισσάων—] Timeſias Clazomeniorum princeps memoratur in alia re a Plutarcho Reip. Ger. Præc. p. 812. A. unde Ælianus habet, Var. Hiſt. XII. 9. *eum, cognita civium erga ſe invidia, ſponte in exilium abiiſſe*: et haud ſcio, an huc ſpectet Oraculum: quod ſi ita eſt, ejus ætas referenda erit ad tempora deductæ in Ioniam Athenienſium coloniæ, id eſt, ad ſeculum ante noſtram æram XI. ſiquidem Clazomenæ fuerunt una e duodecim primis Ionum in Aſia urbibus, ejuſque coloni adverſus Timeſiam ex apibus veſpæ exſtiterunt: quamquam de ejus ætate affirmare non licet, et Parphorum Colophonium prodit Clazomenarum conditorem Pauſanias VII. 3. Fuit certe diu ante Cyrum, ſub quo Ionia imperio Perſarum ſubjecta eſt; quippe tunc Teii, relicta urbe, Abderam Thraciæ ſe contulerunt, quam antea condiderat, ſed a Thracibus coactus reliquerat Timeſias Clazomenius, ut refert Herodotus I. 168. ad quem locum

eruditiſſimus Larcherus quæſtionem de Timeſiæ ætate attingens, eam refert ad Olympiadis 31. annum 2. auctore Euſebio Chron. p. 157. quod is Abderæ conditum illo anno ponens, de poſteriore Cyri tempore facto conditu accipi nequeat. Nec repugnamus, licet in argumento obſcuro unius Euſebii auctoritas non ſatis perſuadeat. Poteſt ſane Oraculum etiam de alia, quam ipſarum Clazomenarum colonia deducenda, intelligi: ut accepit etiam P. Baylius Dictionarii Hiſt. et Crit. voce *Timeſius*. Nam apud Herodotum ſcribitur Τιμήσιος. Et Maximus Tyrius Diſſert. XIX. 5: προεμήνυσε—ᾗ Τιμήσιος Κλαζομενίοις ἐκλάποντα ἥλιον: niſi forte Hermotimum Clazomenium voluit, de cujus interiore naturæ cognitione multa mirabilia narrabantur: aut Anaxagoram ejuſdem urbis civem eademque ſcientia clarum. Oraculi verſificator σμῆνα fecit pro σμήνεα, quaſi a σμῆνον eſſet, forma in iis qui ſuperſunt Græcis libris non prodita. In tanta jactura hiſtoriæ coloniarum Græcarum dolemus in primis partem eam quæ fuit de Ionicis coloniis amiſſam: quam quum et alii, et in primis Hellanicus et Ephorus, explicuiſſent, communi illi literarum naufragio abſumti, ex eoque fonte rivulum duxiſſet Trogus Pompeius hiſtoriarum libro primo, eſt profecto quod indignemur illud ipſum, quidquid fuit, rivuli nobis periiſſe negligentia Epitomatoris Juſtini.

96. B. ἴσον ἄγει—χάρις] Fortaſſe ſubeſt alicujus poetæ ſententia, quod etiam Meziriacus ſuſpicatus videtur: —ἴσον δ' ἄγει σταθμὸν Ἐχθροῦ τε μνησικακία καὶ φίλου χάρις.

96. B. Φιλώτου καὶ Παρμενίωνος] Breviter attigit Plutarchus in Alexandro p. 692. 693: brevius etiam alii: uberius narravit Curtius VI. et VII.

96. C. Δίωνος Διονύσιος] Minor Dionyſius Dionis quoque amicos male tractavit, Platonem, Heraclidem, Ariſtomachen uxorem, filium, ut conſtat ex Nepote et Plutarcho in Vita Dionis: forte etiam mortuo Dione, potitus Syracuſis in reliquos ejus amicos animadverterit.

96. C. τοὺς Πλαύτου Νέρων] Significatur Rubellius Plautus, de quo frequens eſt mentio apud Tacitum in rebus Neronis, cujus juſſu interfectus eſt, Annal. XIV. 57—59:

amicitia ejus funeſta fuit Bareæ Sorano, ut ibidem proditur XVI. 30. Ad eumdem Plautum pertinet locus Dionis Caſſii LXII. 14. ubi, pro vetere lectione Πλῦτον, quod jam Xylander reponendum monuit ad hunc Plutarchi locum, Πλαῦτον reſtituit Fabricius, qui plura etiam de hoc Rubellio Plauto notavit. In lectione Πλαύτου plurimi conſentiunt noſtri libri exceptis paucis: Πλάτυ dant Harl. et Moſc. 2: Πλύντυ Ald. et Baſ.

96. C. τοὺς Σηϊανοῦ Τιβήριος] Tacitus Annal. V. 7. et ſeq. Dio Caſſius LVIII. 11, 12.

96. C. τὸν Κρέοντα—συναπώλεσεν] Corinthi regem Creontem, patrem Glaucæ: res nota ex Euripidis Medea 1136. ſeq. Pro πλῦτος dant πέπλος C. Harl. Moſc. 2. Pol. Rodolph. Anon. Jannot. Schott. T. V. B: vulgatum præferam.

96. C. Πέδαις ἀχαλκεύτοισιν—] Plutarchus hunc verſum ter alibi ad diſputationem ſuam accommodat: ſemel Euripidis nomine addito, in Amatorio p. 763. F: κοινωνίας, οὐχ οἵαν Εὐριπίδης φησὶν, ἀχαλκεύτοις ἐζεῦχθαι πέδαις: bis ſine auctoris nomine, De Frat. Am. p. 482. A: Οὐδὲ ὁ ξένος Αἰδοῦς ἀχαλκεύτοισιν ἔζευκται πέδαις. De Vitioſo Pudore p. 533. A: ὥσπερ ἐνέχυρον προέμενος τὴν ἐπαγγελίαν, Αἰδοῦς ἀχαλκεύτοισιν ἔζευκται πέδαις: ubi propter diſputationis argumentum αἰδῦς de ſuo ipſe dediſſe videtur: quod non animadverſum Grotio Excerpt. Tragic. p. 429. recte monuit Gatakerus Adverſ. Poſthum. Cap. X. p. 520, 521. lectionem hujus loci germanam, verſum ex Euripidis Pirithoo ſumtum, Stephani correctionem ἀχαλκεύτοις συνέζευκται minus probabilem judicans. Ex hoc loco verſus relatus eſt in Euripidis Fragm. Pirithoi Num. IV. edit. Muſgr. De Theſei fato docte diſſerit Bachetus Meziriacus ad Ovidii Epiſtol. Heroid. T. I. p. 147. ſeq. Heynius ad Virgilii Æn. VI. 618.

96. C. Θυκυδίδης] II. 62.

96. D. ἄλλοις συνδέοντας αὐτὴν κ. σ. ἀλλὰ τοῖς ἀξίοις τὴν αὐτὴν φυλάττειν κοινωνίαν—] In ἄλλοις eſt quod diſpliceat: Meziriacus malebat πολλοῖς: codex D. dat ἄλλοτε ἄλλοις, quod reddidiſſe videtur Amyotus. Pro τὴν αὐτὴν dant τὴν

αὐτῆς C. D. Xyl. Anon. Equidem ἀλλὰ ſi accipiamus pro ἀλλ' ἢ, *quam*, cujus notionis exempla alibi apponemus, ſententia ſic accipi poterit, ut legamus, ἀξίως: —*implicemus, quam iis, qui digno amicitia modo amicitiæ communionem ſervare poſſunt, id eſt, iis, qui ſimiliter diligere et communicare poſſunt.*

96. D. ἄψυχα] *Bruta* ſic dici, novum nec adhuc obſervatum: fortaſſe Stoicis aliquando uſurpatum, certe licebat. Et Plutarchus in Craſſo p. 544. A. ἄψυχα opponit ἀνθρώποις, *ſervos* ſignificans. Athenæus XIII. 566. E. *pueros* et *puellas* ἄψυχα nominat. Philo Jud. De Somn. III. p. 1143. D, E. ranas quamvis clamantes dicit ἀψύχους καὶ ἀναίμους.

96. E. ὁμοπαθεῖ] Vide ad p. 72. B.

96. E. βίοις ἑτέρως προαιρέσεως ἔχουσιν] Proba dictionis forma, *diverſo eſſe vitæ inſtituto*. Hujuſmodi eſt in Plutarcho Sympoſ. V. p. 682. B: —πῶς ἔχεις εὑρεσιλογίας πρὸς τὰς τοιαύτας ἀτοπίας, *quomodo inſtructus ſis acumine adverſus tales repugnantias*. Camillo 145. C: ὡς ἕκαστος ἑτοιμότητος ἢ βουλήσεως ἔχε· *prouti quiſque paratus et animatus erat*. Catone Maj. 345. B: ὡς ἕκαστος ἐπιθυμίας ἔχοι καὶ προαιρέσεως. Alexandro 435. B: Ἐπεὶ τοίνυν, ἔφη, οὕτως ἔχεις, ὦ Κῦρε, προθυμίας. Sulla 468. E: συνεισέφερον ὡς ἕκαστος εἶχεν εὐπορίας. Pompeio 604. D: ὡς ἕκαστος δυνάμεως εἶχεν. Alexandro 669. C: πῶς ἔχουσιν ὁμονοίας, quod dictum tractavimus ſupra p. 70. B. Cæſare 729. C: πῶς τι θράσους ἔχομεν. Demetr. 906. B. Bruto 992. F. 1005. E. Conſol. ad Uxor. 610. C. Pauſanias VII. 22. p. 580. et 25. p. 589. Leviter attigerunt hunc uſum Vigerius et Hoogeveenius De Idiotiſm. L. Gr. p. 252: Weſſelingius ad Herodotum VIII. 127.

96. E. ἐξ ἀντιφώνων ἔχει τὸ σύμφωνον] Similem in rem eodem exemplo utitur Syneſius De Inſomn. p. 135. A: ἡ λύρα σύστημα φθόγγων ἐστὶν ἀντιφώνων τε καὶ συμφώνων.

96. E. ἄνισον] Sola hæc vera lectio a ſententia loci et auctoritate codicis D. commendatur: reſpondet ad præcedentia ἀνόμοιον et ἀνώμαλον: ex quorum poſtremo per ſimilitudinem vulgatum ἄδολον natum: quod varie corrigunt

alii: Stephanus ἀπῳδὸν, Vulcob. ἄπαιδον, Jannot. ἄδηλον, Moſc. 2. ἄδωλον: tum δεῖ etiam addunt D. Jun. Xyl. Exempl. Turn. Alio modo Jannot. notat, οὐ δεῖ, *forte*: δεῖ ὅλως Mez. Pythagoræ fuit ἰσότης φιλότης, teſte Jamblicho Vit. Pythag. §. 162; quod ut proverbium memorat Ariſtoteles Ethic. Nicom. IX. 8. Eodem pertinet Ciceronis dictum De Amicit. 9: *ſintque pares in amore et æquales.*

96. E. ὁμοδοξῶν] In amicitia eſt ὁμοδοξία: neque hæc una ſufficit, monente Ariſtotele Ethic. Nicom. IX. 6. In conjugii vinculo eam laudat Perictyone Pythagorica ap. Stob. S. LXXXIII. p. 488.

96. E. συνομοπαθῶν] Notavimus ad p. 72. B.

96. E. ὥσπερ μιᾶς ψυχῆς ἐν πλείοσι διῃρημένης] Proverbium definiendæ amicitiæ. Ariſtoteles Ethic. Nicom. IX. 8: παροιμίαι—μία ψυχὴ καὶ κοινὰ τῶν φίλων—. Cicero De Amicit. 25: *cum amicitiæ vis ſit in eo, ut unus fiat e pluribus.* Offic. I. 17: *efficiturque id, quod Pythagoras ultimum in amicitia putavit, ut unus fiat ex pluribus.* Alia dedimus ad p. 93. D.

96. F. ἐπίπονος] Ita omnes libri: et ratio confirmat, quam mox reddemus ad p. 97. A. ad verba οὐκ εὐτυχοῦς. Perperam Reiſkius tentavit corrigere ἐπίκοινος.

96. F. Θεόγνιδος—Πολύποδος] Legitur in hujus Gnomis, ver. 215: citat Plutarchus Quæſt. Nat. p. 916. C: De Solertia Animal. p. 978. E. Athenæus XII. p. 513. E. Philoſtrato Ægyptio Sophiſtæ accommodatum per parodiam, narrat Philoſtratus Vit. Sophiſt. I. 5. p. 486. Spectavit Lucianus Dialog. Marin. IV. T. I. p. 299. ubi hoc argumentum attigerunt annotatores. Julianus Miſopog. p. 349. D. Ariſtoteles Mirabil. Auſcult. XXIX. p. 63. ubi videatur J. Beckmannus. Alterius etiam parodia poetæ refertur ab Antigono Caryſtio Hiſtor. Paradox. XXIX. p. 55. de qua erudite diſſerit Niclaſius. Hinc Proverbii inſtar uſurpatum, referunt Diogenianus I. 23: Zenobius I. 24. Apoſtolius II. 73. Eraſmus p. 850. Noſtro hoc loco diſſentiunt libri: D. πολύχροος: Harl. περὶ πέτρῃ: Ald. omittit περ, addit Exempl. Turneb. Moſc. 2. τῇ προσομιλήσῃ: τῇπερ ὁμιλήσει Ald. Baſ. Xyl. C. E. Moſc. 1.

96. F. —ϛυφότητι καὶ μανότητι τὰς ἀποῤῥοίας τῶν πλησιαζόντων ἀναλαμβάνουσαν] Corporum ἀποῤῥοίας, *effluvia*, in primis ab Empedocle celebratas, ad reddendam rationem mutationum polypi adhibuit Plutarchus Quæſt. Nat. p. 916. C. Vox ϛυφότης, *denſitas*, *ſpiſſitudo*, in Lexicis deſiderata, ex hoc loco annotata eſt a D. Scotto in Appendice. Recepto ἀναλαμβάνουσαν, non opus eſt correctione J. Kuhnii ad Ælianum Var. Hiſt. I. 1. reponentis ϛυφότητος ϗ μανότητος.

p. 97. A. οὐκ εὐτυχοῦς] *non felicis, calamitoſi, ærumnoſi, ſua culpa et perverſo ſtudio labores ſibi ipſi quærentis:* hic eſt ſingularis ſubinde hujus nominis uſus, ut item nominis ἀτυχὴς, de quo alibi dicemus. Plato Phædro p. 337. G: λίαν δὲ δεινοῦ καὶ ἐπιπόνου καὶ οὐ πάνυ εὐτυχοῦς ἀνδρὸς—τὸ τῶν ἱπποκενταύρων εἶδος ἐπανορθοῦσθαι—· *eſt viri nimium arguti et laborioſi nec valde felicis fabulam de Centauris ad veriſimilitudinem corrigere:* cujus dictionis partem nunc amiſſam attingemus ad p. 549. B. Leg. VII. p. 629. A. 633. F. Plutarchus De Glor. Athen. p. 348. B: οὐκ εὐτυχοῦς δοξης μετέσχηκε. Sympoſ. I. p. 913. B: ἀμαθίας οὐκ εὐτυχὲς παραμύθιον. Adv. Colot. 1106. C. Dion Chryſ. Or. V. init. p. 83: Μῦθον Λιβυκὸν ἐκπονεῖν, καὶ περὶ τὰ τοιαῦτα κατατρίβειν τὴν περὶ λόγους φιλοπονίαν, οὐκ εὐτυχὲς μέν· οὐ γὰρ οὖν τῶν πρὸς ζῆλον τοῖς ἐπιεικεϛάτοις, ἅτε πάντων ἀπιϛούντων· ἀλλ᾽ ὅμως οὐκ ἀφεκτέον· ita lego pro vulgato —ὐκ εὐτυχὲς μὲν, οὐ γὰρ οὐ τῶν πρὸς ζῆλον τοῖς ἐπιεικεϛάτοις ἀνθρώπων ἀπιϛευόντων· fortaſſe forma ἀπιϛεύειν pro ἀπιϛεῖν defendi poſſit; quod alibi videbimus.

97. A. συγκονιυμένυ] Notavimus p. 52. B.

97. A. συναρχαιρεσιάζοντος] Cruſerius reddit *una prenſans*; Luſcinius, *cum ambitioſis magiſtratum ambire*, non male quidem, ſed magis ad Romanum morem, ejuſque fere abuſum: item Xylander: univerſe accipiendum, *in petitione magiſtratuum adjuvantis*. Sic et apud alios uſurpatur et apud Plutarchum Opp. Mor. p. 200. C. 603. F. Vit. 626. B. 642. B. 773. D. 836. B. 838. B. 867. D. 884. B. 1049. D.

97. A. ἰδίαν ἤθυς ἑϛίαν ὐκ ἔχοντος] Sic ſupra De Adulatore p. 52. A. loco plane gemino.

97. A. —τὴν ἀσχημάτιστον οἱ φυσικοὶ—πήγνυσθαι] *Phyſici* dicuntur præcipue quidem Ionici ante Socratem, a Thalete profecti, Eleatici, Heraclitus, Democritus, Straton, et quicumque phyſicam Philoſophiæ partem maxime tractarunt: ſed etiam aliarum omnium ſectarum philoſophi, quatenus in phyſica parte egregiam operam ponunt: eademque eſt ratio in communione duorum reliquorum cognominum, Dialecticorum, et Ethicorum. De cognomine *Phyſici*, conferantur loci Plutarchei Opp. Mor. p. 142. F. 161. D. 770. A. 829. B. 887. A. 1119. B. Fragm. I. 1. Vit. 112. D. 155. A. 538. F. Sed præſentis loci ſcriptura corrupta videtur duobus indiciis: altero, quod ὑπ' αὐτῶν nullum habet ſenſum, nec ὑφ' αὐτῆς oblatum a codicibus D. Xyl. Jannot. ſatisfacit, idque ipſum correctoris manum redolet: altero, quod ὑποκειμένην requirit *rem cui ſubjecta ſit materia.* Atqui hujus rei nomen puto excidiſſe, atque hujuſmodi fuiſſe veram ſcripturam —ὑποκειμένην ταῖς ποιότησι καὶ τρεπομένην ὑπ' αὐτῶν νῦν μὲν φλ—. Heracliti fuit hoc placitum de mutua tranſmutatione elementorum, quod ab eo acceptum tenuerunt Stoici. Plutarchus ſubinde argumentum attingit: Adv. Stoic. p. 1085. E, F. ubi hæc in primis animadvertenda: τὴν μὲν οὐσίαν καὶ τὴν ὕλην ὑφεστάναι ταῖς ποιότησι λέγουσι—· τοῦτο μόνον αὐταῖς ὑφέστηκε τὸ κοινὸν, ὅπερ οὐσίαν οὗτοι καὶ ὕλην καλοῦσι—. De Stoicor. Repugn. p. 1054. A: πανταχοῦ τὴν ὕλην ἀργὸν ἐξ ἑαυτῆς καὶ ἀκίνητον ὑποκεῖσθαι ταῖς ποιότησιν ἀποφαίνουσιν, τὰς δὲ ποιότητας πνεύματα οὔσας καὶ τόνους ἀερώδεις, οἷς ἂν ἐγγένωνται μέρεσι τῆς ὕλης, εἰδοποιεῖν ἕκαστα καὶ σχηματίζειν. Materia per ſe ipſa ἄποιος, *qualitatis expers*, ὑπόκειται ταῖς ποιότησι, *ſubſtrata eſt* ταῖς ποιότησι, *qualitatibus*, ab iiſque formatur in corpora, igitur ſemper cum forma et corpore exſtat: ita Stoicum placitum accipiendum, quod ex Poſidonio memorat Stobæus Phyſ. p. 30: quocum conferatur Diogenes Laertius VII. 150. et Plutarchus De Iſid. et Oſir. p. 369. A, 374. E. Adv. Stoic. 1086. A, B. Sed et Platonis eſt ſententia, ἄποιον καὶ ἀσχημάτιστον, ἀνείδεον ὕλην per ſe eſſe: ut eſt apud eumdem Stobæum p. 29: Plutarchum Sympoſ. VIII. p. 719. D. Placit. Philoſ. I. 9. p. 882. C. Plat. Quæſt. 1007.

C. 1114. F. Animi Procreat. 1015. A. et ipſum Platonem in Timæo p. 534, 535. Mutationem elementorum alterius deinceps in alterum ex opinione Heracliti ſpectat Plutarchus De Orac. Defect. p. 415. B : ἐκ γῆς ὕδωρ, ἐκ δὲ ὕδατος ἀὴρ, ἐκ δὲ ἀέρος πῦρ γεννώμενον ὁρᾶται, τῆς οὐσίας ἄνω φερομένης. De EI Apud Delph. 392. C. Diogenes Laertius IX. 8. in Heraclito : καὶ τὴν μεταβολὴν ὁδὸν ἄνω κάτω· τόν τε κόσμον γίνεσθαι κατὰ ταύτην· πυκνούμενον γὰρ τὸ πῦρ ἐξυγραίνεσθαι, συνιστάμενόν τε γίνεσθαι, ὕδωρ, πηγνύμενον δὲ τὸ ὕδωρ, εἰς γῆν τρέπεσθαι· καὶ ταύτην ὁδὸν ἐπὶ τὸ κάτω εἶναι· πάλιν τε αὐτὴν τὴν γῆν χεῖσθαι, ἐξ ἧς τὸ ὕδωρ γενέσθαι· ἐκ δὲ τούτου τὰ λοιπὰ σχεδὸν πάντα, ἐπὶ τὴν ἀναθυμίασιν ἄγων τὴν ἀπὸ τῆς θαλάττης : locus corruptus, ita fere ad ſanitatem revocandus —πυκνούμενον γὰρ τὸ πῦρ ἐξαεροῦσθαι, συνιστάμενον δὲ τὸν ἀέρα καὶ ἐξυγραινόμενον, γίνεσθαι ὕδωρ· πηγνύμενον δὲ τὸ ὕδωρ, εἰς γῆν τρέπεσθαι· πάλιν τε αὐτὴν τὴν γῆν χεῖσθαι, ἐξ ἧς τὸ ὕδωρ γενέσθαι· ἐκ δὲ τούτου τὰ λοιπὰ· σχεδὸν πάντα ἐπὶ τὴν ἀναθυμίασιν ἀνάγων τ. ἀ. τ. θ. ita ſuus *aeri* locus, et elementis mutandis ordo, reſtituitur. In libro De Placitis Philoſ. I. 3. p. 877. C. et Stobæo Phyſ. p. 27. alius etiam eſt Heracliteæ rationis ordo, nec ſecum ipſe, nec cum Laertiano aliiſque conſentiens : *craſſa ignis pars ſit terra : terra ab igne relaxata in aquam convertitur, quæ deinde ab igne per exhalationem in aerem mutatur.* At primo quidem, quæ eſt ratio, ut ignis agat? quippe qui *exſtinctus* ſit; ita enim eſt in libro De Placit. Philoſ. l. c. τούτου δὲ κατασβεννυμένου, κοσμοποιεῖσθαι τὰ πάντα : quæ verba cum proximis non habet Stobæus l. c. et κατασβεννυμένου ut vitioſum in κατὰ μέρη σβεννυμένου mutandum notavit Meziriacus. Deinde illius operis De Placitis Philoſophorum, neque in Plutarchi, neque in Stobæi, exemplis, nulla magnopere vel a diſputationis diligentia, vel a ſcripturæ ſanitate eſt auctoritas. Tum Stoici ab hac Heraclitea ſententia profecti, hunc ordinem tenuerunt Zenon et Chryſippus teſte Stobæo Phyſ. p. 28 : —πρώτης μὲν γιγνομένης τῆς ἐκ πυρὸς κατὰ σύστασιν εἰς ἀέρα μεταβολῆς, δευτέρας δὲ ἀπὸ τούτου εἰς ὕδωρ, τρίτης δ' ἔτι μᾶλλον κατὰ τὸ ἀνάλογον, συνισταμένου τοῦ ὕδατος εἰς γῆν· πάλιν δ' ἀπὸ ταύτης διαλυομένης καὶ διαχεομένης, πρώτη μὲν γίγνεται χύσις εἰς ὕδωρ, δεύτερον δ' ἐξ ὕδατος.

ἐς ἀέρα· τρίτη δὲ καὶ ἐσχάτη εἰς πῦρ: ita ex codice Auguſtano citamus. Stoicus apud Ciceronem Nat. Deor. II. 33: *Et cum quatuor genera ſint corporum, viciſſitudine eorum mundi continuata natura eſt. Nam ex terra aqua, ex aqua oritur aer, ex aere æther: deinde retrorſum viciſſim, ex æthere aer, inde aqua, ex aqua terra infima. Sic naturis his, ex quibus omnia conſtant, ſurſus deorſus, ultro citro commeantibus, mundi partium conjunctio continetur.* Rufus ex Epicteto de Amicitia apud Stob. Serm. CVI. p. 571: —τὰ τέσσαρα στοιχεῖα ἄνω καὶ κάτω τρέπεται καὶ μεταβάλλει· καὶ γῆ τε ὕδωρ γίνεται καὶ ὕδωρ ἀὴρ, οὗτος δὲ πάλιν εἰς ἕτερα (lege αἰθέρα) μεταβάλλει· καὶ ὁ αὐτὸς τρόπος τῆς μεταβολῆς ἄνωθεν κάτω. Maximus Tyrius Diſſ. XLI. 4. p. 489: Μεταβολὴν ὁρᾷς σωμάτων καὶ γενέσεως, ἀλλαγὴν ὁδῶν ἄνω καὶ κάτω, κατὰ τὸν Ἡράκλειτον· καὶ αὖθις αὖ ζῶντας μὲν τὸν ἐκείνων βίον, ἀποθνήσκοντας δὲ τὴν ἐκείνων ζωήν· ζῇ πῦρ τὸν γῆς θάνατον, καὶ ὁ ἀὴρ ζῇ τὸν πυρὸς θάνατον, ὕδωρ ζῇ τὸν ἀέρος θάνατον, γῆ τὸν ὕδατος. Quomodo ſcripſerit Maximus, haud facile dicam: ex ratione quidem Heracliti dicam ſcribendum fuiſſe, ζῇ πῦρ τὸν ἀέρος θάνατον—: continetur enim elementorum mutatio viciſſitudine viæ, id eſt, via reciproca, recto itinere ultro citroque redeunte, non circuli inſtar in orbem circumacto; igitur *ignis non vivit terræ mortem, ſed aeris*: quod ex locis Scriptorum, quos adhuc appoſuimus, ſatis apparet. Cæterum Heracliti ſententiam tractavit quoque Th. Gatakerus ad M. Antonin. IV. 43. p. 127: et attigerunt Daviſius ac Marklandus ad Max. Tyr. l. c. p. 643. et 726.

DANIELIS WYTTENBACHII

ANIMADVERSIONES

IN PLUTARCHI LIBRUM

DE FORTUNA.

P. 97. C. ΠΕΡΙ ΤΥΧΗΣ.] Citat hoc nomine Macarius Chryſocephalas, ἐκ τοῦ περὶ τύχης, apud Villoiſonum, Anecdotis Gr. p. 10. Eodem fuit nomine liber Ariſtippi, teſte Diogene Laertio II. 85: et Demetrii Phalerei, teſte eodem V. 81. Sunt etiam περὶ τύχης Dionis Chryſoſtomi Orationes duæ, LXIII. et LXIV.

97. C. Τυχὴ τὰ θνητῶν—] Verſus poetæ celebratus a Theophraſto in Calliſthene, teſte Cicerone Tuſc. V. 9: *Vexatur idem Theophraſtus et libris et ſcholis omnium philoſophorum, quod in Calliſthene ſuo laudarit illam ſententiam, "Vitam regit fortuna, non ſapientia." Negant ab ullo philoſopho quidquam dictum eſſe languidius.* Ipſis his verbis, ſub nomine Chæremonis, legitur Stobæi Eclog. Phyſic. p. 12: Τυχὴ τὰ θνητῶν πράγματ', οὐκ εὐβουλία. In Proverbium abiit: igitur ad ſermonem ſuum accommodavit Nicoſtratus ap. Athenæum XV. p. 693. A: Τυχὴ τὰ θνητῶν πράγματα, πρόνοια δὲ Τυφλόν τι καὶ ἀσύνακτόν ἐστιν, ὦ πάτερ. Similes ſententiæ aliorum, a re ipſa oblatæ, non ab imitatione hujus verſus ductæ, haud paucæ exſtant: quarum partim notavit J. D. Lennepius ad Phalaridis Epiſt. LV. p. 182.

nec ad imitationem referam dictum Platonis Leg. IV. p. 597. G. et ſeq. Et nos ſententiam argumentumque attigimus in Præfatione ad has Animadverſiones Plutarcheas p. 8: quibus addantur notata J. Daviſii ad Ciceronis l. c. De Theophraſti Calliſthene poſt J. Meurſium in Theophraſto LVI. p. 32. quædam inde ſumta attulerunt Menagius ad Diog. Laert. V. 44. et Fabricius Bibl. Gr. II. p. 249.

97. C. ἐκ τύχης καὶ διὰ τύχην] Aliquid efficaciæ ſignificare voluit hac iteratione Plutarchus: ἐκ τύχης dixit in Cicerone p. 883. E: διὰ τύχην, quod ſciam, nuſquam niſi proxime et 97. D: pro illo uſurpare ſolet ἀπὸ τύχης; pro hoc, κατὰ τύχην. Sed διὰ τύχην quam vim hic habeat, non ſatis primo obtutu apparet. Xylander reddit *propter fortunam*, ſane proprietatem ſecutus: nam διά τι notat cauſſam moventem, *propter quam* quid facimus: διά τινος, *per aliquid*, cauſſam inſtrumenti loco habitam, per quam quid efficimus. Igitur hoc loco διὰ τύχην erat quidem ex vi conſtructionis accipiendum *propter fortunam*: at ſententia ipſa poſtulat alteram notionem διὰ τύχης, *per fortunam*, aut ἀπὸ τύχης, cauſſam efficientem. Nec tamen putem Plutarchum διὰ τύχης ſcripſiſſe; quippe qui διὰ cum Accuſativo ſubinde pro *ab* cauſſæ efficienti ſignificandæ adhibet: ita ut ſimul notio διά τινος, *per aliquid*, id eſt, *inſtrumenti*, et διά τι, *propter aliquid*, id eſt, *cauſſæ voluntatem moventis*, intelligatur. Sic in Opp. Mor. p. 170. E. 179. D. 181. B. 195. F. 196. F. 201. A.

97. C. Ἀριστείδης] Plutarchus Ariſtide p. 334. B. et 318. D. ubi opinionem Demetrii Phalerei paupertatem Ariſtidis in dubium vocantis refellet. Corn. Nepos in Ariſtide III. 2: *Hic qua fuerit abſtinentia, nullum eſt certius indicium, quam quod, quum tantis rebus præfuiſſet, in tanta paupertate deceſſit, ut qui efferretur, vix reliquerit.* Ubi plura dant interpretes.

97. C. Σκιπίων Καρχηδόνα ἑλὼν οὐδὲν οὔτ' ἔλαβεν οὔτ' εἶδε τῶν λαφύρων] De ſcripturæ veritate certius nobis judicare liceret, ſi ſupereſſet Scipionis Æmiliani vita a Plutarcho ſcripta: nunc et hæc et Polybiani et Liviani operum pars

quæ eſt de Carthaginis excidio item interierunt. Ex Diodori Siculi fragmento T. II. p. 591: Appiano Punicorum CXXXIII: Cicerone Verrin. IV. 33: Plutarcho Apophthegm. p. 200. B. conſtat eum, ſpolia Siculorum, quæ Carthagine reperirentur, Siculis reddidiſſe: in illo Apophthegmatum loco, quem ex Vita Scipionis excerptum eſſe non dubitamus, etiam legitur: τῶν δὲ χρημάτων ὅτε δοῦλον, οὔτε ἀπελεύθερον, ἔα λαβεῖν οὐδένα, ἀλλ' ὐδὲ πρίασθαι, πάντων ἀγόντων καὶ φερόντων. Igitur quando nemo prodidit, *Scipionem ſpolia ne adſpexiſſe quidem*, poſſit quis in eam induci ſuſpicionem ut putet, Plutarchum hic ſcripſiſſe, οὔτ' ἔλαβεν, οὔτ' εἴα λαβεῖν τοὺς ἑαυτοῦ (vel τοὺς οἰκέτας) τῶν λαφύρων. De Scipionis abſtinentia eſt et Valerii Maximi mentio IV. 3. 13. et Ciceronis Offic. II. 22: *Imitatus patrem Africanus, nihilo locupletior, Carthagine everſa.* Adhibendus etiam egregius vir Freinſhemius Supplement. Livianis LI. 49—51. Conferenda quoque annotatio noſtra ad p. 200. B.

97. D. Φιλοκράτης λαβὼν χρυσίον παρὰ Φιλίππυ—] Habet a Demoſthene Orat. De Falſa Legat. p. 230: ὁ δὲ Φιλοκράτης, ὧν τὰ τῆς πόλεως πράγματα χρημάτων ἀπέδοτο, τούτων πόρνας ἠγόραζε καὶ ἰχθῦς περιϊών. Athenæus VIII. p. 343. E: Δημοσθένης δὲ ὁ ῥήτωρ Φιλοκράτην, ἐπειδὴ ἐκ τοῦ προδοτικῦ χρυσίυ πόρνας καὶ ἰχθῦς ἠγόραζεν, εἰς ἀσέλγειαν καὶ ὀψοφαγίαν λοιδορεῖ.

97. D. Λασθένης καὶ Εὐθυκράτης—εὐδαιμονίαν] Item a Demoſthene duos iſtos ſubinde reprehendente Olynthios, Philippo patriam Olynthum prodentibus: dictionem illam ſubjecit catalogo proditorum in Orat. Pro Corona p. 354. C: οὗτοι πάντες εἰσὶν—ἠκρωτηριασμένοι τὰς ἑαυτῶν ἕκαστοι πατρίδας· τὴν ἐλευθερίαν προπεπωκότες πρῶτον μὲν Φιλίππῳ, νῦν δὲ Ἀλεξάνδρῳ· τῇ γαστρὶ μετροῦντες καὶ τοῖς αἰσχίστοις τὴν εὐδαιμονίαν: quam imitando frequentarunt alii Scriptores, quos notavimus Biblioth. Crit. Vol. II. Part. II. p. 60. Euthycrates et Laſthenes a rhetoribus etiam jactantur: veluti Latinis, Ceſtio Pio, Albutio Silio, Gallione, in M. Senecæ Controverſ. XXXIV. p. 313. 315. 318: Græcis, et aliis, et

Ariſtide ac Libanio quorum locos ſignificavit P. Weſſelingius ad Diodorum Sic. T. II. p. 123.

97. D. *ὁ μὲν Φιλίππου Ἀλέξανδρος*] Plutarchus in Vita Alexandri p. 676. B, C. Arrianus Expedit. II. 12. Curtius III. 12. Diodorus Sic. XVII. 37. fere omnes idem: paulo diverſe ipſe Plutarchus De Curioſitate p. 522. D. quem locum cum aliis aliorum annotavit Weſſelingius l. c. Diodori Sic.

97. E. *Εἰ δ' ἔςι σωφροσύνη—δικαιοσύνην*] *Εὐβουλία* eſt pars *φρονήσεως*; igitur ſi nulla eſt *εὐβουλία*, nec *φρόνησις* erit: et quum ſint quatuor principes virtutes, *φρόνησις*, *prudentia*, trium reliquarum eſt fundamentum, quo ſublato, ipſæ corruant. *Εὐβουλίαν*, partem *φρονήσεως* interpretatur Ariſtoteles Ethic. Nicom. VI. 7, 8, 9: Stoici apud Stobæum Eclog. Ethic. p. 167: *τῇ μὲν οὖν φρονήσει ὑποτάτλεσθαι εὐβουλίαν, εὐλογιςίαν, ἀγχίνοιαν, νουνέχειαν, εὐμηχανίαν*: quocum conferatur Diogenes Laertius VII. 92. Igitur quum *prudentia* ad cogitandum referatur, tres reliquæ, *juſtitia*, *temperantia*, *fortitudo* ad agendum pertineant; has ipſas Zenon communi genere *φρονησέως*, et ſua cuique addita differentia ſpeciei, definivit: teſte Plutarcho De Virt. Mor. p. 441. A: *ἔοικε δὲ καὶ Ζήνων εἰς τοῦτό πως ὑποφέρεσθαι ὁ Κιτιεὺς, ὁριζόμενος τὴν φρόνησιν ἐν μὲν ἀπονεμητέοις δικαιοσύνην, ἐν δὲ αἱρετέοις σωφροσύνην, ἐν δὲ ὑπομενετέοις ἀνδρείαν.* De Stoic. Repugn. p. 1034. C. Stobæo Eclog. Eth. l. c.

97. F. *—εἰς τὴν τύχην ἑαυτοὺς ἀφῶμεν—διαφερομένους.*] Similitudo rem evidenter illuſtrans. Frequentius eſt *διαφορεῖσθαι* in tali argumento: *διαφέρεσθαι* tamen ita eſt apud Plutarchum Opp. Mor. p. 591. D. 984. D: et ſubinde confunduntur, ut in Porphyrio De Abſtin. I. 38. aliiſque locis notatis ab Abreſchio Diluc. Thucyd. p. 651. Neque vero locus ſatis idoneus eſt disjunctioni *ἢ* inter duo illa *ἐλαυνομένους ἢ διαφερομένους*: ſed potius requiritur conjunctio *καὶ*, ut vertit Xylander, *quaſi vento quodam inſtar pulveris aut quiſquiliarum exagitatos atque diſſipatos*: diligenter ſane, item Amyotus et Luſcinius: at disjunctionem retinuit Cruſerius. Neque vero prætermittendum, ſi quid aliunde

ſive ſciens ſive inſciens imitationis duxit Plutarchus. Plato in hujuſmodi pulveris turbine bonum ac prudentem virum vult non modo ipſum non auferri, ſed ne adſpergi quidem: Republ. VI. p. 474. C: —οἷον ἐν χειμῶνι κονιορτῷ καὶ ζάλης ὑπὸ πνεύματος φερομένου, ὑπὸ τειχίον ὑποςὰς, ὁρῶν τοὺς ἄλλους καταπιμπλαμένους ἀνομίας, ἀγαπᾷ εἴπη αὐτὸς καθαρὸς ἀδικίας καὶ ἀνοσίων ἔργων τόν τε ἐνθάδε βίον βιώσεται ϗ τὴν ἀπαλλαγὴν αὐτοῦ μετὰ καλῆς ἐλπίδος ἀπαλλαγήσεται. Quam imaginem Plutarchi hæc ſcribentis animo obverſatam, cum rerum verborumque convenientia, tum ipſius celebritas ſuadet; quippe a multis vel memorata, vel imitationi adhibita. In his ſunt: Maximus Tyrius Diſſert. XXI. 10. p. 259: Συνεςαλὰς, φησὶν ὁ Σωκράτης, ὑπὸ τειχίον, τοὺς ἄλλους ὁρῶ ζάλη καὶ ἀμηχανίᾳ κυκωμένους. Ariſtides Orat. Platon. II. p. 204; —οὐχ ὅμοιον ἐν μέσῃ τῇ θαλάσσῃ περὶ τῶν ἐν τῷ πλοίῳ λέγειν, ϗ τὴν εὐψυχίαν τὴν αὐτοῦ δεικνύναι, (καὶ deleatur) καθήμενον ἔξω τῆς ζάλης ὑπὸ τῷ τειχίῳ. Themiſtius Or. VIII. p. 104. C: ὥσπερ ἐν ζάλη κονιορτοῦ, φησὶν ὁ Πλάτων, ὑπὸ πνεύματος φερομένου, ὁρῶντες τοὺς ἄλλους καταπιμπλαμένους ἀδικίας τε καὶ ἀνόμων ἔργων, αὐτοὶ ςάντες ὑπὸ τειχίου (lege τειχίον ex cod. Ambroſ.) τόγε μὴ τὰ αὐτὰ παθεῖν τοῖς πολλοῖς, κέρδος ἡγήσονται. Or. XXIV. p. 308. A: τῷ γὰρ ὄντι παιδείας ἀληθινῆς μάλιςον καὶ ταπεινὸν (lege γαληνὸν ex cod. Ambroſiano) καὶ πρᾶον τὸ ὄμμα, οἷον ἐν ζάλῃ κονιορτοῦ τε καὶ πνεύματος ἀποσκεπομένης τινὶ τειχίῳ. Or. XXVI. p. 326. B: ἀλλὰ ζητεῖς ἀεὶ τειχία τε καὶ περιβόλους (Ambroſ. περιβόλαια), ἐν οἷς αὐτὴ τὴν ζάλην ὑποςήσῃ καὶ τὸν κονιορτὸν, ἡμῶν δὲ οὐ προβάλλῃ, οὐδὲ ἐπαμύνεις κατὰ δύναμιν: ita locus ſcribendus tranſpoſito ϗ, auctoritate ejuſdem codicis. Gregorius Naz. Or. V. p. 134. C: ζάλην τὰ παρόντα ἐνόμιζον, καὶ πέτραν τινὰ ἐζήτουν, ἢ κρημνὸν, ἢ τειχίον, ὑφ' οἷς σκεπασθήσομαι. Baſilius M. Epiſtola CLXXIII. p. 196. C: ἀλλὰ τὸ τοῦ Πλάτωνος, ἐν χειμῶνι καὶ ζάλῃ πραγμάτων, οἷον ὑπὸ τείχει τινὶ καρτερῷ ἀποςὰς (forte ὑποςὰς) οὐδενὸς θορύβου τὴν ψυχὴν ἀναπίμπλασαι. Suidas in voce Ζάλη hunc ipſum Platonis apponens locum, et alium ex dialogo Timæo p. 531. G: εἴτε ζάλῃ πνευμάτων ὑπὸ ἀέρος φερομένων καταληφθείη, καὶ ὑπὸ πάντων τούτων διὰ τοῦ σώματος αἱ κινήσεις ἐπὶ τὴν ψυχὴν φερόμεναι προσπίπτοιεν: de quorum ſcriptura or-

dinanda quædam monuit Abreſchius Animadv. ad Æſchyl. p. 331. Denique εἰς τὴν τύχην ἑαυτὲς ἀφῶμεν, Euripideam habet ſpeciem ex illo ductam —τὰ μικρὰ δὲ εἰς τύχην ἀφεὶς ἐᾷ: de quo dicemus ad p. 464. A.

97. F. Σοφοκλῆς] Œdip. Tyr. 112. Sententiam habet proverbii inſtar celebratam. Similia laudarunt Interpretes ad Terentii Heautontim. IV. 2. 8: *Nil tam difficile, quin quærendo inveſtigari poſſiet.* Proverbia Metrica Schotti 863: Τῆς ἐπιμελείας δοῦλα πάντα γίνεται. Eumdem locum Sophoclis cum aliis aliorum ſimilibus adfert Stobæus Serm. XXIX. p. 200. et Clemens Alexandrinus Strom. V. p. 550. C: quos laudat Gatakerus ad M. Antonin. XII. 6.

p. 98. A. Τὰ μὲν διδακτὰ—] Sophoclis ex incerta tragœdia: hinc in Fragmenta retulit Brunckius T. II. p. 42.

98. B. βίᾳ τυφλὴν χειραγωγὸν] Ductum e Proverbio τυφλὸς ὁδηγός: de quo Eraſmus Adag. p. 286. et Interpretes Horatii ad Epiſt. I. 17. 4. Ad Fortunam refertur. Cicero De Amicitia 15: *Non enim ſolum ipſa Fortuna cæca eſt, ſed etiam plerumque efficit cæcos, quos complexa eſt.* Pacuvius apud Auctorem ad Herennium II. 23. Auguſtinus De Civit. Dei IV. 18. Acute dicitur χειραγωγὸς, quia cæci χειραγωγὲς deſiderant. Sic πλῦτος ipſe, quamvis cæcus, dicitur χειραγωγὸς *ſenectutis* a Philemone ap. Cleric. p. 366: Ἔχει γε χειραγωγὸν τὸν πλῦτον γέρων. De hoc vocabulo quædam dedit J. J. Wetſtenius ad Acta Apoſt. IX. 8; et nos alia alibi dabimus.

98. B. λέγειν τινὰ ἡμῶν] Omiſerunt ἡμῶν Interpretes, Amyotus et Cruſerius: Codex D. dat ἢ: Moſcuenſis 2. ὑμῶν: Collegii Novi, ἡμῖν: quorum hoc poſtremum, reliquis et vulgato præferam.

98. B. ὄμματα φωσφόρα, φησὶν ὁ Πλάτων] Timæo p. 532. F: τῶν δὲ ὀργάνων πρῶτον μὲν φωσφόρα ἐτεκτήναντο ὄμματα, τοιᾷδε ἐνδησάμενοι αἰτίᾳ—: quæ imitatus eſt Plutarchus De Facie Lunæ p. 928. B: ὥσπερ ὄμματα φωσφόρα τῷ προσώπῳ τῦ παντὸς ἐνδεδεμένοι περιπολῦσιν.

98. B. δύναμις ἀντιληπτικὴ πληγῆς ἀέρος—] Refertur ad Platonis deſcriptionem Auditus, in Timæo p. 541. H: ὅλως μὲν οὖν φωνὴν θῶμεν τὴν δι' ὤτων ὑπ' ἀέρος ἐγκεφάλυ τε

καὶ αἵματος μέχρι ψυχῆς πληγὴν διαδιδομένην· τὴν δὲ ὑπ' αὐτῆς κίνησιν, ἀπὸ τῆς κεφαλῆς μὲν ἀρχομένην, τελευτῶσαν δὲ περὶ τὴν τοῦ ἥπατος ἕδραν, ἀκοήν. Huc ſpectant Alcinous De Doctrina Platonis Cap. XIX. p. 365. edit. D. Heinſii: Ἀκοὴ δὲ γέγονεν πρὸς φωνῆς γνῶσιν· ἀρχομένη μὲν ἀπὸ τῆς περὶ τὴν κεφαλὴν κινήσεως, τελευτῶσα δὲ περὶ ἥπατος ἕδραν· ἡ δὲ φωνή ἐστιν ἡ δι' ὤτων ἐρχομένη ἐγκεφάλου τε καὶ αἵματος, διαδιδομένη δὲ μέχρι ψυχῆς πληγείσης. Plutarchus De Placitis Philoſ. IV. 16. Stobæus Eclog. Phyſ. p. 153.

98. B. νοῦς ὁρῇ—τυφλά] Nobiliſſima Epicharmi ſententia: Νοῦς ὁρῇ, καὶ νοῦς ἀκούει· τἄλλα κωφὰ καὶ τυφλά: a multis Veterum celebrata, quos memorant C. Ritterſhuſius ad Porphyrium Vit. Pythag. §. 46. L. Kuſterus ad Scholiaſtem Ariſtoph. Plut. 48. J. Daviſius ad Ciceronis Tuſc. I. 20. Interpretes ad Clementem Alex. Strom. II. p. 442. edit. Potteri. Ex Stobæo Serm. IV. p. 54. Grotius vertit in Florilegio p. 33. Plutarchus Opp. Mor. bis alibi citat p. 336. B. et 961. A.

98. C. ἡλίου μὴ ὄντος, ἕνεκα τῶν ἄλλων ἄστρων εὐφρόνην ἂν ἤγομεν, ὥς φησιν Ἡράκλειτος] Paulo aliter citat hoc dictum Plutarchus De Aqua et Igne p. 957. A: Ἡράκλειτος μὲν οὖν, Εἰ μὴ ἥλιος, φησὶν, ἦν, εὐφρόνη ἂν ἦν. Hujus lectionem loci veriorem putem: et quia orationis eſt aliquanto exquiſitioris; et quia inde ſimilis formæ ſententiæque dictum manaſſe videtur Xenophontis Memorab. Socratis IV. 3. 3: Ἀλλ' οἶσθά γ', ἔφη, ὅτι πρῶτον μὲν φωτὸς δεόμεθα, ὃ ἡμῖν οἱ θεοὶ παρέχουσι; Νὴ Δί', ἔφη, ὅ γ' εἰ μὴ εἴχομεν, ὅμοιοι τοῖς τυφλοῖς ἂν ἦμεν, ἕνεκά γε τῶν ἡμετέρων ὀφθαλμῶν. Exquiſita eſt notio præpoſitionis ἕνεκα, *per, quod attinet ad hoc, hæc res non impedit quin*—. Ut in his dictis: *niſi ſol eſſet, per reliquas ſtellas noctem ageremus: niſi lucem haberemus, per noſtros quidem oculos cæcis ſimiles eſſemus.* Sic Plutarchus Amatorio p. 752. E: ἐμοῦ γε ἕνεκα, *per me, me non impediente*: Solone p. 81. D: θάῤῥει τῶν λόγων ἕνεκα τούτων· *bono animo ſis, quod ad hos ſermones attinet: non eſt, quod his ſermonibus ab animi æquitate dejiciaris.* Camillo fine 152. A: ἐτελεύτησε δὲ καὶ Κάμιλλος· ἡλικίας μὲν οὖν ἕνεκα καὶ βίου τελειότητος, ὡς εἴ τις ἄλλος ἀνθρώπων, ὡραῖος· *obiit et Camillus*,

vitæ et ætatis perfectione, ſiquis hominum alius, maturus: id eſt, *vitæ cum longitudo tum expleta munera non impediebant, quin ejus mors matura cenſeretur.* Pompeio 648. E: πατὴρ δὲ καὶ γένυς ἕνεκα καὶ δόξης ἄμεμπτος· *pater Corneliæ, Scipio Metellus, genere et exiſtimatione non pœnitendus.* Cleomene 820. E: ἀμελεῖν ἐκέλευεν ὁ Κλεομένης ἕνεκά γε τούτυ· *Cleomenes eos, quod ad hoc quidem attineret, ſecuros eſſe juſſit: ne hoc eos impediret, quo minus ſecuro animo eſſent.* Plato Leg. I. p. 572. C: θαῤῥῶν δὴ ἐμοῦ γε ἕνεκα λέγοις ἂν τοσαῦτα, ὁπόσα σοὶ φίλον· *Atqui per me quidem libere dicas, quantum voles.* Alcibiad. I. p. 35. B. Euthyphr. p. 52. A. Dion Chryſ. Or. XXI. p. 271. D. XLII. 504. D. Numenius ap. Euſeb. Præp. Evang. XIV. p. 727. B. Lucianus Dial. Deor. XX. T. I. p. 265. Nigrino 10. ib. p. 49. Similia quædam aliorum notavit Abreſchius Dilucid. Thucyd. p. 805. Conjunctum hujus Præpoſitionis uſum, v. c. λαμπρὸς ἕνεκά τινος, *clarus aliqua re,* alibi attingemus.

98. C. κατ' Αἰσχύλον] Fragmentum ex Prometheo Soluto citatum alibi Plutarcho De Solert. Animal. p. 964. F: indeque Porphyrio De Abſtinent. III. 18. Vertit Grotius Excerpt. Tragic. p. 49. Retulit in Fragmenta Æſchyli Stanleius T. II. p. 643. edit. Haganæ.

98. D. Ἐμπεδοκλῆς] Locum item, ut Stephanus, emendavit Meziriacus: pro χαῖται dant ἄκανθαι D. et Junius. Empedoclem περὶ ζώων ἰδιότητος ſcripſiſſe, ut eum auctorem citat Ælianus De Nat. Animal. XVI. 29. non adeo, ut titulus peculiaris libri, quam argumentum partis ex opere περὶ φύσεως, accipiendum.

98. D. κατὰ τὸν Πλάτωνα] In Protagoræ fabula de Prometheo et Epimetheo p. 197. G, H. ſeq. ἅτε δὴ οὖν οὐ πάνυ τι σοφὸς ὢν ὁ Ἐπιμηθεὺς, ἔλαθεν αὑτὸν καταναλώσας τὰς δυνάμεις εἰς τὰ ἄλογα· λοιπὸν δὴ ἔτι ἀκόσμητον αὐτῷ ἦν τὸ ἀνθρώπων γένος, καὶ ἠπόρει ὅ, τι χρήσαιτο· ἀποροῦντι δὲ αὐτῷ ἔρχεται Προμηθεὺς ἐπισκεψόμενος τὴν νομήν· καὶ ὁρᾷ τὰ μὲν ἄλλα ζῶα ἐμμελῶς πάντων ἔχοντα, τὸν δὲ ἄνθρωπον γυμνόν τε καὶ ἀνυπόδητον, καὶ ἄστρωτον καὶ ἄοπλον—. Hinc Seneca profectus Conſolat. ad Marciam Cap. XI. *Quid eſt homo? imbecillum corpus et fragile, nudum, ſuapte natura inerme, alienæ opis indigens, ad omnem*

fortunæ contumeliam projectum—. De Naturæ ratione in diſtribuendis vitæ ſubſidiis et facultatibus inter hominem et genus brutorum multi tamquam de loco communi, et varii varie pronunciarunt: in his Lucretius V. 223: Plinius Hiſt. Nat. VII. 1: Seneca De Beneficiis II. 29. IV. 18.

98. D. Ἀλλ' ἐν διδοῦσα—] Verſus videtur Euripideus.

98. E. Ἦ βραχὺ μὲν σθένος ἀνδρὸς—παιδεύματα.] Euripidis ex Æolo, ut apparet ex Stobæo Serm. LII. p. 360. initium citante: nam additis ſequentibus item ut hoc loco, non niſi cum Euripidis nomine adfert Plutarchus De Solert. Animal. p. 959. D: vertit Grotius in Excerptis p. 369: conſtituit Valckenarius Diatrib. p. 146: in Fragmentis exhibuit Muſgravius T. III. p. 540.

98. E. ἐλέφαντος—θέαμα πανηγυρικὸν—] Plutarchus De Solertia Animal. p. 968. B, C: Plinius Hiſt. Nat. VIII. 2: Ælianus Nat. Anim. II. 11.

98. F. Οὐ γὰρ πυγμάχοι—] Odyſſ. Θ. 246.

98. F. κατὰ Ἀναξαγόραν—] De conſtituenda ſcriptura ſatis diximus in Emendatione. Placitum Anaxagoræ ſic interpretandum, non ut bruta animalia ratione carere ſtatuerit; ſed, ut rationem inſitam, non item ut homines, experientia et memoria ad artem et ſapientiam excolere poſſint; propterea quod manibus et idonea ad illum finem fabrica corporis carerent: quibus præditos homines ad tantum rationis cultum pervenire, ut brutis ad ſuam ipſi voluntatem utilitatemque abuterentur. Hujuſmodi Anaxagoræ fuiſſe ſententiam, colligimus comparando hoc loco cum Ariſtotele De Part. Animal. IV. 10. Plutarcho De Frat. Amor. p. 478. D: Placit. Philoſ. V. 20: non memorata, quod ſciam, Baylio in Dictionario, nec Bruckero in Hiſt. Crit. Philoſophiæ, quamvis fuſe de hoc philoſopho differentibus: partim et verbo perſtricta Stanleio Part. II. Cap. III. Sect. V. p. 104.

p. 99. A. βραχέα σοφῷ τύχη παρεμπίπτει] Effatum Epicuri. Spectat eodem Plutarchus Defect. Orac. p. 423. C: τὸ μικροτάτην τύχην παρεμπίπτειν. Exſtat in illius κυρίαις δόξαις, §. 16. apud Diogenem Laertium X. 144: Βραχέα

σοφῷ τύχη παρεμπίπτει· τὰ δὲ μέγιςα καὶ κυριώτατα ὁ λογισμὸς διῴκηκε, καὶ κατὰ τὸν συνεχῆ χρόνον τοῦ βίυ διοικεῖ καὶ διοικήσει. Cicero Tuſc. V. 9: *An malumus Epicurum imitari? qui multa præclare ſæpe dicit—. Quid melius, quam "Fortunam exiguam intervenire ſapienti."* Stobæus Eclog. Ethic. p. 199. Comparavimus in Biblioth. Crit. Vol. II. Part. II. p. 12. cum Propertiano I. 20. 3: *Sæpe imprudenti fortuna occurrit amanti.* Videantur Gatakerus ad M. Antonin. p. 218. ſeq. et Daviſius ad Ciceronis l. l.

99. A. Βᾶτ' εἰς ὁδὸν δὴ πᾶς—] Verſus Tragici poetæ, quos item tacito auctoris nomine appoſuit Clemens Alexandrinus Protreptico p. 61. D. Th. Gatakerus Adverſ. Poſthum. Cap. IX. p. 493. docte de his differens, eos Sophoclis eſſe ſuſpicabatur, comparatione alterius loci Sophoclei citati in Plutarchi Reip. Ger. Præceptis p. 802. B. qui locus his verſibus deinceps connexus aptuſque fuiſſe videretur. Eoſdem ſpectavit Heſychius voce Λίκνοισι προτρέπεσθαι et Χειρῶναξ λέως: quem laudavit Brunckius ad Sophoclem T. II. p. 42. et 60. In Latina Xylandri editione omnes editiones, et hinc noſtra, per errorem *nota Jovis* pro *nata Jovis* exhibent. Bene apud Gatakerum l. c. redditur: *Turba in viam procedite manuaria, Torvo ore quotquot Erganam ſatam Jove Vannos myſticas ferentes veremini.* Codices C. D. et Clementis Alexandrini editiones item habent προτρέπεσθε, quod non ineptam quidem addit huic loco ſententiam, *adhortandi, orandi, precandi, flagitandi:* atque ſic Plutarchus aliquoties locutus eſt: v. c. De Iſid. et Oſir. p. 372. C: τὸν δὲ ἥλιον πᾶσι τούτοις προτρέπεσθαι καὶ θεραπεύειν οἴονται. Adv. Colotem p. 1117. A: —σεβάσεις καὶ ἐπιθειάσεις, αἷς προτρέπεσθε καὶ καθυμνεῖτε τὸν ἐπὶ τὰς ἡδονὰς παρακαλοῦντα. Dione p. 970. D. de hujus ingreſſu in Syracuſas: ἑκατέρωθεν παρὰ τὴν ὁδὸν τῶν Συρακουσίων ἱερεῖα καὶ τραπέζας καὶ κρατῆρας ἱςάντων, καὶ καθ' οὓς γένοιτο, προχύταις τε βαλλόντων καὶ προτρεπομένων ὥσπερ θεὸν κατευχαῖς: quibus in dictionibus manifeſto ſignificatio venerationis et cultus religioſi exſtat. Pollux I. 25. Suidas in voce. At vero προστρέπεσθαι hac notione frequentius: et hac forma utitur Sophocles in Activo προστρέπω, *obſecro,*

ſupplex rogo, Œdip. Col. 49. Ajace 843. quem locum citans H. Stephanus Theſ. L. Gr. T. III. p. 1632. E. ut legebatur προτρέπω, alteram lectionem προστρέπω veram judicat. Equidem dicam utramque formam Veteribus uſitatam fuiſſe. *Vanni*, λίκνῳ, uſus in ſacris notus eſt: ſed στατοῖς λίκνοισι, *conſtitutis vannis*, cujuſmodi ſit, aliquanto minus apparet: et in στατοῖσιν, quod Stephanus edidit, non niſi duo ex noſtris libris aſſentiunt, diſerte Schottus: D. non diſſentiens, quippe nil in hoc vocabulo diverſum a Stephaniana lectione annotavimus. Ald. Baſ. C. στατὸν τοῖς: Xyl. Moſc. 1. στατόν: Moſc. 2. Xyl. στατῶν: Jannot. στατιάν: Voſſ. omittit, at in margine habet στατόν τοι: Exempl. Turneb. στατοῦ ἢ στατῶν: T. V. B. item: Colleg. Nov. σταντοῖς: Harleianus etiam duas ſequentes voces mutat, στατῷ λίκνωσι προστρέπεσθαι. Sed vulgatam tuetur auctoritas cum Clementis Alex. tum Heſychii in voce Λίκνοισι προτρέπεσθαι· λῖκνα ἱστάντες προσάγεσθαι· ἅ ἐστι κανᾶ, ἐφ' οἷς τὰ λήϊα ἐπετίθετο, ἅπερ εἰσὶ καρποὶ πύρινοι.

99. A. τὴν γὰρ Ἐργάνην καὶ τὴν Ἀθηνᾶν αἱ τέχναι πάρεδρον, οὐ τὴν τύχην, ἔχουσιν.] Gatakerus Adverſar. Poſth. Cap. IX. p. 494. E. καὶ τὴν delendum ſuſpicatur; ne Minerva ab Ergane ut diverſa diſtinguatur. Atqui additum καὶ τὴν magis nomina quam res diſtinguit: quaſi dicatur, *Artes habent præſidem, non Fortunam, ſed deam Minervæ et Erganæ nominibus inſignem*. Si quis cogitet deos παρέδρους, *aſſeſſores*, de quibus docta exſtat commentatio G. Arnaldi: hoc cognomen παρέδρου *artium* infra dignitatem numinis Minervæ videatur; quippe quæ potius præſes artium, et πρόεδρος earum, ſit. Atqui hoc nomen πρόεδρος, quod ſciam, diis non tribuitur: illud autem πάρεδρος ſubinde ita, ut a notione *aſſeſſoris, conſiliarii, adjutoris* ad notionem *auctoris, ducis, auſpicis* traducatur. Sic fere eſt apud Plutarchum Opp. Mor. p. 779. E. 781. B. 402. D. Vit. 164. D. 695. A.

99. B. ἵππον ζωγραφοῦντα—ἱστορεῖται] Valerius Maximus VIII. 12. 7: —*præcipuæ artis pictor equum ab exercitatione venientem, modo non vivum, labore induſtriæ ſuæ comprehenderat: cujus naribus ſpumas adjicere cupiens, tantus arti-*

fex in tam parvula materia multum ac diu fruſtra tenebatur. Indignatione deinde accenſus, ſpongiam omnibus imbutam coloribus forte juxta ſe poſitam apprebendit, et veluti corrupturus opus ſuum tabulæ illiſit. Quam fortuna ad ipſas equi nares directam, deſiderium pictoris coegit explere. Itaque quod ars adumbrare non valuit, caſus imitatus eſt. Plinius Hiſt. Nat. XXXV. 36. 20. hanc fortunam Nealci in equo, Protogeni in cane, accidiſſe narrat: *Eſt in ea* (pictura Protogenis, Ialyſo,) *canis mire factus, ut quem pariter caſus pinxerit. Non judicabat ſe exprimere in eo ſpumam anbelantis poſſe, quum reliqua omni parte, quod difficillimum erat, ſibi ipſe ſatisfeciſſet. Diſplicebat autem ars ipſa, nec minui poterat: et videbatur nimia ac longius a veritate diſcedere, ſpumaque illa pingi, non ex ore naſci: anxio animi cruciatu, quum in pictura verum eſſe, non veriſimile vellet, abſterſerat ſæpius mutaveratque penicillum, nullo modo ſibi approbans. Poſtremo iratus arti, quod intelligeretur, ſpongiam eam impegit inviſo loco tabulæ: et illa repoſuit ablatos colores, qualiter cura optabat: fecitque in pictura fortuna naturam. Hoc exemplo ſimilis et Nealcem ſucceſſus in ſpuma equi, ſimiliter ſpongia impacta, ſequutus dicitur: quum pingeret Poppyzonta retinentem equum. Canem ita Protogenes monſtravit et fortuna.* Exemplum equi videtur inſtar loci communis fuiſſe in philoſophorum diſputationibus de fortuna: Dion Chryſoſtomus Oratione LXIII. quæ eſt *de fortuna*, Apelli contigiſſe refert p. 590. D: ἄξιον δὲ εἰπεῖν καὶ τὸ συμβὰν ἀπὸ τῆς τύχης Ἀπελλῇ τῷ ζωγράφῳ· ᾗ γὰρ, ὡς λόγος, ἵππον οὐχὶ ἐξ ἐργασίας ἀλλὰ ἐκ πολέμου ἐποίει· ὑψηλὸς ἦν τῷ αὐχένι καὶ ἐπανεςὼς, καὶ τὰ ὦτα ὄρθιος, καὶ δριμὺς τὰς ὄψεις, ὡς ἐκ πολέμου παρὼν, τὸν ἐκ τοῦ δρόμου θυμὸν ἐν ταῖς ὄψεσιν ἔχων· οἱ δὲ πόδες ἀνεφέροντο ἐν τῷ ἀέρι μικρὰ ψαύοντες καὶ ἀνὰ μέρος τῆς γῆς· καὶ ὁ ἡνίοχος ἐκράτει τοῦ χαλινοῦ, τὸ πολεμικὸν σάλευμα τοῦ ἵππου ἀπὸ ῥυτῆρος ἄγχων· ἅπαντα δὲ ἐχούσης τῆς εἰκόνος ἐοικότα, ἔλειπεν ἀφροῦ χρῶμα, οἷον ἂν γένοιτο μιγέντος αἵματος καὶ ὑγροῦ κατὰ συνεχῆ μῖξιν, διώκοντος μὲν τοῦ ἄσθματος τὸ ὑγρὸν τῶν ςομάτων, ἀφρίζοντος δὲ τῇ κοπῇ τοῦ πνεύματος, αἷμα δὲ ἐπιῤῥαίνοντος τῷ ἀφρῷ τῆς ἐκ τοῦ χαλινοῦ ὕβρεως· οὐ δὴ εὐπόρει γράφειν ἵππου ἀφρὸν κεκμηκότος ἐν ἀγῶνι· ἀπορῶν δὲ ἐπὶ πλέον, τέλος ἀπαλγήσας, ἐνέ-

σασε περὶ τοὺς χαλινοὺς τῆς γραφῆς τὴν σπογγιάν· πολλὰ δὲ ἔχουσα αὕτη χρώματα ἐοικότα ἀφρῷ ἡμαγμένῳ, ἐφήρμοσε τῇ γραφῇ τὸ χρῶμα. Ἀπελλῆς δὲ ἰδὼν, ἐχάρη τῷ ἐν ἀπογνώσει τύχης ἔργῳ, καὶ ἐτέλεσεν οὐ διὰ τῆς τέχνης, ἀλλὰ διὰ τῆς τύχης τὴν γραφήν. Sextus Empiricus Pyrrhon. Hypotypoſ. I. 28: ὅπερ οὖν περὶ Ἀπελλοῦ τοῦ ζωγράφου λέγεται, τοῦτο ὑπῆρξε τῷ Σκεπτικῷ· φασὶ γὰρ ὅτι ἐκεῖνος ἵππον γράφων, καὶ τὸν ἀφρὸν τοῦ ἵππου μιμήσασθαι τῇ γραφῇ βουληθεὶς, οὕτως ἀπετύγχανεν, ὡς ἀπειπεῖν, καὶ τὴν σπογγιὰν, εἰς ἣν ἀπέμασσε τὰ ἀπὸ τοῦ γραφείου χρώματα, προσρίψαι τῇ εἰκόνι· τὴν δὲ προσαψαμένην, ἵππου ἀφροῦ ποιῆσαι μίμημα. Locos quamvis longiuſculos appoſuimus, ut horum comparatione alii judicarent ipſi, quid deſideret Plutarchi locus minime perpurgatus et inſigni codicum diverſitate turbatus. Proxime ad verum accedere videtur D. —τοῦ δὲ ἀφροῦ τὴν περὶ τῷ χαλινῷ χαυνότητα καὶ τὸ συνεκπίπτον ἆσθμα μὴ κατορθοῦντα, γράφων τε πολλάκις καὶ ἐξαλείφων, τέλος δὲ—: qua in lectione tamen deſidero κοπτομένην: in περὶ conſentiunt Colleg. Nov. Harl. Moſc. 2. Schott. Anon. T. V. B. Cæteri cum vulgata congruentes uſque ad χαυνότητα, proxima deinceps diverſe exhibent: C. Moſc. 2. Harl. Colleg. Nov. T. καὶ συνεκπίπτον ἀσταθμῆ ἆρ' ἐστιν ἐπ' αὐτῷ—: Pol. et Jannot. καὶ τὸ συνεκπίπτον ἆσθμα μὴ κατορθοῦντα γράφοντα—: Schott. συνεκπίπτων ἀσταθμῆ ἆρ' ἐστιν.

99. B. σταθμαῖς] Dixi in Emendatione, probari mihi σταθμοῖς, *ponderibus*, *libris*, ex D. et Jannot. Nam quod alibi cum κανόσι καὶ γωνίαις jungitur καὶ στάθμαις Reip. Ger. Præc. p. 807. D. agitur de inſtrumentis fabrilibus: hoc loco genus omne menſuræ, id eſt, quantitatis definiendæ, ſpectatur, qua magnitudo vel multitudo ad certam regulam exigitur. Igitur, cum tria ſint genera magnitudinis corporeæ, *numerus*, *continuum*, *pondus*: eſt tamen *continuum* duplex, ut ſpectetur ejus vel magnitudo, vel figura: illius modus eſt μέτρον, hujus κανὼν, στάθμη, γωνία: utrumque vero etiam communi nomine μέτρον dicitur: et tria fere cenſentur illa genera. Sic Xenophon Memorab. Socr. I. 1. 9: ἃ ἔξεστιν ἀριθμήσαντας, ἢ μετρήσαντας, ἢ στήσαντας εἰδέναι, τοὺς τὰ τοιαῦτα παρὰ τῶν θεῶν πυνθανομένους, ἀθέμιστα ποιεῖν ἡγεῖτο. Hæc tria item Socrates apponit apud Plato-

nem in Euthyphrone p. 50. B, C: διαφορὰ περὶ ἀριθ ὁπότερα πλείω, quam definit λογισμὸς, *computatio:* περὶ μείζονος καὶ ἐλάττονος εἰ διαφεροίμεθα, ἐπὶ τὸ μετρεῖν ἐλθόντες, ' χὺ παυσαίμεθ' ἂν τῆς διαφορᾶς.—Καὶ ἐπί γε τὸ ἱςάναι ἐλθόν ὡς ἐγῷμαι, περὶ τῦ βαρυτέρυ καὶ κυφοτέρυ διακριθείημεν ἄν.

99. C. αἱ μὲν τέχναι τῆς τύχης δέονται] Harum compara frequens eſt. Ariſtoteles Metaphyſ. I. 1: ἡ μὲν γὰρ ἐμπε τέχνην ἐποίησεν, ὥς φησι Πῶλος ὀρθῶς λέγων· ἡ δ' ἀπειρία τύχ quod ſumſit a Platone in Gorgia p. 281. E. Agatho verſum citat idem Ariſtoteles VI. 4: Τέχνη τύχην ἔςε καὶ τύχη τέχνην, uberius de hoc argumento differens. A ſtides T. I. p. 255. T. II. p. 19. 29. Julianus Orat. I. 25. ad quem plura contulit Spanhemius.

99. C. αἱ τέχναι—εἰς τάξεις κεχώρηκε] Artes cognomir μικρὰς φρονήσεις alibi me legiſſe, affirmare non poſſum. ipſum argumentum pertinet diſputatio Ariſtotelis Me phyſ. I. 1: Ethic. Nicom. VI. 4. 5. Et ex univerſe o nium fere ſententia philoſophorum *artes* ſunt ſpecies *p dentiæ*, φρονήσεως, ab eaque ut genere profectæ. Ita vere pronunciat Cicero Fin. IV. 27: *Omnibus enim a bus volumus adtributam eſſe eam, quæ communis appella prudentia: quam omnes, qui cuique artificio præſunt, del babere.* Hinc intelligendus eſt ejuſdem locus Senect. *aptiſſima omnino ſunt arma ſenectutis artes exercitatione virtutum:* cauſſa eſt, quod omnes artes a *prudentia* c untur, et quod e quatuor principibus virtutibus *prud tia*, tres reliquas, *juſtitiam, temperantiam, fortitudinem,* genus formas, continet. In toto quidem hoc Plutar loco apparet color Platonicus cum diverſis ex locis, t ex Philebo ductus p. 74. D: Θεῶν μὲν εἰς ἀνθρώπυς δόσις γε καταφαίνεται ἐμοὶ, ποθὲν ἐκ θεῶν ἐῤῥίφη διά τινος Προμηθ ἅμα φανοτάτῳ τινὶ πυρί: cujus dicti rationem habuer complures: veluti Julianus Orat. VI. p. 183. C: ἡ θεῶν εἰς ἀνθρώπυς δόσις ἅμα φανοτάτῳ πυρὶ διὰ Προμηθέως Ἡλίυ μετὰ τῆς Ἑρμῦ μερίδος οὐχ ἕτερόν ἐςι παρὰ τὴν τῦ λ καὶ νῦ διανομήν. Damaſcius apud Suidam voce Δῶρος—: τὴν διὰ Προμηθέως τινὸς ἅμα φανοτάτῳ πυρὶ καταπεμφθεῖσαν δ λεκτικὴν, αὐτοψίαν καθαρωτάτην τε οὖσαν νοῦ καὶ φρονήσεως ἀ

ἐμμεῖν. Numenius ap. Euſeb. Præp. Evang. XI. p. 539. A: διὸ καὶ ὁ Πλάτων τὴν σοφίαν ὑπὸ Προμηθέως ἐλθεῖν εἰς ἀνθρώπους μετὰ φανοτάτου τινὸς πυρὸς ἔφη. Clemens Alexandr. Protreptico p. 2. C: κατάγωμεν δὲ ἄνωθεν ἐξ οὐρανῶν τὴν ἀλήθειαν ἅμα φανοτάτῃ φρονήσει. Jamblichus Myſter. Ægypt. Sect. III. Cap. X. p. 71: ἡ δόσις τῶν θεῶν εἰς ἀνθρώπους ἐστὶ τῆς οἰκείας ἐνεργείας. Syneſius Epiſt. CXXXVII. p. 274. C: καὶ ἀνθρώπου μὲν οὐδενὸς ἠξίου, θεοῦ δὲ εἰς ἀνθρώπους εἶναι τὴν δόσιν. Igitur προσερίμματα non caret probabilitate, tamquam *dona a Diis in homines conjecta*. Neque tamen ἀποτρίμματα repudiem: quod ab H. Stephano in Theſ. L. Gr. omiſſum annotavit D. Scottus in Appendice. Pro σπάσματα dant ἀποσπάσματα Exempl. Turn. Anon. Vulc. magis illud uſitatum, ne dicam probandum: ſic Plutarchus Opp. Mor. p. 905. A, B. 1001. A: attamen et hoc ſic ponitur ab eodem, Alexandr. p. 439. F: ἀποῤῥηγνύμενα πυροειδῆ σπάσματα φέρεσθαι πολλαχοῦ καὶ ἀστράπτειν. Sylla 466. A: θωράκων σπάσματα σιδηρῶν, *loricarum ferrearum fragmenta*. De verbo θραύειν, *frangere*, diximus ad p. 77. A: κατακερματίζειν, *minutatim dividere*, item Platonicæ conſuetudinis, attingemus infra. Hæc igitur φρονήσεως fragmenta hic illic in ordinem coierunt, et quamcumque artem effecerunt.

99. C. τὸ κεφάλαιον τῆς ἀνθρωπίνης εὐφημίας καὶ δικαιώσεως] Xylander reddidit, *ſummam humanæ gloriæ et officii:* Cruſerius, *caput humanæ laudis ac dignationis:* uterque probabiliter. Græca ſunt rarioris notionis. Græcum εὐφημία reſpondet quidem illi Latinorum *laudi*, nec tamen, item ut hoc, *virtutem* ita ſimpliciter notat, nec niſi ſi laudandi notio accedat, ut notet *laudationem*, *prædicationem:* ſic Plutarchus Vit. p. 351. F. 1043. C. Opp. Mor. p. 35. A. 120. B. 121. E. Ariſtides T. I. p. 49. 50. 159. 180. 192. 264. 270. 336. 339. 398. 518. 521. 522. 523. 526. Rarius etiam δικαίωσις hoc ſenſu, *æſtimatio*, *exiſtimatio*, *pretii definitio*, *dignatio:* quam poſtea philoſophi ἀξίωσιν dixerunt. Hujus ſignificationis auctoritas proficiſcitur ex illo Thucydidis dicto III. 82: τὴν εἰωθυῖαν ἀξίωσιν τῶν ὀνομάτων ἐς τὰ ἔργα ἀντήλλαξαν τῇ δικαιώσει: quod ita reddam: *conſue-*

tam verborum ſignificationem mutarunt in rebus opinione juſtitiæ: id eſt, *nova corruptaque juſtitiæ opinione mutarunt rerum conſueta nomina:* eſt hoc ſingulare, prægnans, conſtrictum et plane Thucydideum: reprehenſum in verbis et compoſitione a Dionyſio Halicarnaſſeo De Thucyd. 29. p. 245: ſententiæ gravitate laudandum, et laudatum Plutarcho ſupra p. 56. B. ubi nos alia annotavimus: qui hoc vocabulo eadem notione utitur De Virt. Mor. p. 449. A: ὅταν δὲ—προθυμίας τὰς ἐπιθυμίας ὑποκορίζωνται, σοφιστικὰς δοκοῦσιν οὐ φιλοσόφους δικαιώσεις ϗ ἀποδράσεις ἐκ τῶν πραγμάτων μηχανᾶσθαι διὰ τῶν ὀνομάτων: —*ſophiſticas verborum dignationes comminiſcuntur, quaſi ita per verba rebus et vitiis elapſuri.* Valet illis in locis item ea vis nominis δικαίωσις, *ſibi aliquo nomine ac titulo aliquid, tamquam juſtum debitumque, arrogare, petere, ſumere:* quæ eſt apud ipſum Thucydidem V. 17: πολλὰς δικαιώσεις προενεγκόντων ἀλλήλοις, *quum ſibi invicem multas poſtulationes, tamquam juſtas, proferrent.* Plutarchus item adhibet ducibus Alexandri mortui, quum regum nomina aſſumſiſſent, in Demetrio p. 896. E: ἐκ δὲ τούτων ἐγένοντο καὶ περὶ τὰς δικαιώσεις βιαιότεροι. Xylander, *violentia pro juſtitia utebantur,* univerſe magis, quam accurate: Cruſerius, *hinc evaſerunt in puniendo quoque violentiores,* perperam vulgarem δικαιώσεως, *punitionis,* notionem ſequens: vertam, *in pet...do et poſtulando, id quod tamquam juſtum ſibique debitum antea per gratiam petebant, nunc per vim imperabant.* Dionyſius Hal. Ant. Rom. I. 87: ἀπὸ δικαιώσεως τοιᾶσδε, *ex hujuſmodi juſti opinione, quum ſuam uterque cauſſam juſtam putans tueretur.* III. 10: ἐὰν δὲ ἀναστρέψασα τὰς ἀνθρωπίνας δικαιώσεις ἡ φύσις τὰ νέα τάξῃ τῶν πρεσβυτέρων ἄρχειν, *hominum judicia de juſto:* alibi. Dio Caſſius XLI. 54. πολλὰς δικαιώσεις προτεινάμενοι, *quum ſuæ uterque cauſſæ multas juſtitiæ opiniones ſpecieſque prætenderet.* XLIV. 25: δικαιώσει τοῦ ἀμύνεσθαι τοὺς προϋπάρξαντας· *opinantes juſtum eſſe auctorem injuriæ ulciſci.*

99. D. τῇ δεξιᾷ λαμβάνειν τοῦ ὄψου] Subaudiendum τὶ, *aliquid ſumere pulmenti:* eſt enim ὄψον, *pulmentum,* quidquid editur cum pane vel σίτῳ, *caro, piſcis,* præcipue: qua de re monuerunt Plutarchus Sympoſ. IV. 4. p. 667—669.

Athenæus VII. p. 277. A: ὄψον κυρίως καλεῖται πᾶν τὸ πυρὶ κατασκευαζόμενον εἰς ἐδωδήν: quod inde ſumſit Euſtathius ad Iliad. Λ. 629. p. 868. 2. Fœſius Œcon. Hippocr. voce Ὄψον. Sed ὄψον erat in medio, vel circumferebatur, unde quiſque ſibi ſumeret: panis igitur, ut jam ante ὄψον datus, ab eo, qui ὄψον ſumeret, ſiniſtra manu tenendus erat. Hæc ex Veterum conſuetudine intelliguntur: de qua Plutarchus Sympoſ. III. 10: cui adhibere non inutile ſit Xenophontem Cyropæd. II. 2: Memorab. Socrat. III. 14: Platonem Republ. I. p. 421. A: Lucianum De Mercede Conductis T. I. p. 671. 22: Syneſium De Provid. p. 107. A.

99. E. πολυθύρους αὐλὰς περιβαλόμενος] *aulas multifores ſibi circumdans:* ſimiliter mox De Virt. et Vit. p. 100. C: ἂν οἰκίας μεγάλας περιβάλωνται, καὶ πλῆθος ἀνδραπόδων καὶ χρημάτων συναγάγωσιν, ἡδέως βιωσομένους. Conviv. Sap. 157. B: οἰκίαν περιβάλλεσθαι τοσαύτην. Sera Num. Vind. 554. B: οἰκίας περιβεβλημένοι μεγάλας καὶ ἀρχὰς καὶ δυνάμεις περιφανεῖς. Muſonius ap. Stob. Serm. LXIV. p. 413: τῇ πόλει οἶκον περιβλητέον· ἀρχὴ δὲ οἴκου περιβολῆς γάμος. Hoc loco certe πολύθυρος αὐλὴ eſt *magna domus:* nec privatorum ad formam videtur interpretanda domus, quæ habeat αὐλὰς, *atria*, in eaque exitus, θύρας, vel intrinſecus e conclavibus vel extrinſecus ex publica via, cujuſmodi formam ex Vitruvio VI. 10: Plinio Epiſt. II. 17. V. 6: ſuſpicamur, et adumbrare conatus eſt Barthelemius in Peregrinatione Anacharſidis Cap. XXV. T. III. p. 107. 340: potius cogitanda principis viri, ac beati hominis *ſplendida* et *magnifica* habitatio, veluti *regia*, quæ et Græcis et Latinis *aulæ* dicuntur: quas in primis πολυθύρους fuiſſe neceſſe eſt. Vocabulum πολύθυρος habet Pollux VI. 171: ad ridiculam ſignificationem traduxit, τριβώνιον πολύθυρον dicens *pallium lacerum*, Lucianus Dial. Mort. T. I. p. 332.

99. E. κλίνας προθέμενος πολυτελεῖς καὶ τραπέζας] προθέμενος ad τραπέζας referri poteſt, ad κλίνας non item probabiliter; ut forte quis veriorem judicet lectionem Voſſ. et T. προσθέμενος, *præterea ſibi addens*. Nam in ejuſmodi com-

poſitione, qua unum verbum ad duo aut plura nomina refertur, ea eſt ratio, ut proximum nomen verbo proprie conveniat, cum reliquis per tralationem communicetur, ut monuimus ad p. 27. E. Igitur vel προθέμενος recipiendum videatur, aut tranſponenda ſic vocabula, τραπέζας προθέμενος πολυτελεῖς καὶ κλίνας. Et alii προτίθεσθαι de cibis et menſis dicunt, ut Latinum *apponere*, et Plutarchus Opp. Mor. p. 643. A. 671. D. 703. E. Vit. 70. B. 270. C. 555. A. Reddendum Porphyrio De Abſtin. I. 37: προσήσεται ταῦτα, mutando in προθήσεται ταῦτα, *apponet ſibi bos cibos.*

99. E. ἀμετάβλητον] Reiſkius malebat ἀμεταμέλητον, *cujus non pœnitet*, vel ἀπαράβλητον, *incomparabilem*: quorum poſterius, hoc quidem ſenſu ut notet *excellens, omnibus præſtans*, vix Græcum eſt: alterum et ipſe aliquando volui, poſtea velle deſii; et quod in vulgato omnes libri conſentiunt, et quod cum ſententiæ tum gradationi congruit: *dolore carens, beatum, perpetuum*, progreſſum habet et verum et manifeſtum. Sic in Horatii illo Sat. II. 6. 1—5: *Hoc erat in votis:—nil amplius oro, Maja nate, niſi ut propria hæc mihi munera faxis.* Vocabulum ἀμετάβλητος, *conſtans, immutabilis*, Plutarchus habet, Vit. p. 852. A: Opp. Mor. p. 878. B. 883. E. 953. C. 954. F. 1011. A. 1111. A. 1116. D.

99. E. Ἰφικράτην] Plutarchus Apophthegm. p. 187. B: Ῥήτορος δέ τινος ἐπερωτῶντος αὐτὸν ἐν ἐκκλησίᾳ, Τίς ὢν μέγα φρονεῖς; πότερον ἱππεὺς, ἢ τοξότης, ἢ πελταστὴς, ἢ πεζός; Οὐδεὶς, ἔφη, τούτων, ἀλλ' ὁ πᾶσι τούτοις ἐπιστάμενος ἐπιτάττειν: quem locum apponit Stobæus Serm. LII. p. 366. Eamdem rem Plutarchus narrans in libro Virtutem Doceri Poſſe p. 440. B. interrogantem iſtum prodit Calliam Chabriæ filium.

99. E. ὁ Ἡσιόδου Προμηθεὺς—] Ἔργ. 86. notavimus quoque ad 23. E.

p. 100. A. ὡς εἰ παρεκελεύετο] Ita recipere debuimus ſenſu poſtulante lectionem Anon. T. V. Reiſkio item probatam, ſiquidem ea ultro exiſtit ex rectius diſtincta vetere

vulgata ὡς εἴπερ ἐκελεύετο, quam Harleianus quoque habet. Particula ὡς εἰ ſane frequens eſt. Attigit eam et Hoogeveenius Doctr. Particul. p. 1232. ſeq.

100. A. Δημοσθένης] Or. Olynth. I. p. 4. A: ſententiam multorum imitatio celebravit, quos notavimus ad Juliani Or. I. p. 35. C: Biblioth. Crit. Vol. III. Part. I. p. 50.

DANIELIS WYTTENBACHII

ANIMADVERSIONES

IN PLUTARCHI LIBRUM

DE VIRTUTE ET VITIO.

P. 100. B. ΠΕΡΙ ΑΡΕΤΗΣ ΚΑΙ ΚΑΚΙΑΣ.] Ab aliis ſcriptoribus non citatum reperimus hunc librum; nam quod Lampriæ Catalogus Num. CLXX. habet *περὶ ἀρετῆς*, additur in edito varia lectio, *ἐν ἄλλῳ, εἰ διδακτὸν ἡ ἀρετή*. Forte eſt epitome perditi, *Ἀμμώνιος, ἢ περὶ τοῦ μὴ ἡδέως τῇ κακίᾳ συνεῖναι*, notati in Catal. Lampriæ Num. LXXXIII.

100. C. *ἂν οἰκίας μεγάλας περιβάλωνται*] Attigimus hanc ſententiam p. 99. E.

100. C. *ὥσπερ ἐκ πηγῆς τοῦ ἤθους*] Dictio Stoica profecta e Zenonis definitione *ἤθους*: notavimus p. 56. B.

100. C. *Αἰθομένου δὲ πυρὸς*—] Ex Homerico Epigrammate XIII. 5: Plutarchus apponit in Amatorio p. 762. D.

100. D. *ἐλαφρῶς καὶ προσηνῶς πρὸς εὐκολίαν καὶ πρᾳότητα τρόπου φέρουσι*] Interpretes vertunt *πρὸς*, *propter*: non ſatis recte; ita enim *διὰ* requirebatur. Nemo ignorat quam ſit frequens in Latinis, maxime Cicerone, uſus Præpoſitionis *ad* hujuſmodi: v. c. Catilin. I. 5: *quod eſt ad ſeveritatem lenius, et ad communem ſalutem utilius*. Similis uſus eſt in hoc et aliis Plutarchi locis, de quo expoſuimus ad p. 38. C.

100. D. τοῦ δὲ Ἀγχίσε τὸ σῶμα—φάρος] Sumtum eſt Sophoclis Laocoonte, unde ſex verſus de Anchiſa ſerva Dionyſius Halicarn. Ant. Rom. I. 48. p. 38. quorum tres ſunt primi:

Νῦν δ' ἐν πύλαισιν Αἰνέας ὁ τῆς θεοῦ
Πάρεσ', ἐπ' ὤμων πατέρ' ἔχων κεραυνίε
Νῶτε καταςάζοντα βύσσινον φάρος.

In his verbis quid ſit κεραυνίε νώτε, ſatis apparet; ſiquide fulmine tactus a Jove, debilitatus erat, quod Veteres pr dunt, Virgilius Æn. II. 649. ibique Servius, et erudi illuſtravit Heynius Excurſu XVII: ut Sophocles ſign ficet, *fulmen hoc in dorſum Anchiſæ incidiſſe.* Sed aliqu ambiguitatis habet καταςάζοντα, quod vim activam, qua ut alibi, ita hic habet, bifariam expromere poteſt: ut ſe ſus ſit, *habens in humeris patrem e dorſo fulminato deſtilla tem pallium byſſinum*: id eſt, *patrem, cujus e dorſo fulmina deſtillat ſanies in byſſinum, quo circumdatus eſt, pallium* atque ita cepit Plutarchus, ejuſque interpretes reddid runt; niſi quod μοτε, *fila*, expreſſit Xylander, et Me riacus ad Ovidii Epiſtolas T. II. p. 144. idque adeo loco Dionyſii pro νώτου reponi vult: perperam quide Altera notione verbi καταςάζοντα, ſenſus ſit, *e fulmina dorſo pallium byſſinum defluere ſinens, ſuſpenſum gerens:* qu durior eſt metaphora, ſimilis quidem illi Callimachi Hym in Dianam 117: φάεος δ' ἐνέηκας ἀϋτμὴν Ἀσβέςε, τό ῥα πε τρὸς ἀποςάζεσι κεραυνοὶ, ubi videatur Erneſtus. Utramq rem disjuncte deſcripſit Propertius III. 17. 31: *Lævis od rato cervix manabit olivo, Et feries nudos veſte fluente pede* Priorem ſignificavit Aſius apud Athenæum XII. p. 52 F: Χιονέοισι χιτῶσι πέδον χθονὸς εὐρέος εἶχον, Χρύσεαι δὲ κ ρυμβαι ἐπ' αὐτῶν, τέττιγες ὥς, Χαῖται δ' ἠώρηντ' ἀνέμῳ χρυσέ ἐνὶ δεσμοῖς: ubi reliqua egregie corrigens Caſaubonus, re liquit πέδον χθονὸς εὐρέος εἶχον, accipiens, *veſtes pertineba ad terram eamque tangebant:* quo malim mutari in —εὐ κατεῖχον, *latum terræ ſolum occupabant:* tum ὡς in ὡσεὶ re deat. In Sophoclis loco prior ratio probabilior eſt; quip pe et *ulceris effluvium* ſignificat, et ipſo verbi uſu fre quentata eſt, v. c. ab ipſo Sophocle Philoctete 7: νόσ

καταστάζοντα διαβόρῳ πόδα. 779: στάζει γάρ αὖ μοι φοίνιον τόδ' ἐκ βυθοῦ κηκίον αἷμα. 819: ἱδρὼς γέτοι νιν πᾶν καταστάζει δέμας. Euripide Iphig. Taur. 72: οὗ καταστάζει φόνος, *in quem deſtillat ſanguis*. Hecub. 241: φόνου σταλαγμοὶ σὴν κατέσταζον γένυν, *ſanguinis guttæ in tuam deſtillabant maxillam*: et alibi. Et eſt varia Verbi conſtructio, etiam ſine Præpoſitionibus: v. c. φόνος καταστάζει τῆς γῆς τὴν γῆν, pro κατὰ τῆς γῆς, εἰς τὴν γῆν; *cruor deſtillat in terram*: item active καταστάζω τῆς γῆς φόνον, τὴν γῆν φόνου vel φόνῳ, *deſtillo cruorem in terram*, vel, *terram cruore guttatim deſtillans madefacio*. Sed in ſcriptura hujus Sophoclei verſus conſtituenda, major eſt auctoritas lectionis Dionyſii totum locum veluti teſtimonium diſerte edicentis, quam Plutarchi nonniſi particulam ſuæ diſputationi accommodantis: certe Νώτου retineam, repudiato Μοτοῦ, quamvis a ſignificatione commendari videatur, *linamenti vulnerarii, quod vulnerum cavis explendis inditur*, ut ex Heſychio et Græcis Medicis exponunt Stephanus Theſ. L. Gr. T. II. p. 978. et Fœſius Œcon. Hippocrat. p. 252: et rectius ſane dicatur ſanies deſtillari ex *fulminato dorſo*, quam *ex fulminato linamento*; quo quidem probabilius quis mutandi cupidus legat Νότου: at nos tuemur νώτου: μοτοῦ non Plutarcho, ſed ejus librariis tribuimus, neſcientibus quem cujus poetæ locum ſpectaret ſcriptor.

100. E. Οὗτος μακάριος—] Videtur Menandri eſſe: citatur a Plutarcho De Animi Tranq. p. 471. B:

Οὗτος μακάριος ἐν ἀγορᾷ νομίζεται,
Ὅταν δ' ἀνοίξῃ τὴν θύραν, τρισάθλιος·
Γυνὴ κρατεῖ πάντων, ἐπιτάττει, μάχετ' ἀεί.
Ἀπὸ πλειόνων ὀδυνᾶτ', ἐγὼ δ' ἀπ' οὐδενός.

Partem adhibuit Themiſtius Orat. XXXII. p. 357. D: προσήκει αὐτῷ τόδ' ἔπος ἐκ τῆς κωμῳδίας· Οὗτος μακάριος ἐν ἀγορᾷ νομίζεται· Ὅταν δ' ἀνοίξῃ οὐχὶ τὴν θύραν, ἀλλὰ τὴν ψυχὴν, τρισάθλιος. Perperam igitur Tragici habentur ab Eraſmo et P. Leopardo Emend. IX. 13. In Comicorum Incertorum Excerptis habet Grotius p. 911. Ad idem argumentum exemplumve pertinet Ciceronis dictum Paradox. V. 2. ſiquidem ad magiſtratum et imperatorem dicitur:

An ille mihi liber, cui mulier imperat? cui leges imponit, præſcribit, jubet, vetat, quod videtur? qui nihil imperanti negare poteſt, nihil recuſare audet? poſcit, dandum eſt: vocat, veniendum: ejicit, abeundum: minatur, extimeſcendum. Ego vero iſtum non modo ſervum, ſed nequiſſimum ſervum, etiamſi in ampliſſima familia natus ſit, appellandum puto. Plinius Panegyr. LXXXIII. 4: *Multis illuſtribus dedecori fuit aut inconſultius uxor aſſumta, aut retenta patientius: ita foris claros domeſtica deſtruebat infamia: et ne maximi cives haberentur, hoc efficiebat quod mariti minores erant.*

100. E. γραψάμενον ἀπόλειψιν] Ut ἀπολείπειν non ſolum dicitur *uxor a marito divortium faciens*, ſed et *maritus ab uxore*, quod diligenter docet L. Kuſterus ad Ariſtoph. Plut. 1033: ſic ἀπόλειψις eadem ratione uſurpatur. Ita Plutarchus Reip. Ger. Præc. p. 789. B: γραψάμενος ἀπόλειψιν. Conjugal. Præc. p. 144. A: γυνὴ διὰ ζηλοτυπίαν ἀπόλειψιν γράφουσα. Alcibiade p. 195. C: de hujus uxore Hipparete, ἐδεῖτο τῆς ἀπολείψεως γράμματα παρὰ τῷ ἄρχοντι θέσθαι. Demoſthenes Or. Adv. Onetorem I. p. 569. C: ἡ δὲ ἀπόλειψις ἐγράφη ποσειδεῶνος μηνός—· τὴν δὲ ἀπόλειψιν οὗτοι πρὸς τὸν ἄρχοντα ἀπεγράψαντο. Pollux III. 47.

100. E. Εὖνι ἄτερ δαλοῦ—] Heſiodi Ἔργ. 705.

100. F. τῆς δὲ ψυχῆς πλοίαι] Simili in argumento et oratione verſatur Plutarchus p. 83. D: ubi videatur noſtra animadverſio.

100. F. Ὅταν δὲ νυστάζοντα—] Fortaſſe Menandri eſt. Videtur ejus quædam imitatio exſtare in Dionis Chryſ. Or. VI. p. 93. D. de Perſarum regis miſeria: ἐγρηγορότα μὲν εὔχεσθαι καθυπνῶσαι· κοιμώμενον δὲ ἀναστῆναι τὴν ταχίστην, ἅτε ὑπ' αὐτῶν τῶν ἐνυπνίων ἀπολλύμενον. Rei congruit Longus Paſtoral. II. p. 50: ταῦτα λέγοντα αὐτὸν ἐκ τῶν δακρύων καὶ τῆς λύπης ὕπνος βαθὺς καταλαμβάνει· καὶ αὐτῷ αἱ τρεῖς ἐφίστανται νύμφαι, μεγάλαι γυναῖκες καὶ καλαί—. ſuaviſſimo exemplo Xenophontis Exped. Cyri III. 1. 9.

100. F. ἔξω βλέπουσα] Notavimus ad p. 80. E.

100. F. συσχηματιζομένη] *Conformans ſe, componens:* ſic p. 83. C. Numa 73. D. Simplex σχηματίζειν alibi tractabimus.

p. 101. A. *ὥς φησιν ὁ Πλάτων*] Republ. IX. p. 502. B: animadvertimus ſupra loco gemino De Sent. Profectu in Virt. p. 83. A.

101. B. *γαλήνην ἄκλυστον*] Expoſuimus ad p. 82. F.

101. B. *εὐδία σπιλάδος*] *Tranquillitas rupis ſub mare latentis*: id eſt, *tranquillitas maris cæcam rupem tegentis*, quippe quæ et facilius turbatur, et turbata periculum naufragii adfert. In ſimili argumento exemplum *σπιλάδος* poſuit Plutarchus De Animi Tranquill. p. 476. A: vox Homerica Odyſſ. Γ. 298. E. 401. 405. notata Apollonio Lexico Hom. Heſychio, Suida, copioſe illuſtrata a Sallierio ad Thom. Mag. p. 804. Syneſius Ep. IV. p. 162. D: *διαναυμαχῆσαι πρὸς τὰς σπιλάδας*. Philippus Theſſal. Anthol. Epigr. III. 22. 24.

101. C. *χρεωστῶν τὴν πόλιν*] Beati cenſebantur multis debitoribus, quibus pecuniam credidiſſent. Hinc ſæpe querelæ de magnitudine et multitudine æris alieni: hinc novæ tabulæ, et civitatum converſiones. Romam ſæpe illa res agitavit: notum ex Livio II. 23—33. VI. 27—36. VII. 21—27. alibi. Cicero Offic. II. 23, 24. Spartam ſub Agide rege adoleſcente: quod Plutarchus narrat in Ejus Vita p. 798. C. et matrem hujus *πλήθει πελατῶν καὶ φίλων καὶ χρεωστῶν μέγα δυναμένην ἐν τῇ πόλει*. Athenis ſub Solone *σεισάχθεια*, *oneris excuſſio, æris alieni abrogatio*: item in Ejus Vita p. 86. D, E. ſeq. et alibi. Immo in Græcia graſſabatur tempore Plutarchi libido debendi et credendi: cui occurrere ſtuduit ſcripto libello *de Vitando Ære Alieno*. Vocabulum *χρεώστης* eſt Opp. Mor. p. 828. C. F. 829. D. 830. E. 831. C, D. Vit. 798. B. 801. B.

101. C. *μὴ στέγουσι*] *non continentibus, non ſuſtinentibus, effluere ac perire ſinentibus*: Plutarcho hac notione uſitatum verbum: v. c. Opp. Mor. p. 128. B. 138. F. 395. F. 396. A. 473. D. 476. A. 502. C. 508. D. 526. D. 691. A. 695. B. 782. E. 911. B. 878. F. 976. A. 1088. E. 1089. D. Vit. 150. E. 368. A. 433. B. 686. C. 707. A.

101. C. *τῶν βρωμάτων τὰ καθαριώτατα καὶ πολυτελέστερα*] Comparativum pro Superlativo, et viciſſim, ſubinde uſurpari novimus: ſed utrumque eadem in re conjuncte ut

hoc loco, non disjunɕte, uſurpari, non novimus: n
cos Herodoti III. 119. et Pauſaniæ IV. 18. allatos
breſchio Dilucid. Thucyd. p. 514. quamvis ſanos,
dicam ad tuendam hujus loci ſcripturam. Igitur
oblatum a codice Collegii Novi *πολυτελέςατα*. N
in aliis multis exemplis, quæ in contrariam parte
ſtant, correɕtionem adhibendam putem: veluti C
Apollon. p. 115. D: *τὸ βέλτιον τοῖς ἀνθρώποις καὶ τί τ*
των αἱρετώτατον, Mez. dat *βέλτιςον*. Sympoſ. p. 66.
πάντων ἐναργέςερα καὶ κάλλιςα, ubi monuimus *ἐναργέςα*
gendum eſſe. Porro malim *καθαρώτατα*, ut eſt in Fl
aliter variant: *καθαριότατα*, Moſc. 1: *καθαρειότατα*,
Diximus de differentia notionis ad Seleɕta Hiſt. C
375: *καθαρὸς* eſt *purus, mundus*: *καθάριος* et *καθάρειος*,
tatis et munditiei ſtudioſus. Sed quomodo cum *πολ*
ſumtuoſo, quod in vitio ponitur, convenit *καθαρὸν*, *p*
mundum, quod, ut frugalitatis genus, fere in laude
ſetur? Nimirum ſignificatur, *panis purus*, *ἄρτος κα*
ex pura tritici farina faɕtus, ſegregato furfure: hi
cibus lautiorum hominum: contrarii generis fuit
λιτὸς mox memoratus, et *ῥυπαρὸς*, *ſordidus*. Sic ſin
admonitione Plutarchus Præcept. Sanit. Tuend. p.
D: *διὸ δεῖ μὴ σκοπεῖν τὸν ἰχθὺν εἰ πρόσφατος, μηδὲ τὸν ἄ*
καθαρὸς, μηδὲ τὸ βαλανεῖον εἰ θερμὸν, μηδὲ τὴν ἑταίραν εἰ
φος, ἀλλ' αὐτὸν εἰ μὴ ναυτιώδης, μηδὲ θολερὸς, μηδὲ ἕωλος
τεταραγμένος. Teles apud Stobæum Serm. XCV. p.
in luxurie diſcipulorum Theophraſti notanda, hæc r
ſet: *Χλανίδα, παίδων ἀκολουθίαν, οἰκίαν μεγάλην, εἰς τ*
δεῖπνον, ὅπως (forte *ὀπώρα καὶ*) *ἄρτοι καθαροὶ, ὄψον μὴ τὸ*
οἶνον ἡδὺν, ὑποδοχὰς τὰς ἐπιβαλλούσας, ἵνα πολὺ τελῶσιν
πάντα πολυτελῶς). Athenæus III. p. 109. C. 110. D.
F: dicitur item *λευκὸς*, *albus*, Luciano De Merced. C
T. I. p. 672. At *ῥυπαρὸν* Plutarchus Seni Gerend. R
p. 792. A: *Maſiniſſam* memorat, *πρὸ τῆς σκηνῆς ῥ*
ἄρτον ἐσθίοντα. Diogenes Laertius VI. 64. de Cynico
gene: *ἐν ἱερῷ δειπνῶν, μεταξὺ ῥυπαρῶν ἄρτων παρατεθέντων*,
αὐτοὺς ἔρριψεν, εἰπὼν, εἰς ἱερὸν μηδὲν δεῖν ῥυπαρὸν εἰσιέναι. A
næus III. p. 110 D: *Πλάτων δ' ὁ κωμῳδοποιὸς ἐν* J

Μακρῷ τοὺς μεγάλȣς ἄρτȣς ϰ ῥυπαρȣς, Κιλικίȣς ὀνομάζει. p. 114. D: τȣς δὲ ῥυπαρȣς ἄρτȣς, φαιȣς ὠνόμασεν Ἄλεξις ἐν Κυπρίῳ οὕτως—Λευκȣς μὲν ὄχλῳ, τῶν δὲ φαιῶν τȣς ἴσȣς. Conferatur et Fœſius Œconom. Hippocrat. p. 61. Rigaltius ad Artemidor. p. 33.

101. C. προσφερόντων ϰ βιαζομένων] *licet alii hos cibos illis admoveant et ſumere cogant.* Genitivus Conſequentiæ multos habet uſus, in iiſque hunc ellipticum. Sic Plutarchus ex Chryſippo De Stoic. Repugn. p. 1037. B: πρὸς μὲν γὰρ τὴν τῶν ἀληθῶν εὕρεσιν δεῖ χρῆσθαι αὐταῖς, καὶ πρὸς τὴν τούτων συγγένειαν, εἰς τἀναντία δὲ οὔ, πολλῶν ποιȣντων τοῦτο· *quamquam multi hoc faciant.* Antonio p. 946. D: τρεῖς γὰρ ἅμα καὶ τέσσαρες περὶ μίαν τῶν Ἀντωνίȣ συνείχοντο, γέῤῥοις ϰ δόρασι ϰ κοντοῖς χρωμένων καὶ πυροβόλοις· *in pugna ad Actium tres ſimul et quatuor Octaviani Cæſaris naves adverſus unam Antonii navem occupatæ erant, quamquam eam oppugnantes cratibus, baſtis, contis, telis ignitis.* Ibid. 948. C: De Sanit. Tuend. p. 126. A: Apophthegm. p. 184. A. Ita eſt ratio Ablativi Conſequentiæ in Ciceronis Epiſt. ad Diverſ. XV. 4. 18: *Sepyram et Commorin, acriter et diu repugnantibus—cepimus, caſtellaque ſex capta, complura incendimus,* ubi conſulatur Cortius.

101. D. πνεύματος χρηςοῦ, καὶ γλυκέος αἵματος] πνεῦμα apud Plutarchum, et alios, ſæpe notat *ſpirationem, reſpirationem,* ſubinde etiam ſimul *partem corporis noſtri aeream ejuſque motum, ſpiritum vitalem,* quidquid illud eſt aut facultatis, aut materiæ, ſignificat. Sic hoc, et aliis Plutarchi locis: veluti Opp. Mor. p. 61. D. 127. C: αἵματος λεπτοῦ ϰ πνεύματος καθαροῦ δεχομένου τὴν κίνησιν. Ibid. D. τȣ περὶ τὰ νεῦρα πνεύματος, *ſpiritu nervorum.* 129. C: πνευμάτων ταραχή. 130. B. D. 134. A. 625. C. 642. C. 652. D. 663. A. 666. A. 734. E: νέοι γὰρ ὄντες ἔτι καὶ σφριγῶντες, πολὺ πνεῦμα γεννῶσιν ἐν τῷ σώματι καὶ ταραχῶδες. Lycurgo p. 50. F: Sertorio 574. C. *Sanguis dulcis* eſt *ſanus,* nulla bile ſuffuſus: igitur γλυκὺ ille dicitur, hæc πικρόν: de quo notavit Fœſius Œcon. Hippocrat. p. 85.

101. D. ἄρτον λιτὸν ἐπὶ τυρῷ ϰ καρδάμῳ] Panis λιτὸς, *frugalis, vilis,* opponitur pani καθαρῷ. Ergo caſeus et na-

ſturtium inſtar ὄψου, *pulmenti*, adhibetur pani: quam co parationem ὄψου et σίτου notavimus p. 99. D. Hoc au quis Perſis uſitatum narrat Xenophon Inſtitut. Cyri I 8: φέρονται δὲ οἴκοθεν σῖτον μὲν ἄρτες, ὄψον δὲ κάρδαμον. Il 11: καὶ ὄψον δὲ τῦτο ἔχϐσιν οἱ τηλικοῦτοι ὅ, τι ἂν θηράσα εἰ δὲ μὴ, τὸ κάρδαμον. Hinc Ælianus Var. Hiſt. III. ubi operæ pretium eſt legere Schefferum et Perizoni hunc etiam de ipſa herba et nominis origine, de qua hunc egit Weſſelingius Obſervat. II. 22. p. 243. *Caſ* antiquitus ὄψον, idque vilius, fuiſſe conſtat: niſi ſi genera eſſent exquiſitiora: de quibus Plinius XI. 97. Athenæus XIV. p. 658. Cæterum in ſignificanda c junctione σίτου et ὄψϐ adhibetur ἐπὶ cum tertio Caſu. v Plutarcho in gemino præcepto De Animi Tranq. p. 4 D: ἦλθεν ἡ ὑγιεία, φίλα πάντα ποιϐσα καὶ προσηνῆ· ὁ γὰρ ᾠὰ ᾗ ἀμύλια καὶ σητάνειον ἄρτον διαπλύων, τήμερον αὐτόπυροι ἐλαίαις ἢ καρδαμίδι σιτεῖται προσφιλῶς ᾗ προθύμως. Symp VII. p. 713. C: τὸ δὲ μέλος καὶ τὸν ῥυθμὸν ὥσπερ ὄψον ἐπὶ λόγῳ, καὶ μὴ καθ' αὑτὰ προσφέρεσθαι. Xenophon Memor Socr. III. 14. 2: ἐσθίϐσι μὲν γὰρ δὴ πάντες ἐπὶ τῷ σίτῳ ὄ Ad eam formam traduxit Homericum Iliad. Λ. 629. ἐπ κρόμυον ποτῷ ὄψον, in Sympoſio IV. 8. quaſi nexus ver rum eſſet ac ſenſus, ᾗ κρόμυον ὄψον ἐπὶ ποτῷ, *et cepam con mentum poti*: jocoſe quidem: ſed in Socratis dicti animadvertendus error librarii: quod enim nunc legit ὄψον μὲν γὰρ δὴ οὕτως ἔοικεν εἶναι, ὡς κρόμυόν γε οὐ μόνον σῖ ἀλλὰ καὶ ποτὸν ἡδύνει: ita corrigendum: ὄψον μὲν γὰρ ὄντως ἔοικεν εἶναι κρόμυον, ὅγε οὐ μόνον σῖτον ἀλλὰ ᾗ ποτὸν ἡδύ dc hac vi Adverbii ὄντως in citandis locis et monuimus 95. C: et alibi dicemus. Nunc ad propoſitam rem. A ſtophanes ſic intelligendus: Equit. 703. —φέρε, τί σοι καταφαγεῖν; 'Επὶ τῷ φάγοις ἥδις' ἄν; ἐπὶ βαλλαντίῳ, *age, q tibi dem comedendum; quodnam* ὄψον? *et id quonam cum o lubentiſſime edas? an cum marſupio?* Significat *nummos* ὄψον, *in crumena* ut in σίτῳ, quæ, ut e corio facta, nc Cleonem βυρσοδέψην et δωροδόκον. Item Pluti 628: πλεῖςα Θησείοις μεμιςυλημένοι, Γέροντες ἄνδρες, ἐπ' ὀλιγίςοις φίτοις· *O ſenes, qui ante in Theſei feſto, cum pauciſſimis pa*

bus, minutatim in plurima fruſta concidebamini, id eſt, *minutiſſima* ὄψα *fruſtula accipiebatis*. In Stobæi Serm. XVII. p. 156: legitur Φωκίωνι ὁ παῖς πλείω τῶν εἰωθότων ὄψων ἐπρίατο· ὁ δὲ οἰμώξῃ, ἔφη, ἐὰν τὰ φαγεῖν πλείω ἐπιφαγεῖν παρασκευάζῃς. Igitur et hoc loco Plutarchum ſcripſiſſe putem, ἐπ' ἄρτῳ λιτῷ τυρὸν καὶ κάρδαμον.

101. D. ἀσμενίζουσιν] Philo Jud. ap. Euſeb. Præp. Evang. VIII. p. 380. B: τοῖς αὐτοῖς ἀσμενίζοντες, *iiſdem cibis contenti*. Muſonius ap. Stob. Serm. XXIX. p. 205: τῇ μὲν ἡδονῇ μὴ ἀσμενίζειν, *voluptatem non amplecti, conſectari*. Lucianus Amor. T. II. p. 402: γυναίοις ἀσμενίζοντας. Alia dat exempla item cum Dativo Th. Gatakerus ad M. Antonin. V. 9. p. 150. Sed cum Accuſativo etiam reperitur: v. c. Luciani Amor. p. 427: τὰς μονήρεις διατριβὰς ἀσμενίζομεν. Jamblichi Vit. Pythag. §. 191: θάνατον ἀσμενίσαι. Alia etiam forma utitur Stobæus Eclog. Ethic. p. 185. 8: ἀσμενίζειν μὲν ἐν τοῖς κατὰ φύσιν—.

101. D. ὁ λόγος] *Ratio, doctrina*. Vide p. 75. A.

101. E. πολλὰ μὴ μεριμνῶντα.] Sunt quædam trajiciendæ negationis genera, de quibus alio loco notabimus: nec tamen ſunt ejuſmodi, ut hujus loci compoſitionem tueri videantur. Igitur adhuc præferam, μὴ πολλὰ μεριμνῶντα.

DANIELIS WYTTENBACHII

ANIMADVERSIONES

IN

PLUTARCHI CONSOLATIONEM

AD APOLLONIUM.

DISERTE quidem et a Veteribus hunc librum memorari, non memini. Stobæus in Florilegio Serm. III. p. 39. edit. Geſneri, p. 81. edit. Schowii, apponit hinc locum, qui eſt p. 103. A. *καὶ γὰρ περὶ τἀγαθὸν—χρηςέον*, nulla tamen addita libri inſcriptione, eum apponit, ſed interpoſitum duobus aliis Plutarcheis locis notatis nomine et libri et auctoris: alteri, *Πλούταρχος ἐν τῷ περὶ τῆς ἠθικῆς ἀρετῆς*: alteri, *Τοῦ αὐτοῦ, εἰ χρήσιμόν ἐςι πρόγνωσις τῶν μελλόντων*: nec tamen inde ſuſpicer eum a Stobæo in libro *De Virtute Morali*, qui nunc exſtat, lectum fuiſſe. Quod vero Lampriæ Catalogus Num. CIX. habet, *παραμυθητικὸς πρὸς Ἀσκληπιάδην*, diverſus fuiſſe videtur ab hoc libro, nec corrigendum cum Hœſchelio *Ἀπολλώνιον*, ut judicavit item J. A. Fabricius Bibl. Græc. Vol. III. p. 350. Nam Macarius Chryſocephalus, in cujus Rhodonia MS. exſtant inter Plutarchea Excerpta etiam *ἐκ τοῦ εἰς Ἀπολλώνιον παραμυθητικοῦ*, ut novimus ex Villoiſoni Anecdotis p. 10. hic igitur non eſt e Veteribus, ſed e Seculo XIV. ſcriptor.

Eſt omnino egregius hic liber, argumento, doctrina,

ſententiis, et plane Plutarcheus: ſed adoleſcentis Plutarchi eum eſſe, produnt materia, ſtilus, ratio.

Materia præcipuæ quidem illa ſuavitatis et præſtantiæ, magis tamen aliena quam propria, collecta e locis communibus philoſophorum, nec ad certam judicii rationem exacta; et, quod in Corinnæ ad Pindarum adoleſcentem dicto fertur, non manu ſparſa, ſed e ſacco effuſa. Aliter ſcripſit Plutarchus virili et provectiore ætate: veluti in *Conſolatione ad Uxorem ſuam*, non lectionis copias expromens, ſed proprios animi ſenſus prodens, qui cum communione doloris, affectu patris et mariti, prudentia et moderatione viri docti, per totam ſcriptionem dominentur: veluti in libro *De Exilio*, qui eſt item e genere Conſolatorio, amicum exulantem conſolans, exempla hiſtoriarum, præcepta philoſophorum, ſententias poetarum, et omnino alienæ copias doctrinæ adhibet, ſed ita, ut non ſubito aliunde arreptæ, ſed dudum lectæ et conditæ jam cum ſcribentis copiis coaluiſſe videantur. Hunc proprietatis colorem habitumque obtinet ubique Plutarchus in aſſumendis memorandiſque aliorum dictis Scriptorum, ut e ſua ipſum potius, quam illorum, perſona, loqui eum dicas: non item hoc in libro. Eſtque eadem fere diverſitas atque illa, quam in admiſcendis orationi verſibus inter Dionyſium Stoicum et Philonem Academicum interfuiſſe ſcribit Cicero Tuſc. II. 11: *ille enim quaſi dictata, nullo dilectu, nulla elegantia: hic et lecta poemata et loco adjungebat.*

Porro in *ſtilo*, id eſt, in orationis forma, apparet redundantia quædam juvenilis, imitatio compoſitionis Platonicæ illius, non ad Socraticam perſpicuitatem, ſed ad tragicam gravitatem, conformatæ, in ſynonymis, præpoſitionibus, interjectis enunciatis, longioribus et ſuo nexu ſolutis ſententiarum circumductionibus.

Denique *ratio*, id eſt, diſtributio materiæ, aut vaga, aut nulla, nec ſuis locis et argumentorum finibus notata.

Nos iſtam a Plutarchea forma diverſitatem notandam duximus, non ut eam calumniaremur, ſed ut interpretis officio ſatisfaceremus; nec eam reprehendimus temeritatis

nomine; ſed liberalitatem grati interpretamur, quæ nobis egregios antiquorum Scriptorum locos ſervavit multos.

ΠΑΡΑΜΥΘΗΤΙΚΟΣ.] Quum conſolationis officium late pateat per totam vitam, ſuſcepit hoc officium eique in morali parte locum dedit Philoſophia, quippe quæ ſe *vitæ artem ac magiſtram* profitetur. Locum Conſolatorium ex Poſidonii diſtributione memorat Seneca Epiſtola XCV. p. 374: *Poſidonius non tantum præceptionem—ſed etiam ſuaſionem, et conſolationem, et exbortationem neceſſariam judicat.* Ex iiſdem Poſidonii fontibus hauſiſſe videtur pleraque Eudorus Academicus in partitione Philoſophiæ Moralis apud Stobæum Eclog. Ethic. p. 161, 162: καὶ ὁ μὲν περὶ τῶν οἰκειούντων πρός τινας πράξεις (τόπος) διαιρεῖται εἴς τε τὸν ὑποθετικὸν καὶ τὸν προτρεπτικόν·—ὁ δὲ περὶ τῶν ἀποτρεπόντων καλεῖται παραμυθητικὸς, ὃς καλούμενός ἐςι πρὸς ἐνίων παθολογικός. Horum comparationem perſequi, longum, nec hujus loci, eſt. Sed quandoquidem *Conſolatio* adverſus vitæ calamitates, ſive veras illas, ſive opinatas, adhibetur; excolenda hac Philoſophiæ parte paulatim in *Conſolatorio Loco* tot exſtiterunt capita et ſcholæ, quot haberentur calamitatum genera. Qua de re Ciceronem audiamus, ubi de Conſolantis officio diſſerit, Tuſc. III. 34: *Sunt enim certa quæ de paupertate, certa quæ de vita inbonorata et ingloria* (i. e. περὶ ἀτιμίας καὶ ἀδοξίας) *dici ſoleant: ſeparatim certæ ſcholæ ſunt de exilio, de interitu patriæ, de ſervitute, de debilitate, de cæcitate, de omni caſu, in quo nomen poni ſolet calamitatis: bæc Græci in ſingulas ſcbolas, et in ſingulos libros diſpertiunt: opus enim quærunt:* (i. e. ἐργολαβοῦσι, quod Verbum notavimus ad p. 71. A.) *quamquam plenæ diſputationes delectationis ſunt. Et tamen ut medici toto corpore curando minimæ etiam parti, ſi condoluit, medentur: ſic philoſophia cum univerſam ægritudinem ſuſtulit, tamen ſi quis error aliunde exſtitit, ſi paupertas momordit, ſi ignominia pupugit, ſi quid tenebrarum offudit exilium, aut eorum, quæ modo dixi, ſi quid exſtitit: ſingularum* (ſic lego cum Lambino, pro *et ſi ſingularum*) *rerum ſunt propriæ conſolationes: de quibus audies tu quidem, cum voles.* Et ante Philo-

ſophiam vel inventam, vel auctam doctrina Morali, quæ ex tribus Philoſophiæ partibus poſtrema acceſſit, *conſolandi* officium erat in primis poetarum cum Elegiacorum, tum Lyricorum, tum aliorum etiam: fueruntque in illo genere et Archilochi quædam, de quibus annotavimus ad p. 23. A. B. et 33. B: Pindari θρῆνοι: aliorum alia, cujuſmodi habet Stobæus Florilegii Titulo CXXIII. cui nomen eſt Παρηγορικά, id eſt, *Conſolatoria*. Mox ſolutæ orationis ſcriptores in muneris ſocietatem acceſſerunt, idque tandem ut proprium obtinuerunt. Et quos quidem in hoc numero cenſeamus quorumque notitiam habeamus, hi fere ſunt. *Alcidamus*, de quo Cicero Tuſc. I. 48. *rhetor antiquus in primis nobilis, ſcripſit etiam Laudationem Mortis, quæ conſtat ex enumeratione humanorum malorum: cui rationes eæ, quæ exquiſitius a philoſophis colliguntur, defuerunt, ubertas orationis non defuit:* qui ejus mentionem fecerunt, alii Antiqui memorantur ab J. Daviſio ad hunc locum. *Antiphon:* cujus fuit liber inſcriptus τέχνη ἀλυπίας, et hujus artis officina: teſte Pſeudo-Plutarcho in Vitis X. Oratorum p. 833. C. ſimile quid ſignificante Philoſtrato in Vitis Sophiſt. I. 15. 3. *Democritus* in libro περὶ εὐθυμίας. *Hipparchus* Pythagoricus, ex cujus ſcripto περὶ εὐθυμίας particulam ſervavit Stobæus Florileg. Serm. CVI. unde Plutarchus quædam in hanc Apollonii Conſolationem tranſtuliſſe videtur. *Prodicus* declamationem habuit de vitæ calamitatibus, teſte ſcriptore Axiochi, qui vulgo Æſchinis nomine fertur, inde idem argumentum repetit §. 7. *Antimachus* poeta, qui in Elegia *Lyde* ſe ipſe in obitu uxoris Lydæ conſolatus eſt, ut in hoc libro ipſe prodit Plutarchus p. 106. E. *Plato* in Phædone, *Ariſtoteles* in Eudemo, ad hoc genus pertinent. *Xenocrates* περὶ θανάτου memoratus Diogeni Laertio IV. 12. a quibuſdam recentiorum idem habitus, qui Æſchinis Axiochus. *Theophraſtus* in libro Καλλισθένης ἢ περὶ πένθους, de quo Cicero Tuſc. III. 10. V. 9. et alii. *Crantor*, unus omnium hoc loco tractando ad poſteritatem celebratus, a cujus libro de Luctu et Cicero multis partibus, et totus certo Plutarchus, in hoc argumento pendent. *Hegeſias* πεισιθάνατος dictus; de

quo Cicero Tuſc. I. 34. aliique J. Daviſio citati. *Diogenes Cynicus*, περὶ θανάτου ſcripſiſſe dicitur Diogeni Laertio VI. 80. *Clitomachus*, Academicus, conſolationem ad cives ſuos Carthaginienſes ſcripſit, patria everſa, teſte Cicerone Tuſc. III. 22. *Cleanthes*, *Chryſippus*, *Epicurus*, *Cyrenaici*, de officio conſolantis præceperunt, ut apparet e Ciceronis verbis Tuſc. III. 31. *Æſchines* is, cujus exſtat Dialogus Axiochus De Morte, mihi quidem poſt Crantorem fuiſſe eumque ſecutus videtur. *Juncus* apud Stobæum Floril. Serm. CXX. de comparatione vitæ et mortis. *Ciceronis* fuit Conſolatio ad ſe ipſum, præcipue ex Crantore ducta: ſunt Epiſtolæ Conſolatoriæ complures egregiæ: ſunt Tuſculanæ Quæſtiones opus plane divinum, totum in genere conſolatorio cenſendum, et, ut nobis quidem videtur, deſcriptum ad rationem τόπου παραμυθητικοῦ a Poſidonio deſignatam. Ad idem genus referimus et alias aliorum librorum partes, et certe e philoſophis libris ſuaviſſimum illum De Senectute, in quo ſtudioſis adoleſcentibus enarrando, hoc tempore verſamur. *Seneca* frequens eſt in hoc argumento; quippe in quo ſunt ſingulares ejus Conſolationes ad Helviam, ad Polybium, ad Marciam: exemplum conſolatoriæ epiſtolæ cum reprehenſione conjunctæ Ep. XC. admonitio adverſus metum mortis Ep. LIV. et LXXVII. *Dion Chryſoſtomus* Or. XVI. περὶ λύπης: XXX. de morte Charidemi. *Ariſtides*, Or. XI. in funere Eteonici, et XII. de obitu Alexandri Cotyaënſis. *Galeni* περὶ παραμυθίας liber ſingularis, memoratus ab ipſo De Suis Libris Cap. XIII. T. I. p. 47. E. nunc perditus. *Dio Caſſius* iniquus Ciceroni facit philoſophum ei conſolationem exilii adhibentem XXXVIII. 18. Et *Stobæus* Florilegii magnam partem a Titulo XCVI. ad CXXIII. in conſolatorio argumento conſumit. Nec quemquam fugit aut *Boethii* Conſolatio Philoſophiæ, aut *Pedonis Albinovani* Elegia ad Liviam. Cæterum infinitum eſt omnia Scriptorum ſive ligatæ, ſive ſolutæ orationis, hiſtoricorum, rhetorum, ſophiſtarum, conſolatorii argumenti ſcripta enumerare; et quia latiſſime patet argumentum, et quia nullis circumſcriptum eſt certis terminis, ſed per omnem vi-

ſophiam vel inventam, vel auctam doctrina Morali, quæ ex tribus Philoſophiæ partibus poſtrema acceſſit, *conſolandi* officium erat in primis poetarum cum Elegiacorum, tum Lyricorum, tum aliorum etiam: fueruntque in illo genere et Archilochi quædam, de quibus annotavimus ad p. 23. A. B. et 33. B: Pindari θρῆνοι: aliorum alia, cujuſmodi habet Stobæus Florilegii Titulo CXXIII. cui nomen eſt Παρηγορικά, id eſt, *Conſolatoria*. Mox ſolutæ orationis ſcriptores in muneris ſocietatem acceſſerunt, idque tandem ut proprium obtinuerunt. Et quos quidem in hoc numero cenſeamus quorumque notitiam habeamus, hi fere ſunt. *Alcidamus*, de quo Cicero Tuſc. I. 48. *rhetor antiquus in primis nobilis, ſcripſit etiam Laudationem Mortis, quæ conſtat ex enumeratione humanorum malorum: cui rationes eæ, quæ exquiſitius a philoſophis colliguntur, deſuerunt, ubertas orationis non deſuit:* qui ejus mentionem fecerunt, alii Antiqui memorantur ab J. Daviſio ad hunc locum. *Antiphon:* cujus fuit liber inſcriptus τέχνη ἀλυπίας, et hujus artis officina: teſte Pſeudo-Plutarcho in Vitis X. Oratorum p. 833. C. ſimile quid ſignificante Philoſtrato in Vitis Sophiſt. I. 15. 3. *Democritus* in libro περὶ εὐθυμίας. *Hipparchus* Pythagoricus, ex cujus ſcripto περὶ εὐθυμίας particulam ſervavit Stobæus Florileg. Serm. CVI. unde Plutarchus quædam in hanc Apollonii Conſolationem tranſtuliſſe videtur. *Prodicus* declamationem habuit de vitæ calamitatibus, teſte ſcriptore Axiochi, qui vulgo Æſchinis nomine fertur, inde idem argumentum repetit §. 7. *Antimachus* poeta, qui in Elegia *Lyde* ſe ipſe in obitu uxoris Lydæ conſolatus eſt, ut in hoc libro ipſe prodit Plutarchus p. 106. E. *Plato* in Phædone, *Ariſtoteles* in Eudemo, ad hoc genus pertinent. *Xenocrates* περὶ θανάτου memoratus Diogeni Laertio IV. 12. a quibuſdam recentiorum idem habitus, qui Æſchinis Axiochus. *Theophraſtus* in libro Καλλισθένης ἢ περὶ πένθους, de quo Cicero Tuſc. III. 10. V. 9. et alii. *Crantor*, unus omnium hoc loco tractando ad poſteritatem celebratus, a cujus libro de Luctu et Cicero multis partibus, et totus certo Plutarchus, in hoc argumento pendent. *Hegeſias* πεισιθάνατος dictus; de

quo Cicero Tuſc. I. 34. aliique J. Daviſio citati. *Diogenes Cynicus*, περὶ θανάτου ſcripſiſſe dicitur Diogeni Laertio VI. 80. *Clitomachus*, Academicus, conſolationem ad cives ſuos Carthaginienſes ſcripſit, patria everſa, teſte Cicerone Tuſc. III. 22. *Cleanthes*, *Chryſippus*, *Epicurus*, *Cyrenaici*, de officio conſolantis præceperunt, ut apparet e Ciceronis verbis Tuſc. III. 31. *Æſchines* is, cujus exſtat Dialogus Axiochus De Morte, mihi quidem poſt Crantorem fuiſſe eumque ſecutus videtur. *Juncus* apud Stobæum Floril. Serm. CXX. de comparatione vitæ et mortis. *Ciceronis* fuit Conſolatio ad ſe ipſum, præcipue ex Crantore ducta: ſunt Epiſtolæ Conſolatoriæ complures egregiæ: ſunt Tuſculanæ Quæſtiones opus plane divinum, totum in genere conſolatorio cenſendum, et, ut nobis quidem videtur, deſcriptum ad rationem τόπου παραμυθητικοῦ a Poſidonio deſignatam. Ad idem genus referimus et alias aliorum librorum partes, et certe e philoſophis libris ſuaviſſimum illum De Senectute, in quo ſtudioſis adoleſcentibus enarrando, hoc tempore verſamur. *Seneca* frequens eſt in hoc argumento; quippe in quo ſunt ſingulares ejus Conſolationes ad Helviam, ad Polybium, ad Marciam: exemplum conſolatoriæ epiſtolæ cum reprehenſione conjunctæ Ep. XC. admonitio adverſus metum mortis Ep. LIV. et LXXVII. *Dion Chryſoſtomus* Or. XVI. περὶ λύπης: XXX. de morte Charidemi. *Ariſtides*, Or. XI. in funere Eteonici, et XII. de obitu Alexandri Cotyaënſis. *Galeni* περὶ παραμυθίας liber ſingularis, memoratus ab ipſo De Suis Libris Cap. XIII. T. I. p. 47. E. nunc perditus. *Dio Caſſius* iniquus Ciceroni facit philoſophum ei conſolationem exilii adhibentem XXXVIII. 18. Et *Stobæus* Florilegii magnam partem a Titulo XCVI. ad CXXIII. in conſolatorio argumento conſumit. Nec quemquam fugit aut *Boethii* Conſolatio Philoſophiæ, aut *Pedonis Albinovani* Elegia ad Liviam. Cæterum infinitum eſt omnia Scriptorum ſive ligatæ, ſive ſolutæ orationis, hiſtoricorum, rhetorum, ſophiſtarum, conſolatorii argumenti ſcripta enumerare; et quia latiſſime patet argumentum, et quia nullis circumſcriptum eſt certis terminis, ſed per omnem vi-

tam vagatur. Igitur de aliis, qui poſt Plutarchum fuerunt, nil dicimus: de prioribus hoc unum addimus: *Funebres orationes*, *Epitaphios* Græce dictos huic item generi ſubjectos eſſe, quales exſtant *Thucydidis* et *Platonis*, hujus in Menexeno, illius II. 35. et qui feruntur nominibus *Lyſiæ* et *Demoſthenis*, et qui perierunt, *Gorgiæ*, *Archini*, *Hyperidis*: et quales fuerunt Romanorum antiquitus *Laudationes Funebres*. Atque ex hac animadverſione intelligendus eſt Cicero De Senectute IV. præ Q. Fabio Maximo contemnens philoſophos, *multa*, inquit, *in eo viro præclara cognovi: ſed nil eſt admirabilius quam quomodo ille mortem M. filii tulit, clari viri et conſularis: eſt in manibus laudatio: quam cum legimus, quem philoſophum non contemnimus?* hæc enim eo pertinent, ut Fabii oratio ad leniendum luctum, animumque confirmandum, omnibus philoſophorum conſolationibus fructuoſior efficaciorque judicetur. Λόγοι παραμυθητικοὶ, in caſu funebri, ſermonis conſuetudine uſurpari ſolebant: quod notat Pollux III. 100: Λόγοι δὲ ἐρεῖς παραμυθητικοὶ, παρηγορικοὶ, παρηγορητικοὶ, νουθετικοὶ, σωφρονιστικοὶ, καὶ τὰ ὅμοια· ἐρεῖς δὲ καὶ λόγοι ἐπιτάφιοι, ἐπικήδειοι, ἐλεγεῖα, ἐπιγράμματα.

101. F. πρὸς Ἀπολλώνιον] Nec hujus Apollonii, nec omnino Apollonii cujuſquam, ut æqualis et familiaris ſui, in reliquis ſcriptis meminit Plutarchus.

p. 102. A. ἀνθρωπίνως φέρειν τὸ συμβεβηκὸς—] *humaniter ferre caſum*: vim ſimul activam et paſſivam habet: prior hæc eſt, *ferre, ut decet hominem ad humanitatem excultum, non barbarum*: veluti plane intelligitur e Cicerone Tuſc. II. 26: *—barbari quidem et immanes ferro decertare acerrime poſſunt, ægrotare viriliter nequeunt; Græci autem non ſatis animoſi, prudentes, ut eſt captus hominum, ſatis, hoſtem adſpicere non poſſunt: idem morbos toleranter atque humane ferunt. At Cimbri et Celtiberi in præliis exſultant, lamentantur in morbo: nihil enim poteſt eſſe æquabile, quod non a certa ratione proficiſcatur.* Ergo cernitur in primis ratio in humaniter ferendo: cujus contrarium eſt εἰς βαρβαρικὰ πένθη παρεκτρέπεσθαι πέρα τοῦ φυσικοῦ καὶ μετρίου, ut loquitur Plutarchus hoc libro p. 114. D. At paſſiva notione eſt,

ferre quid ut rem humanam, mutabilem in utramque partem, quæ ex triſti in lætam, et contra, brevi tempore vertatur: hinc proverbium τὰ ἀνθρωπίνα ἀνθρωπίνως φέρειν: de quo dicemus p. 118. B. Ergo utraque vis etiam in ſimplici dicto ineſt: v. c. Cicero Attic. I. 2: *Sin aliter acciderit, humaniter feremus.* Huc pertinet De Senect. III: *moderati enim et nec difficiles, nec inhumani ſenes tolerabilem agunt ſenectutem.* Terentius Adelph. I. 2. 65: *vix humane patitur.*

102. A. παρειμένον] *afflictum, proſtratum, dejectum:* proprie *remiſſum, ſolutum.* Plutarchus Coriolano p. 225. B: τοῦ σώματος ἄφνω παρεθέντος, ἀκρατὴς γενέσθαι. Eumene p. 587. C: πληγεὶς δὲ περὶ τὸν τράχηλον, ἔπεσεν καὶ παρέθη. Euripides Suppl. 1069: καὶ δὴ παρεῖται σῶμα· ubi alia exempla adfert Marklandus et ante hunc Weſſelingius ad Diodor. Sic. T. I. p. 193. Dorvillius ad Chariton. p. 653. Similiter Plato Leg. XI. p. 682. G: παρειμένων γήρᾳ. Alexander Polyhiſtor ex Artapano apud Euſebium Præp. Evang. IX. p. 434. D: ὑπὸ τοῦ ὕπνου παρεθῆναι. Juncus apud Stobæum Florileg. Tit. CVI. p. 587: ἀνάπηρον καὶ παρειμένον τὸν γέροντα. p. 593: κεῖται γάρ που γήρᾳ παρειμένος.

102. A. Οὐδὲ γὰρ οἱ βέλτιστοι τῶν ἰατρῶν—πέψιν] Comparatio in hoc argumento uſitata. Cicero Tuſc. IV. 29. de ſua ipſe Conſolatione, *quodque vetat Chryſippus ad recentes quaſi tumores animi remedium adhibere, id nos fecimus, naturæque vim attulimus, ut magnitudini medicinæ doloris magnitudo concederet.* Princeps ſcholæ Zeno in ſimili re apud Diogenem Laert. VII. 17: Καὶ τῶν ἰατρῶν ἀκούω τῶν ἀγαθῶν κράτιστον εἶναι φάρμακον πρὸς τὰ φλεγμαίνοντα, ἡσυχίαν. Philemon ap. Stob. Tit. LXXXI. p. 341. Grot. Εὔκαιρος εἰς τὰ σπλάγχνα κολλητικὸς φίλων, Εὐψυχίαν παρέχει τῷ λυπουμένῳ. Ὡς σπλήνιον πρὸς ἕλκος οἰκείως τεθὲν τὴν φλεγμονὴν ἔπαυσεν, οὕτω καὶ λόγος. Seneca Conſolat. ad Marciam Cap. I. *Dolori tuo, dum recens ſæviret, ſciebam occurrendum non eſſe; ne illum ipſa ſolatia irritarent; nam in morbis quoque nihil eſt perniciosius quam immatura medicina.* Hierocles De Provid. p. 80. edit. Londin. 1673: Ὅτι Πλάτων ἐν τῷ τέλει τοῦ Τιμαίου φησὶ, περὶ σωματικῶν παθῶν διαλεγόμενος καὶ τῆς τούτων

θεραπείας, καθάρσεσι φαρμακευτικαῖς ἀπαγορεύει χρῆσθαι προχείρως, διὰ τὸ δεῖν περιμένειν τὴν κατὰ φύσιν τῶν νοσημάτων πέπανσιν, καὶ μὴ ταῖς βιαίοις ἐκτομαῖς πολλαπλάσια ταῦτα ἀπεργάζεσθαι. Platonis præceptum exſtat Timæo p. 551. D. Dion Chryſoſtomus Or. XXXII. p. 379. B. de levando luctu: ἕτερος δὲ αὖ τρόπος αὐλοῦ τε καὶ ᾠδῆς ἐν πένθεσιν—· ὥσπερ οἱ ἰατροὶ τὰ φλεγμαίνοντα τῶν ἑλκῶν ὑγραίνοντες καὶ μαλακοποιοῦντες ἀνώδυνα ἔθηκαν. In diſtinguendis duabus remedii formis ratio ſibi non ſatis conſtat: quomodo enim ἡ τῶν ἔξωθεν ἐπιχρίστων ἐπίθεσις non item eſt βοήθεια διὰ φαρμάκων, ſiquidem φάρμακον eſt totius generis nomen? Nil requirerem, ſi ſcriptum eſſet φαρμακειῶν: dicitur enim φαρμακεία, φαρμακεύειν, φαρμάκευσις, de remediis, quæ intus ad purgandum adhibentur, ut docet Fœſius Œcon. Hippocrat. p. 391. Poterat illa quæ ſupereſt difficultas, quomodo id, cui imponuntur ἔξωθεν ἐπίχριστα, per ſe ipſum πέψιν ac maturitatem accipiat: poterat, inquam, iſta difficultas ita dilui, ut tamquam ad eamdem formam pertinentia opponantur ταῖς φαρμακείαις, quippe intus adhibitis majoremque vim adferentibus. Hanc dicendi interpretandique rationem in aliis accurate ſcriptis Plutarchi libris non probem; in hoc, ut minus accurate et cum juvenili redundantia ſcripto, non ad vivum reſecem. Ἐπίχριστα vel χρίστα quæ ſint, ex ipſa diviſione τῶν φαρμάκων pervulgata illa intelligitur, quam paucis verbis Artemidori IV. 24. p. 215. χριστά, ἐπίπλαστα, βρωτά, ποτά, Hemſterhuſius ad Ariſtophanis Plut. 717. poſuit, attigitque Stanleius ad Æſchyl. Prom. 479: Valckenarius ad Eurip. Hippol. 516. Theocritum Id. XI. 2. Euripidis ex Inone ſervavit Stobæus p. 222. apud Muſgravium in Fragmentis poſitum T. III. p. 567: —μόχθος ἰατροῖς μέγας Τομαῖς ἀφαιρεῖν, ἢ ποτοῖς, ἢ φαρμάκοις Πασῶν μεγίστην τῶν ἐν ἀνθρώποις νόσων: ſcriptum a poeta cenſeam ἢ ποτοῖσι φαρμάκοις. Sed ἐπίχριστα quoque in δηλητηρίοις cenſet Scriptor Vitæ Homeri Plutarcho perperam adſcriptæ, CCXI. noſtræ editionis, p. 397. in Th. Galei Opuſculis: et Dion Chryſ. Or. LXXVIII. p. 663. A. Ex conſueta ratione in ſalutaribus ea numerat Porphyrius De Abſtin. I. 7. Jamblichus Vit. Pythag. §. 163. de ratione medica

Pythagoreorum: ἅψασθαι δὲ χριςῶν καὶ καταπλασμάτων ἐπὶ πλέον τὺς Πυθαγορέυς τῶν ἔμπροσθεν· τὰ δὲ περὶ τὰς φαρμακέιας ἧττον δοκιμάζειν: ubi χριςῶν recte corrigendum judicat, pro vulgato χρὴ, Kuſterus: cæteroquin animadvertendum τὰς φαρμακέιας hoc loco ſignificari, τὰ βρωτὰ et τὰ ποτά.

· 102. A. χρόνος ὁ πάντα πεπαίνειν εἰωθὼς] Aut a Poeta ſumſit, aut ad Poetæ exemplum formavit. Ab eodem fonte hauſiſſe videtur Achilles Tatius De Amoribus Clitophontis et Leucippæ V. 8. p. 424: χρόνος γὰρ λύπης φάρμακον, καὶ πεπαίνει τὰ τῆς ψυχῆς ἕλκη. Similia habet Stobæus Florileg. Tit. Παρηγορικὰ inſcripto: CXXIII. v. c. Philetæ: Ἀλλ' ὅτ' ἐπὶ χρόνος ἔλθῃ, ὃς ἐκ Διὸς ἄλγεα πέσσειν Ἔλλαχε, καὶ πενθέων φάρμακα μῦνος ἔχει. Diphili: Λύπης δὲ πάσης γίνετ' ἰατρὸς χρόνος. Menandri: Πάντων ἰατρὸς τῶν ἀναγκαίων κακῶν χρόνος ἐςίν· οὗτος καί σε νῦν ἰάσεται. Philippidæ: Ὁ κοινὸς ἰατρός σε θεραπεύσει χρόνος. Critiæ in Stob. Eclog. Phyſ. Cap. XI. p. 17: Ὁ χρόνος ἁπάσης ἐςὶν ὀργῆς φάρμακον: et aliorum ibidem. Philonis Judæi De Joſepho p. 527. E: τῶν τῆς ψυχῆς παθῶν ϗ νοσημάτων λέγεται εἶναι χρόνος ἰατρὸς, ἱκανὸς ϗ πένθος ἀνελεῖν, ϗ θυμὸν σβέσαι, καὶ φόβον θεραπεῦσαι. Color apparet Pindaricus, veluti in illo apud Plutarchum De Fortuna Alexandri II. p. 339. E. ὁ σιδάρεος ἐκεῖνος πεπαινόμενος: certe poetis placuit tralata notio: Euripidi Heraclid. 160. Meleagro Epigr. LV: —τί σοι τὸ πεπανθὲν Ἔρωτος Τραῦμα διὰ σπλάγχνων αὖτις ἀναφλέγεται. Proverbium de hac *Temporis medicina* frequens eſt, et habet Eraſmus p. 1237. De ejus comparatione cum λόγῳ videbimus alibi.

102. B. ψυχῆς γὰρ νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι—] Æſchyli in Prometheo Vincto 378: vertit Cicero Tuſc. III. 31: uterque videtur a Crantore ſumſiſſe: ſed Plutarchus ψυχῆς dedit pro ὀργῆς, ut eſt in Æſchyli dicto, ſententiam ad ſuam diſputationem immutans. Similes aliorum Scriptorum ſententias adtulit Daviſius: quibus addatur Iſocratea in Orat. De Pace p. 289: τῶν περὶ τὸ σῶμα νοσημάτων πολλαὶ θεραπεῖαι ϗ παντοδαπαὶ τοῖς ἰατροῖς εὕρηνται· ταῖς δὲ ψυχαῖς, ταῖς νοσούσαις ϗ γεμούσαις πονηρῶν ἐπιθυμιῶν, οὐδέν ἐςιν ἄλλο φάρμακον, πλὴν λόγος ὁ τολμῶν τοῖς ἁμαρτανομένοις ἐπιπλήττειν. Ergo

jam ante Plutarchum in hac admonitione ψυχῆς nomen celebre fuit.

102. B. ἀλλ' ἐπ' ἄλλῃ—] Diximus ad p. 69. D. ubi ſecundus et tertius verſus citantur: primi deficientem partem Gatakerus in Adverſ. Poſth. p. 487. explere voluit legendo, 'Αλλ' ἀλλ' ἐπ' ἄλλῃ—. Unus ex noſtris codicibus Venet. habet quid a cæteris diverſi, 'Αλλο δέ γ' ἐπ' ἄλλῃ—.

102. C. Πολλῶν γὰρ ὄντων ψυχικῶν παθῶν—] In Emendatione jam notavimus ſumta hæc eſſe ex Menandri aut Philemonis quadam fabula, eamdemque ſententiam exſtare apud Stobæum Floril. Tit. XCIX. Grotii p. 415. ſub nomine Philemonis: at in Geſneri editione Tit. XCVII. ſub nomine Menandri p. 537: fontem hunc Plutarcheæ orationis indicaſſe Th. Canterum V. L. I. 16. Locum in Græco contextu ſolutum metro reliquimus: quod ipſe verſus ſolviſſet Plutarchus ſuæque diſputationi accommodaſſet: quam rationem in hoc libro licentius quam in alio quoquam ſecutus eſt. Sed juvat ipſos apponere verſus:

Πολλῶν φύσει τοῖς πᾶσιν αἴτια κακῶν
Λύπη· διὰ λύπην καὶ μανία γὰρ γίνεται
Πολλοῖσι, καὶ νοσήματ' οὐκ ἰάσιμα·
Αὑτοὺς τ' ἀνῃρήκασι διὰ λύπην τινές·
'Επὰν τὸ λυποῦν πλεῖον ᾖ τὸ σῶζον ᾖ.

In Clerici editione inter Philemonis ſunt p. 354. Similia aliorum dicta exſtant in eodem Stobæi Titulo, quæ referre nil attinet. In ψυχικῶν omnes conſentiunt libri: poterat tamen Plutarchus exemplum preſſe ſequens φυσικῶν ſcribere: ſed omnia volebat ad ψυχὴν referre, ut item in Æſchyli dicto ὀργῆς in ψυχῆς mutavit.

102. C. Τὸ μὲν οὖν ἀλγεῖν—ἐφ' ἡμῖν] Teneo adhuc quod notavi, hæc item, ut proxima, eſſe Crantoris: ex eodemque plurima alia in hoc libro Plutarcheo exſtare, nulla facta mentione auctoris, documento eſt diverſitas rationis et orationis, et quidam antiquitatis color a reliqui libelli colore ita differens, ut ſubinde ſenſum meum moverit.

102. C. Οὐ γὰρ ἔγωγε συμφέρομαι—D. ψυχήν.] Hujus loci partem ex Crantore attulit Cicero Tuſc. III. 6. et, noſtra

quidem opinione, ita ut ea omitteret, quæ in Plutarcheis his plenius legimus: quæ quum eundem ac reliqua habitum et colorem habeant, Crantori item tribuenda, nec a Plutarcho de ſuo addita, ſed a Cicerone omiſſa, dicam. Eſt autem hujus hic locus: *Minime adſentior his, qui iſtam neſcio quam indolentiam magnopere laudant: quæ nec poteſt ulla eſſe nec debet. Ne ægrotaſſim: ſin quid fuerit, ſenſus adſit, ſive ſecetur quid, ſive avellatur a corpore: nam iſthoc, nihil dolere, non ſine magna mercede contingit, immanitatis in animo, ſtuporis in corpore.* Quod ad doctrinam attinet, ſimiliter plane præceperunt Epicurei, quorum ſententiam memorat Plutarchus in libro Adverſus Epicurum p. 1101. A: et Epictetus, quamvis Stoicus et ἀπαθείας patronus, ſi quidem hujus eſt effatum, quod Uptonus in Fragmentis poſuit p. 790. Appoſite Philo Jud. De Abrahamo p. 385. C. obitum uxoris ſapienter ferente, μήτε πλείω τοῦ μετρίου σφαδάζειν ὡς ἐπὶ καινοτάτῃ καὶ ἀγεννήτῳ συμφορᾷ, μήτε ἀπαθείᾳ καθάπερ μηδενὸς ὀδυνηροῦ συμβεβηκότος χρῆσθαι· τὸ δὲ μέσον πρὸ τῶν ἄκρων ἑλόμενον μετριοπαθεῖν πειρᾶσθαι, τῇ μὲν φύσει τὸ οἰκεῖον χρέος ἀπολαβούσῃ μὴ δυσχεραίνοντα, τὸ δὲ συμβεβηκὸς ἡσυχῇ καὶ πράως ἐπελαφρίζοντα. Formula Crantoris in memoria hæſit Plutarcho in Ageſilao ſcribenti p. 604. A: Οὐ γὰρ ἔγωγε συμφέρομαι τῷ Κορινθίῳ Δημαράτῳ—. Spectavit, quod illud μὴ γὰρ νοσοῖμεν, Mor. Opp. p. 501. A: διὸ παῖδες ἰατρῶν βούλονται μὲν μὴ νοσεῖν τὸν ἄνθρωπον, νοσοῦντα δὲ, μὴ ἀγνοεῖν ὅτι νοσεῖ. Vocabulum μισθὸς hunc habet uſum haud vulgaris elegantiæ, ut notet *pœnam, damnum*: v. c. in Plutarcho Sympoſ. VII. p. 705. C: τῆς ἀκολασίας τὸν μισθὸν ἐπιτίθησι. Euripide, ſupra citato loco p. 90. A. Hippolyti 1050. Μισθὸς γάρ ἐςιν οὗτος ἀνδρὶ ἀσεβεῖ· alibi. Cicero Epiſt. ad Diverſ. I. 9. 7: —*in moleſtia gaudeo, eam fidem (te) cognoſcere bominum non ita magna mercede, quam ego maximo dolore cognoram:* ubi hunc uſum notat eruditiſſimus Cortius. Sic Plautus aliique *pretium* dixerunt, quorum locos appoſuit Pareus in Lexico Plautino. Ἀποθηριοῦσθαι reſpondet Latino *efferari*, de morbis animi et corporis uſurpato: ſic Plutarchus Opp. Mor. p. 995. D. Polybius I. 81: notarunt alia Weſſelingius ad

Diodor. Sic. T. II. p. 166. et J. Uptonus in Indice Epictеti.

102. E. τῇ διανομῇ τῶν πραγμάτων—ἕπεσθαι]. Διανομὴ, *diſtributio*, dicitur etiam de adminiſtratione ſummi imperantis, certe ſuperioris, ſuum cuique tribuentis ſuo ipſius judicio; et hoc loco ſignificatur *divina gubernatio rerum humanarum*: ſic eſt *patris in affectu erga natos* in Plutarchi Quæſt. Plat. p. 1000. A: *legiſlatoris* apud Platonem Leg. I. p. 565. B: Philonem Jud. De Decalogo p. 746. A: χρησομένυς εὐθὺς ταῖς τῶν δικαίων παρασκευαῖς, ἐφ' ὁμονοίᾳ καὶ κοινωνίᾳ ϰ διανομῃ τῶν ἐπιβαλλόντων ἑκάστοις: et νέμειν deus dicitur, v. c. Euripidi Electr. 116: Νέμει τοι δίκαν θεὸς, ὅταν τύχῃ: quo in officio ἕπεσθαι eorum eſt, qui *gubernationi obſequuntur*, indeque celebratum præceptum ἕπεσθαι τῷ θεῷ, quod notavimus ad librum De Sera Num. Vind. p. 27.

102. F. Μηδ' εὐτύχημα μηδὲν—] Grotius Excerpt. p. 463. hinc retulit inter *Incertorum* Tragicorum Excerpta. Euripidis eſſe, et color arguit, et judicavit Valckenarius ad Phœniſſ. ver. 393. et 927. ubi 'Αλλ' αὐτὸς mutandum cenſet in 'Αλλ' ὡὗτος. In αἰεὶ eſt varietas codicum: A. E. Venet. Exempl. Turneb. dant αὐτός: N. αὐτῷ. Aldina vitioſe ἀεὶ, quod Jannotus mutavit in αἰεί.

p. 103. A. τῆς γὰρ εὐλογιστίας—γενναίαν.] Voſſ. et Periz. perperam εὐλογίας. Eſt enim εὐλογιστία virtutis nomen in philoſophia frequentatum. Definitio ejus eſt in Stobæi Epitome Ethicæ Stoicorum, ſed mire corrupta, p. 168. Edit. Canteri: et T. II. p. 106. Ed. Heerenii: Εὐλογιστίαν δὲ (φασὶν) εἶναι ἐπιστήμην ἀνταναιρετικὴν ϰ μὴ κεφαλαιωτικὴν τῶν γιγνομένων ϰ ἀποτελυμένων: nil abſurdius: legendum —ἐπιστήμην ἅμα διαιρετικὴν ϰ ἀνακεφαλαιωτικὴν—: *ſcientia dividendi et colligendi numerum rerum, quæ debent fieri et efficiuntur*: eſt enim a λογίζεσθαι, *computando*, quod continetur duplici univerſe officio, τῷ διαιρεῖν καὶ τῷ ἀνακεφαλαιοῦν, *dividendo et colligendo*. Diogenes Laertius, cujus eſt minus diligenter vel facta vel curata Epitome, eam omittit VII. 93. in diſtributione φρονήσεως, cui illa ſubjecta eſt: et Cicero prudentiæ partes recenſens Off. I. 6. εὐλογιστίαν univerſe in illa complectitur, nec ad Stoicæ rationis ſubtilitatem eam

enucleat: quamquam Stoicæ rationis erat rem ex verbi origine definire, ἐτυμολογεῖν, cujuſmodi eſt Stobæi definitio: igitur hoc munus εὐλογιστίας eleganter alio loco in diſtributione partium *Juſtitiæ* recenſet Off. I. 18: —*conſuetudo exercitatioque capienda, ut boni ratiocinatores officiorum eſſe poſſimus, et addendo deducendoque videre, quæ reliqui ſumma fiat: ex quo quantum cuique debeatur, intelligas:* quod plane Stoicum eſt præceptum apud M. Antonin. III. 1: τοὺς τοῦ καθήκοντος ἀριθμοὺς ἀκριβοῦν. In Stobæo etiam animadvertenda vis verbi γιγνομένων, *eorum, quæ ſolent ac debent fieri,* quam notavimus ad p. 86. A. Cæterum in Stoica ratione maximum eſt munus εὐλογιστίας in adeptione ſummi boni, quæ continetur τῷ εὐλογιστεῖν ἐν ταῖς κατὰ φύσιν ἐκλογαῖς, ut eſt apud Plutarchum Adv. Stoicos p. 1071. 1072. C. ſeq. Diogenem Laert. VII. 88. Ciceronem Fin. III. 9: *relinquitur, ut ſummum bonum ſit, vivere ſcientiam adbibentem earum rerum, quæ natura eveniant:* (i. e. τῶν γιγνομένων φύσει·) *ſeligentem quæ ſecundum naturam, et quæ contra naturam ſint, rejicientem, id eſt, convenienter congruenterque naturæ vivere.* Epictetus Diſſ. IV. 3. ubi de hoc argumento quædam notavit Uptonus, ut Menagius ad Diog. Laert. l. l. Sed etiam extra ſcholæ umbram ad res in vitæ luce tractandas, ut præceptum, ita vocabulum adhibetur: unde reſtituendus locus Plutarchi in Vita Gracchorum de matre eorum Cornelia narrantis: p. 843. D, E: ἔδοξεν ἐνίοις ἔχνους ὑπὸ γήρως ἢ μεγέθους κακῶν γεγονέναι, καὶ τῶν ἀτυχημάτων ἀναίσθητος· αὐτοῖς ὡς ἀληθῶς ἀναισθήτοις οὖσιν ὅσον ἐξ εὐφυΐας καὶ τοῦ γεγονέναι καὶ τεθράφθαι καλῶς ὄφελός ἐστι πρὸς ἀλυπίαν ἀνθρώποις, καὶ ὅτι τῆς ἀρετῆς ἡ τύχη φυλαττομένης μὲν τὰ κακὰ πολλάκις περίεστιν, ἐν δὲ τῷ πταῖσαι τὸ φέρειν εὐλογίστως οὐ παραιρεῖται: vulgo editur —φυλαττομένοις μὲν τὰ καλὰ—παραιτεῖται. Simile eſt effatum in Vita Othonis p. 1072. E: τὰ γὰρ ἄλλα κοινὴν ἡ τύχη παρέχουσα ἑαυτὴν, ἓν οὐκ ἀφαιρεῖται τῶν ἀγαθῶν, τὸ, κἂν πταίσωσιν, εὐλογιστεῖν πρὸς τὰ συντυγχάνοντα. Sic mox in Menandri admonitione p. 103. D: ex noſtra lectione, λογιστέον τόδε κεφάλαιον τῶν λόγων, ἄνθρωπος εἶ· ubi videatur noſtra annotatio. Congruunt aliorum monita: v. c. Pittaci apud Diogenem Laert. I. 78:

ἔλεγέ τε, συνετῶν ἀνδρῶν εἶναι, πρὶν γενέσθαι τὰ δυσχερῆ, προνοῆσαι ὅπως μὴ γένηται· ἀνδρείων δὲ, γενόμενα εὖ θέσθαι: quod in Scoliis retulit Brunckius Analect. T. I. p. 154. Philemoni apud Stob. Tit. CVI. p. 570: Ὁ ποιῶν δ' ἐλάχιστον τὸ γεγενημένον κακὸν, Ἀμφότερον οὗτος εὐτυχεῖ τε καὶ φρονεῖ: ita κακὸν aſſumimus ex emendatione Bentleii p. 129. ἐλάχιστον retinemus, et propter ſententiae rationem, et quod non Atticum videtur ποιεῖν τι ἐλαχίστου, *facere quid minimi*, ſed ποιεῖσθαι requirit haec ſignificatio. Ariſtidis T. I. p. 394: τὸ μέλλον ἄδηλον ἅπασιν ἀνθρώποις·—ἔστι δ' εὖ φρονούντων, ἐπ' ἀμφότερ' ἐξετάζοντας, οὕτω τίθεσθαι πρὸς τὸ συμβαῖνον.

103. A. Καὶ γὰρ περὶ τἀγαθὸν—χρηστέον] Habet Stobaeus Florileg. Tit. III. p. 39. inter alios locos Plutarcheos, non tamen addita huic loco libri nota.

103. B. Οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ] Euripidis ex Stheneboea, prologi initium, monuit Scholiaſtes Ariſtophanis ad Ranas 1048. ubi hoc Tragici dictum a Comico traducitur. Sine auctoris nomine apponit Ariſtoteles Rhet. II. 22. 1. proximum, interjecta alia ſententia, ſubjiciens: καὶ τὸ, Οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ· καὶ τὸ, Οὐκ ἔστιν ἀνδρῶν ὅστις ἔστ' ἐλεύθερος· Γνώμη· πρὸς δὲ τὸ ἐχομένῳ Ἐνθύμημα· Ἢ χρημάτων γὰρ δοῦλός ἐστιν ἢ τύχης. Alia exſtant ſimilia Euripidis dicta et forma et ſententia: v. c. apud Stobaeum Floril. Tit. CIII. p. 562. deinceps: ex Andromeda, Οὐκ ἔστιν, ὅστις εὐτυχὴς ἔφυ βροτῶν—: ex Alexandra, Ὦ ὅστις ἀνδρῶν εἰς ἅπαντ' εὐδαιμονεῖ. Idem dictum alii ad parodiam adhibuerunt Comici: v. c. Nicoſtratus ap. Stob ibid. p. 563. Οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ. Νὴ τὴν Ἀθηνᾶν, συντόμως γε, φίλτατε Εὐριπίδη, τὸν βίον ἔθηκας εἰς στίχον Philippides ap. eumdem Tit. CVI. p. 568: Ὅταν ἀτυχεῖ σοι συμπέσῃ τι, δέσποτα, Εὐριπίδου μνήσθητι, καὶ ῥᾴων ἔσῃ· Οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ· Εἶναι δ' ὑπόλαβε καί σε τῶν πολλῶν ἕνα. Grotius in Floril. p. 449. haec continuat cum loco proximo Euripidis ex Hypſipyla Ἔφυ μὲν οὐδεὶς ὅστις οὐ πονεῖ βροτῶν, quaſi et haec Philippidis eſſent: de quibus nos agemus ad p. 110. F.

103. B. Τό τοι χρέων οὐκ ἔστι μὴ χρέων ποιεῖν] Grotius hinc ut videtur, retulit in Excerptis Incertorum Tragicorum

p. 463. vertens, *Quod oportet, id ne tale ſit, nequit effici.* Forma Euripidem prodit: hujuſmodi antitheſis eſt in Bacchis 515: —ὅ, τι γὰρ μὴ χρεὼν, ὅτι χρεὼν παθεῖν. Melanippe Fragm. XII: Τὴν μοῖραν εἰς τὸ μὴ χρεὼν παραστρέφειν. Temenid. XV: Τοῖς πᾶσι ἀνθρώποισι κατθανεῖν μένει· Κοινὸν δ' ἔχοντες αὐτὸ, κοινὰ πάσχομεν Πάντες· τὸ γὰρ χρεὼν μεῖζον ἢ τὸ μὴ χρεών.

103. B. Οὐκ ἐπὶ πᾶσι σ' ἐφύτευσε—] Euripidis in Iphig. Aulid. 21: notavimus citatum idem dictum p. 33. E.

103. C. ὑπὸ τοῦ Μενάνδρου.] Fragmentum uno hoc loco ſervatum: nam novem priores verſus, qui leguntur in libello ſpurio De Nobilitate ed. noſtræ p. 639. a compilatore ex hoc loco ſumti, cujus in exemplo Græco, unde Wolfius iſtum libellum edidit, omiſſi erant citati aliorum auctorum loci, indeque ex illorum editionibus Græce appoſiti ſunt a Wolfio: quo ex numero etiam hic locus eſt. Grotius retulit in Excerpt. p. 751. Clericus in Fragm. Menandr. p. 259. Quod verſu nono volui, vitioſe expreſſum eſt in Emendatione: volui Οἰστέον ἄμεινον ταῦτα, καὶ λογιστέον Τόδε κεφάλαιον τῶν λόγων, ἄνθρωπος εἶ· *Rectius hæc ferenda ſunt, et ſubducenda rationum hæc ſumma, "homo "es:"* ſummæ hanc formulam interpretor, *homo es.* Ratio noſtra proficiſcitur ex iis quæ de εὐλογιστίᾳ diximus ad p. 103. A. Ultimo verſu, malui Ὡς' ἀνάμεσόν που καὶ σὺ τῶν λοιπῶν φέρε· *Ita ut tu medio quodam fortunæ loco inter reliquos homines verſeris.* Ἀνάμεσον, *mediocri forte*, item ſcribitur ἀνὰ μέσον, qua de diverſitate notavit quædam H. Stephanus Theſ. Gr. L. T. II. p. 890. D. Grammaticus Sangermanenſis in gloſſis ex Antiphane, a Ruhnkenio impertitis Koppieſſio, et ab hoc in Obſervat. Philol. libello poſitis, p. 7. ἀνὰ μέσον· ἀντὶ τοῦ ἐν μέσῳ· Ἀντιφάνης Ἀδωνίδι· in codice erat Ἀνλιφῶν, recte correctum a Ruhnkenio. Chryſippus apud Plutarchum Opp. Mor. p. 1042. B. C. et 1064. E. ἀνὰ μέσον. Porphyr. Abſtin. II. 36. pro ἀνὰ μέσον rectius e Cyrillo legatur ἀνεμέσητον. Denique elegans eſt uſus verbi φέρεσθαι, *aliqua in conditione eſſe, ſive bona, ſive mala.* Sic εὖ φέρεσθαι, κακῶς φέρεσθαι, et ſimilia. Plutarch. Mor. Opp. p. 68. D. Vitarum p. 535. B. 580.

B. 197. E. Weſſelingius ad Diodor. Sic. T. I. p. 600. Morus Indice ad Xenophontis Hellenica.

103. D. διὰ τὴν ἀφροσύνην] Demoſthenes Adv. Leptinem p. 382. C: Ἀλλ' οἶμαι τὸ μέλλον ἄδηλον πᾶσιν ἀνθρώποις· καὶ μικροὶ καιροὶ μεγάλων πραγμάτων αἴτιοι γίνονται· διὸ δεῖ μετριάζειν ἐν ταῖς εὐπραξίαις καὶ προορωμένους τὸ μέλλον φαίνεσθαι. Egregia fertur L. Æmilii Pauli, victo Perſeo, familiares admonentis oratio, apud Plutarchum in illius Vita p. 269. plane loco præſenti congruens, ſed longior quam quæ hic apponatur: brevius relata Livio XLV. 8: *Exemplum inſigne cernitis mutationis rerum bumanarum. Vobis boc præcipue dico, juvenes. Ideo in ſecundis rebus nibil in quemquam ſuperbe ac violenter conſulere decet, nec præſenti credere fortunæ; quum quid veſper ferat, incertum ſit. Is demum vir erit, cujus animum nec proſpera flatu ſuo efferet, nec adverſa infringet.* Haud minus graviter Philo Judæus De Vita Moſis I. p. 607. B: οἱ μὲν οὖν πολλοὶ, κἂν αὐτὸ μόνον αὔρα βραχεῖά τινος εὐτυχίας προσπέσῃ, φυσῶσι καὶ πνέουσι μεγάλα, καταλαζονευόμενοι τῶν ἀφανεστέρων, καθάρματα καὶ παρενοχλήματα καὶ γῆς ἄχθη καὶ ὅσα τοιαῦτα ἀποκαλοῦσιν, ὥσπερ τὸ ἀκλινὲς τῆς εὐπραγίας ἐν βεβαίῳ παρ' αὐτοῖς σφραγισάμενοι, μηδὲ μέχρι τῆς ὑστεραίας ἴσως διαμενοῦντες ἐν ὁμοίῳ· τύχης γὰρ ἀσταθμητότερον οὐδὲν, ἄνω καὶ κάτω τὰ ἀνθρώπεια πεττευούσης, ἣ μιᾷ πολλάκις ἡμέρᾳ τὸν μὲν ὑψηλὸν καθαιρεῖ, τὸν δὲ ταπεινὸν μετέωρον ἐξαίρει, (ſic legend.) καὶ ταῦτα ὁρῶντες ἀεὶ γινόμενα, καὶ σαφῶς εἰδότες, ὅμως ὑπερόπται μὲν ἐκείνων καὶ φίλων εἰσὶ, νόμους δὲ παραβαίνουσι, καθ' οὓς ἐγεννήθησαν καὶ ἐτράφησαν, ἤθη δὲ πάτρια, οἷς μέμψις οὐδεμία πρόσεστι δικαία, κινοῦσιν ἐκδεδιῃτημένοι—. Ariſtides T. II. p. 258: ὥστε, οὔτ' εἴ τις ῥώμῃ σώματος ἢ μεγέθει προφέρειν δοκεῖ, οὔτ' εἴ τις ἵππους ἀρίστους κέκτηται, οὔτ' εἰ ταχὺς αὐτὸς ἢ καλὸς, οὐδὲν αὐτῷ τούτων κύριον, ἂν μὴ δοκῇ τοῖς κρείττοσιν· εἰ φίλοις ἰσχύεις, εἰ χρήμασιν, εἰ δόξαν ἔχεις ἐν τῇ πόλει, μηδενὶ τούτων ἐπαρθῇς, μηδὲ μεῖζον φρονήσῃς τῆς ἐξουσίας· εἰ πάντων κρατήσῃς, ἡττήσῃ τῆς τύχης. Conferantur notata ad p. 103. A.

103. F. Τροχοῦ περιστείχοντος—] Hac una Plutarchi commemoratione vel ſervatum vel cognitum effatum eſt Tragici cujuſdam indeque a Grotio poſitum in Excerptis Incertorum Tragicorum p. 463: animadverſum quoque et

cum ſimilibus multis ad eamdem comparationem dictis Veterum relatum a Gatakero ad Marc. Antonin. IX. 28. p. 275. Huc pertinet Democriti diſputatio in Epiſtola Hippocratis XX. T. I. p. 23. A. Edit. Charterianæ, quæ in hac ipſa comparatione vitium invexit, ex Aldina corrigendum: *νῦν δ' ὡς ἐπ' ἀεηρόσι τοῖς ἐν τῷ βίῳ φρενοβλαβέες τετύφωνται* (Charter. *τετύφλωνται*) *ἀσυλλογίςῳ διανοίῃ τῆς ἀτάκτου φορῆς ἀδίδακτοι· νουθεσίη γὰρ αὐτάρκης ὑπῆρχεν ἡ τῶν συμβάντων μεταβολὴ ὀξείῃσι τροπῇσιν ἐμπίπτουσα, αἰφνίδιον, τροχηλασίην παντοίην ἑλίσσουσα*: pro ultimo vocabulo Charteriana dat *ἐννοοῦσα* vitioſe: quod, ſi ex ſcriptis libris venerit, aliam veterem lectionem prodere videatur *ἐνδινέουσα*, vel *ἐνδονέουσα*.

103. F. *Κράτιςον δὲ πρὸς ἀλυπίαν φάρμακον λόγος*] Menandri fertur in edit. Clerici p. 277. *Λύπης ἰατρός ἐςιν ἀνθρώποις λόγος· ψυχῆς γὰρ οὗτος ἔχει τὰ ἰάματα· Λέγουσι δ' αὐτὸν οἱ πάλαι σοφώτατοι, Ἀςεῖον εἶναι φάρμακον.* Ut vetus monitum jam Euripides poſuerat, cujus habet Stobæus indeque retulit Muſgravius in Incertis Fragm. LIX. *Καὶ τῶν παλαιῶν πολλ' ἔπη καλῶς ἔχει· Λόγος γὰρ ἐσθλὸς φάρμακον φόβου βροτοῖς.* LXXV: *Οὐκ ἔςι λύπης ἄλλο φάρμακον, βροτοῖς, Ὡς ἀνδρὸς ἐσθλοῦ καὶ φίλου παραίνεσις.* Similia expromſit Lindenbrogius in Var. Quæſt. apud Fabricium Bibl. Gr. Vol. XIII. p. 594. Conjuncta hæc ſunt cum præcepto Æſchyli, quod ſupra tractavimus, p. 102. B. Infra ad p. 112. C. 115. A. *λόγον* et *χρόνον*, ut *φάρμακα ἀλυπίας*, comparari videbimus.

103. F—104. A. *Χρὴ γὰρ οὐ μόνον—ὑπαλύξαι*] Hæc poetico tincta ſunt colore, ex compluribus ducto fontibus: citationis etiam indicium eſt vocula *ὄντως*, de qua diximus p. 95. C. Euripidea ſunt ſimilia in Heraclid. 866: *ἡ δὲ νῦν τύχη Βροτοῖς ἅπασι λαμπρὰ κηρύσσει μαθεῖν, Τὸν εὐτυχοῦντα μὴ ζηλοῦν πρὶν ἂν Θανόντ' ἴδῃ τις, ὡς ἐφήμεροι τύχαι*: et rarius illud vocabulum *σύγκληρος* eſt ibidem verſu 32: Iamborum veſtigia apparent *—ἐφήμερ' ἐςὶ σώματα, Θνηταὶ τυχαί τε καὶ πάθη καὶ πάνθ' ἁπλῶς*: ſed, ut a Poeta hæc dicta ſint, ita hac verborum collocatione dicta eſſe, affirmare temerarium; quamquam frequens iſta in criticam agentibus reperitur temeritas. Ultimam dictionem a proſa diſtinximus, ut partem Homerici verſus Il. M. 326: *—κῆρες ἐφεςᾶσιν θα-*

νάτοιο Μυρίαι, ἃς οὐκ ἔςι φυγεῖν βροτὸν οὐδ᾽ ὑπαλύξαι. Ad eamdem admonitionem pertinet Dion Chryſ. Orat. XVI. p. 245. ſeq.

104. A. Ταρτάρου—ἀνάγκαις] Præmiſſum huic dicto 'Αλλὰ potius Plutarchi, quam Pindari, eſſe putem. Dictum, hac una mentione cognitum, opportune Schneiderus in Fragm. Pind. p. 72. comparat cum Æſchyli dicto in Prometheo 1050: ἔς τε κελαινὸν Τάρταρον ἄρδην ῥίψειε δέμας Τοὐμὸν ἀνάγκης ςεῤῥαῖς δίναις. In Pindari verbo πιέζεις offendit quid perſona, ſiquidem ſententia tertiam poſtulare videtur, neque ad hominem dici poteſt, *Tu tartari fundum premis dira neceſſitate.* Unus, ſed optimus, codex B. huic difficultati medetur præbens —πυθμὴν πιέζει σ᾽ ἀφανοῦς: cæteri ſecundam perſonam retinentes quidem, tamen diſſentiunt: A. E. Voſſ. πτίξεις: N. πτήξεις: Venet. πλέξεις: T. πίξις: Mez. ἴσως πιέσεις. De elegantia nominis σφυρήλατος monuimus. Cæterum ab hujus exemplo partem imaginis ductam putem, qua Neceſſitatem, id eſt, Fatum informat Horatius Carm. III. 24. 5: *Si figit adamantinos Summis verticibus dira Neceſſitas Clavos; non animum metu, Non mortis laqueis expedies caput.* Probamus Bentleii rationem pro *Si* legentis *Sic*, et in parentheſi accipientis *Sic figit—clavos.* Cæterum *adamantini clavi* ſunt *tartarei*; qua de notione docuerunt interpretes ad Theocritum Id. II. 34. et Propertium IV. 11. 6: *Non exorato ſtant adamante viæ.* Et cogitavit morem veterem clavi a Dictatore figendi, qui vim fati ſiſteret: cujuſmodi eſt alia imago Carm. I. 35. ad Fortunam: *Te ſemper anteit ſæva Neceſſitas, Clavos trabales et cuneos manu Geſtans abena; nec ſeverus Uncus abeſt, liquidumque plumbum.*

104. A. 'Ο δ᾽ ὄλβος—] Euripidis Phœniſſ. 561. ubi Valckenarii animadverſioni adhibeatur alia ejuſdem animadverſio in Diatribe ad Fragm. p. 177. Eumdem verſum ſpectat Plutarchus De Animi Tranq. p. 474. D.

104. A. Μικρότατα τὰ σφάλλοντα] Varietatem codicum hanc habemus: Μικρότατα σφάλονται Ald. Baſ. Μικρότατα σφάλλονται A. B. C. D. E. N. Voſſ. Periz. Μικρότατα σφάλλοντα Venet. Μικρότατον σφάλλονται Z. Μικρὰ τὰ σφάλλοντα

Xyl. Adhibuit Philo Jud. De Somniis I. p. 588. C: ἡ μία γὰρ, ὥς ἔφη τις, ἡμέρα τὸν μὲν καθεῖλεν ὑψόθεν, τὸν δ' ἦρεν ἄνω. De Immutabilit. Dei p. 318. A: μία ἡμέρα τὴν πολλὴν καὶ μεγάλην βασιλείαν αὐτῶν καθεῖλε. Eamdem ſententiam variavit De Joſepho p. 545. A: μιᾷ ἡμέρᾳ πλοῦτοι μεγάλοι πολλάκις ἀπεῤῥύησαν. Eſt Euripidis ex Inone, de eodemque expoſuit Valckenarius l. l. qui ſimilia notat ad Phœniſſ. 1683. Conferatur et Menandreum p. 82. edit. Clerici.

104. A. βέλτιον δ' ἂν εἶχεν ὂν—] Ratio conſtructionis requirebat Infinitivum ſine ὂν ita: βέλτιον δ' ἂν ἔχειν, *rectius autem ſe habiturum fuiſſe*; niſi quis accipiat converſionem orationis ex obliqua in rectam, de qua diximus ad librum De Sera Num. Vind. p. 567. F: quam tamen hoc loco minus probem. B. et Z. pro ὂν dant ἂν, quod minus probem, licet duplex ἂν ſubinde nobis apud Atticos occurrat.

104. A. εἰ μὴ μίαν ἡμέραν ἀλλὰ στιγμὴν εἶπε χρόνου] Demetrii Phalerei ſententiam ſpectaſſe videtur Seneca Epiſt. XCI. p. 326: *Longam moram dedit malis properantibus, qui diem dixit: hora momentumque temporis evertendis imperiis ſuffecere*: ubi et Pincianus et Lipſius hunc Plutarchi locum memorarunt. Στιγμὴ χρόνου fuit ſupra animadverſionis noſtræ argumentum p. 13. A.

104. B. Κυκλὸς γὰρ αὐτὸς—] Euripidis ex Inone, quod nomen Grotius in Florileg. Stob. p. 434. appoſuit, quum in Geſneri editione p. 561. ſit *Euripidis ex Œneo*: tractavit Valckenarius Diatrib. p. 6. Cum Epicharmeis contulit Caſaub. ad Diog. Laert. III. 10.

104. B. Ὁ δὲ Πίνδαρος—] Pyth. VIII. 135. Pertinet huc Ariſtides T. II. p. 37: τὸ τοῦ μορίου εἴδωλον, σκιᾶς ὄναρ εἰς ἔλεγχον, κατὰ Πίνδαρον, γίγνεται. Damaſcius apud Suidam voc. Σκιὰ ὀνείρων. Ὅταν ἀντὶ πραγμάτων γεγενημένων εἴδωλα ἄττα συγγραφώμεθα, σκιὰν ὀνείρων, κατὰ Πίνδαρον. Euſtathius Iliad. I. p. 757: Σοφοκλῆς· τἄλλα ἐγὼ καπνοῦ σκιᾶς οὐκ ἂν πριαίμην· Ὃ δοκεῖ ἐκ Πινδαρικοῦ παρέξεσθαι (forte παράξασθαι) τοῦ Σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωπος. Sophoclis dictum exſtat in Antigone 1170. Simile ejuſdem ap. Stobæum Florileg. Grot.

p. 409: Ἄνθρωπός ἐστι πνεῦμα καὶ σκιὰ μόνον. Ajace 126. Æſchyli: Τὸ γὰρ βρότειον σπέρμ᾽ ἐφημέρια φρονεῖ, Καὶ πιστὸν οὐδὲν μᾶλλον ἢ καπνοῦ σκιά.

104. B. ἐκφαντικῶς] ἐμφαντικῶς A. E. Z. Voſſ. T. qua forma Plutarchus alibi utitur Quæſt. Plat. p. 1010. B. Arato p. 1042. C: Τιμάνθης ὁ ζωγράφος ἐποίησεν ἐμφαντικῶς τῇ διαθέσει τὴν μάχην ἔχουσαν. Alterum habet is qui fertur Ariſtobulus in Euſeb. Præp. Evang. VIII. p. 378. A: τῇ τοῦ πυρὸς ἀστραπηδὸν ἐκφάνσει·—διὰ τὸ τοὺς συνορῶντας ἐκφαντικῶς ἕκαστα καταλαμβάνειν. Confuſio frequens in his compoſitis: notio aliquid differt: ἐμφαίνειν eſt omnino quid *ſignificare, clarum et notum facere*: ἐκφαίνειν, *rem ex occulto ad lucem proferre.*

104. B. Κράντωρ—] Ex hac una mentione novimus Hippoclem, ad eumque de filii morte conſolandum a Crantore nobilem illam Conſolationem ſcriptam fuiſſe. Locus hic quouſque pertineat, non ſatis apparet. Stephanus quidem aſteriſcis eum notans terminavit in verbo ἔρπει. At proxima deinceps eamdem orationis formam habent, et ad Crantoris locum referri debent: certe uſque ad πεπόνθαμεν. Nec ſequentia quin Crantori tribuantur cauſſa ſatis idonea eſt in Theophraſti et Homeri commemoratione. Nam et illius mentionem fecit, ut narrat Diogenes Laertius IV. 27. καὶ τὰς Θεοφράστου θέσεις ἐστρέφω γεγράφθαι εἶπεν· θαυμάζεται δὲ αὐτοῦ μάλιστα βιβλίον τὸ περὶ πένθους: et in primis Homerum et Euripidem in deliciis habuit: ibid. 26: ἐθαύμαζε δὲ ὁ Κράντωρ πάντων δὴ μᾶλλον Ὅμηρον καὶ Εὐριπίδην—: horum ergo dicta et in Conſolatione frequentiſſima exſtitiſſe, indeque magnam partem a Plutarcho in ſuam Conſolationem traducta eſſe credibile eſt. De cognata homini labe notavimus ad Ser. Num. Vind. p. 551. D.

104. D. Θεόφραστος] Videtur in ejus *Calliſthene*, ἢ περὶ πένθους, fuiſſe.

104. D. ὁ θεῖος Ὅμηρος] Periz. non habet ὁ θεῖος. Dictio exſtat Odyſſ. Σ. 129. Similis ad ſententiam Iliad. P. 446.

104. E. Τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν—] Odyſſ. Σ. 135.

104. E. Τυδεΐδη μεγάθυμε—] Iliad. Z. 145. γενεὴν, in Homericis exemplis vulgatum, præbent ex noſtris libris

B. Z. Venet. Voſſ. T. V. Pol. Jannot. Anon. Xyl. Mez.

104. F. —*βροτῶν δ' ἕνεκα πτολεμίζειν*] Iliad. Φ. 463.

p. 105. A. *Σιμωνίδης*—] Eamdem rem prodit Ælianus Var. Hiſt. IX. 41. ex eodem fonte, aut ex ipſo Plutarcho, quem ſolet diſſimulato nomine deſcribere: ſed huic narrationi addens hiſtoriolam vel de ſuo, vel aliunde acceptam, certe fictam et aſſutam ex nobili illo Crœſi caſu et colloquio cum Solone apud Herodotum I. 30—36. 86. Sed juvat ipſum illum audire narrantem: *Ἔν τινι, φασὶ, συνδείπνῳ παρῆν Σιμωνίδης ὁ Κεῖος καὶ Παυσανίας ὁ Λακεδαιμόνιος. Προσέταξεν οὖν ὁ Παυσανίας τῷ Σιμωνίδῃ σοφόν τι εἰπεῖν. Ὁ δὲ γελάσας ὁ Κεῖος, Μέμνησο, εἶπεν, ἄνθρωπος ὤν. Τοῦτο παραχρῆμα μὲν ἐξεφαύλισε Παυσανίας καὶ παρ' οὐδὲν ἔθετο, ὑποτυφόμενος ἤδη εἰς τὸν τοῦ μηδίζειν ἔρωτα, καὶ μεγαλοφρονῶν ἐπὶ τῇ πρὸς Βασιλέα ξενίᾳ, ἴσως δὲ καὶ ὑπὸ τοῦ οἴνου παραφερόμενος. Ἐπεὶ δὲ ἦν πρὸς τῇ Χαλκιοίκῳ καὶ διεπάλαιε τῷ λιμῷ, καὶ ἔμελλεν ἀποθνήσκειν ἀνθρώπων ἀλγεινότατα, ἀλλὰ τηνικαῦτα ἐμνήσθη τοῦ Σιμωνίδου, καὶ ἐξεβόησεν εἰς τρὶς, ὦ ξένε Κεῖε, μέγα τι ἄρα χρῆμα ἦν ὁ λόγος σου, ἐγὼ δὲ ὑπ' ἀνοίας οὐδὲν αὐτὸν ᾤμην εἶναι.* Simonidem cum Pauſania etiam degiſſe familiariter prodit Plato Epiſt. II. p. 706. C. *Βασιλεὺς* dicitur, licet non ipſe fuerit Rex, ſed regis pueri tutor: et ita Thucydides I. 107. ubi hanc appellationis rationem attigit Dukerus. Aut Simonidis exemplo, aut ipſa monente rei natura, Philippus Macedo quotidie a ſervo, cui hoc mandaverat, moneri volebat, *ſe hominem eſſe*; ut quidem prodit Ælianus Var. Hiſt. VIII. 15; et proxima nota animadvertimus. Atque Romanis fuit inſtitutum, triumphanti imperatori acclamare, *meminiſſet ſe hominem eſſe*: de quo Epictetus Diſſ. III. 24: —*ἀντίσπασον, κώλυσον, οἷον οἱ τοῖς θριαμβεύουσιν ἐφεστῶτες ὄπισθεν, καὶ ὑπομιμνήσκοντες ὅτι ἄνθρωποί εἰσι*: ad quem locum plura de hoc more annotat J. Uptonus p. 221.

105. A. *ἐπαγγεῖλαι*] Rectius videtur quod dant N. Voſſ. Periz. *ἀπαγγεῖλαι*, id eſt, *narrare, pronunciare, recitare*: *ἐπαγγέλλειν* eſt *inſuper nuntiare, denunciare*, minus huic loco aptum. Repetatur annotatio noſtra ad p. 42. E.

105. A. *Φίλιππος δ' ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς,*—] Idem

narrat Plutarchus in Vita Alexandri p. 666. A: Apophthegm. p. 177. C. exigua varietate. Simile narrat de ejus moderatione in victoria Chæronenſi Ælianus Var. Hiſt. VIII. 15. quem deſcripſit Stobæus Floril. p. 176. idem aliis ejuſdem referens Tit. XLIV. p. 326: Φίλιππος ὁ βασιλεὺς ἔλεγε· Δεῖν τὸν βασιλέα μνημονεύειν ὅτι ἄνθρωπος ὢν ἐξουσίαν εἴληφεν ἰσόθεον· ἵνα προαιρῆται καλὰ μὲν καὶ θεῖα, φωνῇ δὲ ἀνθρωπίνῃ χρῆται: bona fide reddidit Geſnerus ultimum, *ſermone humano utatur*: atqui γνώμῃ legendum erat.

105. B. Θηραμένης—] De hujus exitu nobiliſſimus eſt locus Xenophontis Hellenic. II. p. 470. cujus auctoritatem quoque ſecutus eſt Cicero Tuſc. I. 40: ſed neuter illud miraculum conſervatæ ex ædium ruina vitæ memorat: quod niſi ab Ephoro, Theopompo, aut alio perdito hiſtorico proditum fuit, potuit fingi a poſterioribus, qui ſubinde rerum geſtarum ſinceritatem rhetoricis commentis obruerunt. Quidquid ſit: denuo nobis offertur Ælianus idem factum narrans Var. Hiſt. IX. 21: Θηραμένης ἔτυχεν ἐν οἰκίᾳ τινὶ διατρίβων, εἶτα ἐπεὶ προῆλθεν αὐτῆς, παραχρῆμα ἐκείνη κατηνέχθη. Οἱ μὲν οὖν Ἀθηναῖοι ἄλλοι ἀλλαχόθεν αὐτῷ περιφύντες συνήδοντο ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ τῇ παραδόξῳ. Ὁ δὲ παρὰ τὴν πάντων ἐλπίδα ἀπεκρίνατο, Ὦ Ζεῦ, ἐς τίνα με καιρὸν φυλάττεις; Καὶ μετ' οὐ πολὺν χρόνον ὑπὸ τῶν τριάκοντα ἀνῃρέθη, πιεῖν κώνειον καταναγκασθείς. Quod autem Plutarchus dicit καταστρεβλωθεὶς, eum excarnificatum ac diſtortum obiiſſe, agnoſcimus puerilem compilatoris temeritatem. De Theramene nos quædam monuimus in Annot. ad Selecta Hiſtoric. Gr. p. 406.

105. C. Ἀλλ' ἄγε δὴ—] Iliad. Ω. 522. De duobus doliis in Jovis limine verbo monuimus ad Ser. Num. Vind. p. 551. D.

105. D. Ἡσίοδος—] Recte hunc et ætate et gloria poſtponit Homero: quod nunc uberius oſtendere non eſt opus. Locus exſtat Ἔργ. 94: ubi Proclus quoque hoc documento, quod Heſiodus *Pandoræ dolium* ab exemplo Homerico *duorum in Jovis limine doliorum* duxerit, colligit Heſiodum poſt Homerum fuiſſe.

105. E. Ἀπηρτημένως] *Conſequenter, congruenter cum his,*

quaſi apte ac ſuſpenſe ex his. Nam ἀπαρτᾶσθαί τινος duplicem habet notionem ac diverſam, ex duplici vi Præpoſitionis ἀπὸ, quarum altera *abſentiam ac privationem* habet, altera *conjunctionem* quamdam notat et *efficientiam:* igitur ἀπαρτᾶσθαι eſt *ab aliquo remotum eſſe*, de qua poteſtate alio loco dicemus et dixerunt alii: eſt item *ab aliqua re ſuſpenſum eſſe*, ut ἐξαρτᾶσθαί τινος, quæ hic valet, nec dum ab aliis expoſita eſt. Sic accipiendus Plutarchus De Solertia Anim. p. 960. A. At hæc valet v. c. in dicto Laconis Apophthegm. p. 234. F: οὐ προσέχω εὐδαιμονίᾳ ἐκ χοινίων ἀπηρτημένῃ· *non cupio felicitatem e funibus pendentem.* Catone Min. p. 760. C: ταῖς χερσὶν ἀπηρτημένον τὸ σῶμα πολλάκις ὑπὲρ τῆς θυρίδος κραδαίνων, de Pompædio Catonem parvulum manibus tollente, et quaſi abjecturo extra feneſtram vibrante. Fabio Max. p. 176. D: τῶν μὲν οὖν πολλῶν ὁ Φάβιος τὴν γνώμην ἀπαρτήσας εἰς τὸ θεῖον, ἡδίω πρὸς τὸ μέλλον ἐποίησεν· *vulgi animos ſuſpendens a divino numine, lætos et alacriores ad futura negotia fecit:* εἰς poſuimus pro πρὸς ex codice Moſcuenſi. C. Graccho p. 838. B: ἑτέροις νόμοις ἀπήρτησε τὸ πλῆθος· *aliis legibus plebem ſibi devinxit, a ſe ſuſpendit.* Suidas: Ἀπηρτημένας· ἀπῃωρημένας. Heſychius: Ἀπηρτημένη· κρεμαμένη. Forte et reſtituendum Opp. Mor. p. 610. E. ut notavimus.

105. F. Εἰ τὰ δάκρυα] Hunc locum ut Philemonis e Sardio, excepto quinto verſu, habet item Stobæus Floril. Tit. CVI. p. 567: alibi partem, v. c. CXXI. p. 613: et CXXIII. p. 616: hinc Grotius p. 447. Clericus p. 328. Bentleii criſis legatur p. 124. cum Valckenarii epicriſi in Diatribe ad Eurip. Fragm. p. 150. Noſtri codices unam habent varietatem verſu quinto, A. E. Venet. T. τὴν αὐτῶν ὁδόν: alteram in ultimo, ubi C. D. Periz. Ald. Baſ. omittunt τοῦτο: quæ ratio favet rationi Brunckii in Notis ad Poetas Gnomicos ita corrigentis: Τί οὖν πλέον σοι γ'; οὐδέν· ἡ λύπη δ' ἀεὶ, Ὥσπερ τὰ δένδρα καρπὸν, ἔχει τὰ δάκρυα. Cæterum locus recentiore ævo nobilitatus Mureti petulantia docta quidem illa, ſed petulantia tamen, eum bifariam a ſe Latine redditum, tamquam Attii et Trabeæ a ſe repertas reliquias, Joſepho Scaligero venditantis. Res mul-

tis memorata, et P. Scriverio in Colleċt. Vet. Trag. p. 185.

p. 106. A. *Δοκεῖς τὸν ᾄδην*] Non alibi ſervatum, quod ſciamus: hinc ut ex Euripidis Danae in Excerptis poſuit Grotius p. 381: ſed ad ejuſdem Dictyn revocavit Bentleius Epiſt. ad Millium p. 14. qui *ἐκμεμόχθηνται* non ferens, legere juſſit *ἐμμεμόχλευνται*, vel *δεσμοῖσιν μεμόχλευνται*· forte nil mutaſſet, niſi jam a Grotio *ἐμμεμόχθηνται* invectum vidiſſet. Ego vulgatam lectionem non mutem; et quod omnes in ea conſentiunt libri noſtri, et quod cum linguæ ratione convenire videtur; ſiquidem Activum *ἐκμοχθεῖν* frequens eſt Euripidi, quidni Paſſivum, quamquam uno hoc loco lectum, probetur hac notione, *in vinculis defatigati, confecti, conſumti, contabuerunt*. Et Muſgravius tuetur vulgatam. Quamquam jam Meziriacus ad marginem appoſuit *ἴσως· ἐκμεμόχληνται*. Cæterum recte defendit Bentleius elegantiam dictionis *Ῥᾴων γένοι' ἂν*, quam Grotius perperam mutaverat in *Ῥᾷον φέροις ἄν*. Sic Euripides Herc. Fur. 1411: *ῥᾴων ἔσῃ*. Ion. 893: *ῥᾴων ἔσομαι*. Plutarchus Opp. Mor. p. 1103. F. Philippides ap. Stob. p. 568. *Εὐριπίδου μνήσθητι, καὶ ῥᾴων ἔσῃ*. Theopompus Comicus apud Athenæum XV. p. 469. B: unde ſumſit Grotius Excerpt. p. 553: *Ἡ τρὺξ ἄριστόν ἐστιν εἰς εὐβουλίαν, Ταύτην πίῃς, καὶ ῥᾷον ἔσῃ τὴν οὐσίαν*: mihi adhuc probatur annotata dudum in margine mea conjectura: *Ἡ τρὺξ ἄριστόν ἐστιν εἰς εὐκοιλίαν· Ταύτην πιὼν, ῥᾴων ἔσῃ τὴν αὔριον*· —*hanc ſi biberis, cras melius tibi erit*: pro *πίῃς καὶ* Gronovius e Florentino libro appoſuit *πόης*. Julianus Miſopog. p. 342. A. Cæterum eadem dictione utitur Ariſtides T. I. p. 275. 292. 310. 315: ſed et altera forma *ῥᾷον οἴσει* I. 545.

106. B. —*τὴν Σωκράτους φωνὴν, τὴν οἰομένην εἰ συνεισενέγκαιμεν*—] Ex ſua ipſe perſona pronunciat Herodotus VII. 152: *ἐπίσταμαι δὲ τοσοῦτο, ὅτι εἰ πάντες ἄνθρωποι τὰ οἰκήϊα κακὰ εἰς μέσον συνενείκαιεν, ἀλλάξασθαι βουλόμενοι τοῖσι πλησίοισι, ἐγκύψαντες ἂν εἰς τὰ τῶν πέλας κακὰ, ἀσπασίως ἕκαστοι αὐτέων ἀποφεροίατο ὀπίσω τὰ ἐσενείκαντο*. Solonem dicti auctorem facit Valerius Maximus VII. 2. Extern. 2: *Idem aiebat: Si in unum locum cuncti mala ſua contuliſſent, futurum, ut*

propria deportare domum, quam ex communi miſeriarum acervo portionem ſuam ferre, mallent. Quo colligebat, non oportere nos, quæ fortuito patiamur, præcipuæ et intolerabilis amaritudinis judicare. Imitatus eſt Choricius Sophiſta Orat. Funebr. in Procopium Gaz. §. 35. apud Fabricium Bibl. Gr. VIII. p. 859: Καί μοι δοκεῖ εἴ τις θεῶν πάντας ἀνθρώπους εἰς ἕνα που χῶρον συναγαγὼν, ἕκαστον ἀπαιτήσει τὴν ἑαυτοῦ διηγήσασθαι τύχην, εἶτα πάντων εἰπόντων, ἑκάστου πύθοιτο πάλιν, ποίαν ἔχειν ἕλοιτο; πάντας ἂν ἀπορῆσαι μηδένα ζηλωτὸν θεωμένους. Quod Plutarchus dixit φωνὴ οἰομένη, *dictum putans*, audacius formata eſt conjunctio: item tamen locutus eſt in Orat. de Virt. Alex. II. p. 338. E: οὐδὲ φωνὴν ἐπαινοῦσαν τὸ κάλλος ἤκουσεν. De Iſid. et Oſir. p. 355. E.

106. B. Ἀντίμαχος—] Hunc e claſſicis poetis heroicis quintum, quamvis perditum, nemo ignorat: ejus memoriam inſtauravit et reliquias collegit auctoritate et auſpiciis J. A. Wolfii, egregii viri, Schellenbergius Halæ anno 1786. De Antimachi Lyda etiam notavit exquiſita Ruhnkenius noſter ad Hermeſianactis Fragmentum in Epiſtola Crit. II. p. 292.

106. B. ἡρωϊκὰς συμφορὰς] Fuit enim hæc vetus opinio, Deorum filios in primis calamitatibus plenam degiſſe vitam. Exſtat in hanc ſententiam locus Simonidis apud Stob. Floril. Tit. XCVI. p. 529. Uberrimus conſolationis fons, unde ſuas diſputationes irrigarent philoſophi: frequens in hoc argumento eſt Seneca, maxime in libro De Providentia, ex quo nonnulla delibabimus ad p. 117. D.

106. B. κοινὸν καὶ πολλῶν εἶναι τὸ συμβεβηκὸς—] Pervulgatum illud *ſolamen miſero, ſocios habuiſſe malorum*, complures habet formulas: veluti illam, *plena malis terra*, πλείη μὲν γὰρ γαῖα κακῶν, p. 105. E: tum, *non mihi ſoli*, p. 110. C, D: tum hanc, de qua hoc loco dicitur, *multis eadem ac pejora acciderunt:* de qua egregia ſunt, quæ exſtant apud Ciceronem Tuſc. III. 25. et Stobæum e Græcis deſcripta, Euſebio et Menandro p. 567: Timocle p. 616: Apollonio p. 618: Philemone p. 567.

106. C. Ὡς οὐ δικαίως θάνατον—] Ex hoc uno cognitum

loco, in Excerptis Trag. ex Incertis Æſchyli Tragœdiis retulit Grotius p. 55. et Stanleius in Fragm. T. II. p. 648. 886: qui dat ἔχθυσι priore loco cum Grotio, ex editionibus Stephaniana antiquioribus Ald. Baſ. Xyl. quibuſcum conſentiunt B. C. D. E. Voſſ. voluit item Perizonianus, qui dat ἔχυσι· vulgatum ἔχθονται annotavit Jannotius, unde habet Stephanus. In ἴαμα quoque variatur; quippe B. C. D. Z. Pol. Jannot. Mez. dant ῥύμα. Ad ſententiam convenit Senecæ admonitio Quæſt. Nat. VI. fin. *Mors naturæ lex eſt: mors tributum officiumque mortalium, malorumque omnium remedium eſt.* Similia Tragicorum memorat Valckenarius ad Hippol. 1372.

106. D. Ὦ θάνατε παιὰν—] Ergo hæc non ſunt Æſchyli, auctore Plutarcho: illius tamen his ſimillima citat Stobæus Florileg. CXIX. p. 602: Ὦ θάνατε παιὰν (vulgo ποίαν) μή μ' ἀτιμήσῃς μολεῖν, Μόνος εἶ σὺ τῶν ἀνηκέςων κακῶν ἰατρός· Ἄλγος δ' οὐδὲν ἅπτεται νεκροῦ: quæ corrigit Th. Canterus Var. Lect. I. 14: et D. Heinſius ad Maximum Tyrium partem horum verſuum citantem Diſſ. XIII. 6. judicat, Plutarchum memoria lapſum, ſua hinc effinxiſſe p. 243. et locum ita conſtitutum fuiſſe: Ὦ θάνατε παιὰν μή μ' ἀτιμάσῃς μολεῖν, Μόνος γὰρ εἶ σὺ τῶν ἀνηκέςων κακῶν Ἰατρός· ἄλγος δ' οὐδὲν ἅπτεται νεκρῶν. In quo facile ei aſſentior. Illud autem proximum, λιμὴν γὰρ ὄντως ἀΐδας ἀν' αἶαν, antecedenti non continuatum fuiſſe putem in auctore, unde hæc deſumta ſunt, ſed vel alterius, vel ejuſdem ex alio loco, verſum auctoris habendum: illudque γὰρ ὄντως, quamquam ad numerum Iambi congruit, ab ipſo Plutarcho additum videtur, γὰρ ad rationem reddendam, ὄντως ad citationem ſignificandam, quo de uſu monuimus ad p. 95. C. Canterus quidem l. c. ὄντως neſcio qua auctoritate omiſit. Sententia et ipſa proverbii vim habet. Sotadis eſt apud Stobæum l. l. verſu proxime antecedente: Πάντων λιμὴν τῶν μερόπων ὁ θάνατός ἐςιν. Leonidæ Antholog. III. 6. p. 303: —κοινὸς πᾶσι λιμὴν ἀΐδης. Epicteti Diſſert. IV. 10. p. 655: Εἰ οὕτω τάλας εἰμὶ, λιμὴν τὸ ἀποθανεῖν· οὗτος δ' ἐςὶν ὁ λιμὴν πάντων, ὁ θάνατος· ubi ſimilia Ciceronis et Longini adfert Uptonus. Addatur his Seneca Epiſt. LXX. Cæterum

ἀν' αἰαν in omnibus quamvis libris proditum, mutandum in ἀνιᾶν, *mœrorum*, cenſemus.

106. D. μετὰ πάσματος τεθαῤῥηκότως] B. τεθαῤῥηκότος. Eſt autem rarius vocabulum πεῖσμα notione *perſuaſionis*: nec ejus exempla attulit Stephanus Theſ. L. Gr. T. III. p. 132. nec Gatakerus ad M. Antonin. III. 6. de cognatis ſignificationibus et nominibus differentes. Illam tamen notionem habet Epictetus Diſſert. II. 20. p. 299: Λυκοῦργος ταῦτα τὰ πάσματα ἐνεποίησεν αὐτοῖς διὰ τῶν νόμων αὐτοῦ καὶ τῆς παιδείας, ὅτι οὔτε τὸ δουλεύειν αἰσχρόν ἐστι μᾶλλον ἢ καλόν—. Reſtituendum Porphyrio in Gradibus ſ. Sententiis (edit. Cantabrig. 8. 1655.) p. 239: τὸ ἀπὸ τούτου ὁρμώμενον τοῦ πιέσματος· interpres reddit, *quod ab hoc fundamento exſurgit*: legendum πάσματος, *quod ab hac perſuaſione proficiſcitur*.

106. D. Τίς δ' ἐστὶ δοῦλος—] Notavimus p. 34. B.

106. D. Ἄδην ἔχων βοηθὸν—] Non aliunde cognitum, hinc in Incert. Trag. Excerpta poſuit Grotius p. 463. Proverbiale τρέμειν σκιάς: eſt apud Ariſtidem T. I. p. 62.

106. D. Τί γὰρ τὸ χαλεπὸν—] Hæc deinceps ita verbis, dictionibus, compoſitione a reliquo hujus libelli ſtylo differunt, ut ex libro Crantoris deſcripta cenſeam, certe uſque 107. A. Ὁ γοῦν Σιμωνίδης—: forte etiam ultra.

106. D. δυσανιῶν] Verbum in Lexicis nullo exemplo munitum, tuetur ſe ratione et cognátione nominis δυσάνιος, de quo Stephanus Theſ. L. Gr. T. I. p. 457. A vulgata lectione unus codex B. diſſentiens dat ἀνιῶν.

106. E. Ἡράκλειτος] Non alibi citatum invenimus: convenit cum Heraclitea doctrina, et cum aliis ejuſdem effatis. De illa longum eſt exponere, et ſatis de hoc placito diximus in Diſputatione de Opinionibus Veterum Philoſophorum in loco, qui eſt de Animorum Immortalitate, quæ Diſputatio exſtat in Actis Sodalitii Teyleriani Harlemenſis, anno 1783. Nunc de hoc peculiariter loco monendum. Hoc ipſum vel geminum Heracliti dictum ſibi propoſitum habuit Sextus Empiricus Hypotypoſ. Pyrrhon. III. 230: ὁ δὲ Ἡράκλειτός φησιν, ὅτι καὶ τὸ ζῆν καὶ τὸ ἀποθανεῖν, καὶ ἐν τῷ ζῆν ἡμᾶς ἐστι καὶ ἐν τῷ τεθνάναι· ὅτε μὲν γὰρ ἡμεῖς ζῶμεν,

τὰς ψυχὰς ἡμῶν τεθνάναι καὶ ἐν ἡμῖν τεθάφθαι· ὅτε δὲ ἡμεῖς ἀποθνήσκομεν, τὰς ψυχὰς ἀναβιοῦν καὶ ζῆν. Ejuſdem argumenti aliud refert dictum Clemens Alexandrinus Strom. IV. p. 530. D: —ἐστὶ καὶ παρὰ Ἡρακλείτου λαβεῖν· Ἄνθρωπος ἐν εὐφροσύνῃ φάος ἅπτεται ἑαυτῷ ἀποθανὼν ἀποσβεσθείς· ζῶν δὲ ἅπτεται τεθνεῶτος εὕδων ἀποσβεσθεὶς ὄψεις· ἐγρηγορὼς ἅπτεται εὕδοντος: tenebricoſum plane, ut Heracliteum, quod interpretari velle vereor ne ſit in tenebris pugnare: tamen conemur, quando res ipſa poſtulat: igitur ad ſenſum univerſi placiti, quod et Plutarchus mox explicat comparatione viciſſitudinis noctium ac dierum, mortis et vitæ, putem ita corrigendum et reddendum: Ἄνθρωπος ἀποθανὼν, ἐν εὐφρόνῃ φάος ἀποσβεσθεὶς ἅπτεται ζῶντος· ζῶν δὲ, ἅπτεται τεθνεῶτος—· *Homo mortuus attingit vivum, veluti luce privatus per noctem prudenti cogitatione traductam: vivus attingit mortuum, quum dormit quaſi exſtincto viſu: et vigilans attingit dormientem.* Aliam corrigendi rationem proponit Potterus: εὐφρόνῃ quidem Sylburgio debetur. Ex eodem fonte ductam diſputationem Philonis Judæi De Cherub. p. 127. B. et De Joſepho p. 544. D, E. haud ſine doctrinæ ſuavitate quis cognoſcat: cujus partem adhibebimus Plutarcho in libro De EI Delphico p. 392. C. ſimilia docenti. Ad eamdem ſententiam pertinent plura Heracliti effata: v. c. apud eumdem Clementem Alex. Strom. III. p. 434. D: Θάνατός ἐστιν, ὁκόσα ἐγερθέντες ὁρέομεν, ὁκόσα δὲ εὕδοντες, ὕπνος. V. p. 600. A. Heraclidem Allegor. Homer. p. 443. Ex Heracliteo fonte ducta eſt Hippocratis diſputatio, περὶ γενέσεως, καὶ φθορᾶς, καὶ τῆς θείας ἀνάγκης, De Diæta Sanorum I. 5. qui hanc viciſſitudinem ἄνω καὶ κάτω mutantem ſignificat, poſtea Stoicis celebratam. Rufus apud Stobæum Tit. CVI. p. 571. Epictetus ibidem. Seneca Epiſt. LXXI. p. 200. Attigit hunc Plutarchi locum Gatakerus ad M. Antonin. IV. 46. ita ſane, ut operæ pretium fecerit.

106. E. ἐκ τοῦ αὐτοῦ πηλοῦ] Gatakerus ad M. Antonin. VII. 23. docte hoc placitum illuſtravit adhibito noſtro etiam loco: quem item opportune comparat Wetſtenius cum dicto Pauli Rom. IX. 20. Homo ſæpe dicitur πηλὸς,

lutum, quod inde formatus eſt a Prometheo. Epictetus Diſſ. I. 1. p. 7. IV. 1. p. 549. 556. II. 665.

106. E. *ὁ τῆς γενέσεως ποταμὸς*—] Et hoc Heracliteum in primis fertur: eſt hic fluvius continuæ rerum converſionis, de quo diximus ad Ser. Num. Vind. p. 559. C. Accommodate præſenti quæſtioni eamdem rem ſignificat Plato Timæo p. 531. F. fluvium hunc afficit nomine *τοῦ ῥέοντος ἐνδελεχῶς ὀχετοῦ*. Hinc Philo Jud. De Somniis p. 1123. B: *ὁ τῶν παθῶν Αἰγύπτιος ποταμὸς, τὸ σῶμα, διὰ πασῶν τῶν αἰσθήσεων ῥέων ἐνδελεχῶς*. Et hæc illuſtrat Gatakerus ad M. Antonin. IX. 21.

106. F. *μοιρίδιον χρέος*] *fatale debitum:* rei nominiſque vim uberius explicat Plutarchus in ſequentibus hujus libelli partibus p. 116. A. B. Cicero Tuſc. I. 39: *Pellantur ergo iſtæ ineptiæ pæne aniles, ante tempus mori miſerum eſſe. Quod tandem tempus? Naturæne? At ea quidem dedit uſuram vitæ nulla præſtituta die.* Lucretius III. 980: *Materies opus eſt, ut creſcant poſtera ſæcla: Quæ tamen omnia te, vita perfuncta, ſequentur. Nec minus ergo antehæc, quam nunc, cecidere cadentque. Sic aliud ex alio numquam deſiſtet oriri, Vitaque mancupio nulli datur, omnibus uſu.* Philo Jud. De Poſterit. Caini. edit. Mangey. T. I. p. 227: *Πάντα γὰρ, ὧν γένεσίς ἐστιν, οὐρανοῦ κύκλος περισφίγξας ἐντὸς ἑαυτοῦ κατέχει· καὶ γὰρ αἱ τῶν τετελευτηκότων ἀναστοιχειούμεναι μοῖραι πάλιν εἰς τὰς τοῦ παντὸς δυνάμεις, ἐξ ὧν συνέστησαν, ἀποκρίνονται· τοῦ δανεισθέντος ἑκάστῳ δανείσματος κατὰ προθεσμίας ἀνίσους ἀποδεδομένου συμβαλούσῃ φύσει, ὁπότε βουληθείη τὰ ἑαυτῆς χρέα κομίζεσθαι.* De Abrahamo p. 385. C. dictione appoſita a nobis ad p. 102. C. Quis Rer. Div. Hæres p. 520. E: *ἕκαστος ἡμῶν συγκραθεὶς ἐκ τῶν τεσσάρων (στοιχείων), καὶ δανεισάμενος ἀφ' ἑκάστου οὐσίας μικρὰ μόρια, καθ' ὡρισμένας περιόδους καιρῶν ἐκτίνει τὸ δάνειον*— Heraclides Allegor. Homer. p. 440: *πᾶν γὰρ τὸ φυόμενον ἔκ τινων, εἰς ταῦτα ἀναλύεται διαφθειρόμενον, ὥσπερεὶ τῆς φύσεως ἃ δεδάνεικεν ἐν ἀρχῇ χρέα κομιζομένης ἐπὶ τέλει.* Seneca Conſol. ad Polyb. Cap. XXIX: *Quod habuiſti ergo optimum fratrem, in ſummis bonis pone. Non eſt quod cogites quanto diutius habere potueris, ſed quamdiu habueris. Rerum natura illum tibi, ſicut cæteris fratribus, non mancipio dedit,*

ſed commodavit: cum viſum eſt, deinde repetiit: nec tuam in eo ſatietatem ſecuta eſt, ſed ſuam legem. Si quis pecuniam ſolviſſe ſe moleſte ferat, eam præſertim, cujus uſum gratuitum acceperit, nonne injuſtus habebitur? Dedit natura fratri tuo vitam, dedit et tibi: quæ ſuo jure uſa, a quo voluit, debitum ſuum citius exegit—. Idem in Conſol. ad Marciam Cap. X. Hinc proverbiale *Mors eſt naturæ debitum*. Epictetus Diſſert. I. 1. fin. Ἀποθανεῖν με δεῖ· εἰ ἤδη, ἀποθνήσκω· εἰ μετ' ὀλίγον, νῦν ἀριστῶ· τῆς ὥρας ἐλθούσης, εἶτα τότε τεθνήξομαι. Πῶς; Ὡς προσήκει τὸν τὰ ἀλλότρια ἀποδιδόντα: ad quem locum alia aliorum notavit Uptonus. Attigit quoque Mangeyus ad Philonem Jud. T. II. p. 463. ſed χρέος cum χρεὼν confundens.

107. A. Εἰ γὰρ προῄδειμεν—ἐτεθνήκεσαν] Locus communis in hoc argumento. Plutarchus videtur quid ab Euripide duxiſſe. Hecub. 432. ſeq. ΕΚΑΒ. Τέθνηκ' ἔγωγε πρὶν θανεῖν, κακῶν ὕπο. ΠΟΛΥΞ. Κόμιζ', Ὀδυσσεῦ, μ' ἀμφιθεὶς κάρα πέπλοις. Ὡς πρὶν σφαγῆναί γ' ἐκτέτηκα καρδίαν Θρήνοισι μητρὸς, τήνδ' ἔτ' ἐκτήκω γόοις: imitationis ſuſpicionem jam prodidimus in Bibliothecæ Criticæ Vol. I. Part. IV. p. 28. Sic Plutarchus mox p. 110. A: ἀποθνήσκουσιν, ἵνα μὴ ἀποθάνωσι. Xenophon Cyropæd. III. 1. 15: ἔνιοι γὰρ φοβούμενοι μὴ ληφθέντες ἀποθάνωσι, προαποθνήσκουσιν ὑπὸ τοῦ φόβου· οἱ μὲν ῥιπτοῦντες ἑαυτοὺς, οἱ δὲ ἀπαγχόμενοι, οἱ δὲ ἀποσφαττόμενοι. Dion Chryſ. Or. VI. p. 94. D: Τοῦ δὲ θανάτου εἴ τις ἀφέλοι τὸ δέος, οὐδὲν ὑπολείπεται δυσχερές. Οὐ γὰρ μόνον αὐτὸς ὁ θάνατος οὐκ ἐνοχλεῖ τοὺς παθόντας, ἀλλ' οὐδ' ἔτι λυποῦνται· ὁ δὲ φόβος οὕτω χαλεπός ἐστιν, ὥστε πολλοὶ ἤδη προέλαβον τὸ ἔργον· οἱ μὲν ἐν νηῒ χειμαζόμενοι, οὔτε περιέμειναν καταδῦναι τὴν ναῦν, ἀλλὰ πρότερον αὑτοὺς ἀπέσφαξαν· οἱ δὲ, πολεμίων προειληφότων, σαφῶς εἰδότες, ὅτι οὐδὲν πείσονται δεινότερον. Lucretius III. 79: *Et ſæpe uſque adeo, mortis formidine, vitæ Percipit humanos odium, luciſque videndæ, Ut ſibi conſciſcant mœrenti pectore lethum.* Seneca Epiſt. LXX. p. 192: *Stultitia eſt, timore mortis, mori. Venit, qui occidat. Exſpecta. Quid occupas?* Plinius Epiſt. VI. 20. 14: in nobili illa ardentis Veſuvii deſcriptione: *—hi ſuum caſum, illi ſuorum miſerabantur: erant qui metu mortis mortem precarentur.*

107. A. ἐπαληθεύσαιμεν] *Noſtro ipſi exemplo confirmaremus, verum eſſe oſtenderemus.* Rarioris vocabulum uſus, quibuſdam Scriptorum locis notavit Stephanus Theſ. L. Gr. T. I. p. 324. Origo ſignificationis eſt in Homerico dicto Od. Δ. 83: Κύπρον, Φοινίκην τε, καὶ Αἰγυπτίους ἐπαλήθας, Αἰθίοπάς θ' ἱκόμην· ad *Ægyptios veraces vates veni*; ita antiquitus legebatur pro vulgato nunc ἐπαληθείς, *vagatus:* quam varietatem attigit T. Hemſterhuſius in adjecta ad Timæum Lex. Gloſſ. Plat. nota p. 113. Sic in Charondæ dicto apud Stob. Tit. XLII. p. 289: ἀνδραγαθίαν μιμούμενος ἐπ' ἀληθείᾳ, *fortitudinem imitans re ipſa et facto.* Theſſalus in oratione, quæ fertur in Operibus Hippocratis et Galeni edit. Charter. T. I. p. 6. B: ἐπ' ἀληθεῖ δὲ κεῖται, προγόνους ἐμοὺς εἶναι τόν τε Κάδμον καὶ τὸν Ἱππόλοχον. Euſebio Præp. Evang. III. p. 133. B. oraculum dicitur ἐπαληθεῦσαι, *verum prædixiſſe.*

107. A, B. Σιμωνίδης—] Hac una mentione ſervatum, retulit in Lyricorum Carm. Fulvius Urſinus p. 172. ſeptem in verſus digeſtum, quem ſecutus eſt Brunckius Analect. T. I. p. 123. Nos Xylandreæ ordinem editionis reddidimus. Varietas librorum eſt in ἄφυκτος ὁμῶς, quod Stephanus induxit ex Jannot. et Pol. et noſtri codices dant præter N. qui habet ἄφυκτ' ὠμὸς cum Ald. Baſ. Xyl. et E. Voſſ. in quibus eſt ἄφυκτος ὠμός. Pro ὅστις τε, D. ὅς τε. Denique Fulv. Urſin. μελεδόνες: qui putat Horatium hinc ſumſiſſe illud Carm. I. 4. 13: *Pallida mors æquo pulſat pede pauperum tabernas, Regumque turres—.* Equidem non ſatis certa video imitationis veſtigia. Non diſſimiliora alia ſunt Simonidis apud Stobæum p. 599. et 608.

107. B. Πίνδαρος δὲ] Vetus lectio hujus loci erat, Ἓν παρ' ἐσθλὸν σύνδυο πήματα δαίνυνται βροτοὶ, ἀθάνατοί τε μένειν οὐ δύνανται νήπιοι κόσμῳ φέρειν. In Annotatione Græco contextui ſubjecta, perperam expreſſum eſt τὰ μένειν pro τε μένειν. Citat et Euſtathius ad Iliad. Ω. 527. edit. Rom. p. 1363. 49.

107. B. Σοφοκλῆς δὲ—] Non alibi lectum: hinc Grotius retulit in Excerpt. p. 149. Brunckius in Fragm. Sophoclis T. II. p. 42.

107. B. Εὐριπίδης δὲ—] Alceſtide 792. Illud κατθανεῖν

ὀφείλεται non ſolum ſententiam, ſed formulam quoque habet frequentatam, in primis ipſi Euripidi. Sic eſt in eadem Alceſtide 425: γίγνωσκε δὲ, Ὡς πᾶσιν ἡμῖν κατθανεῖν ὀφείλεται. Andromache 1275: Πᾶσιν γὰρ ἀνθρώποισιν ἥδε πρὸς θεῶν Ψῆφος κέκρανται, κατθανεῖν τ' ὀφείλεται. Ægeo ap. Stobæum Geſner. 599. Grot. 486: κατθανεῖν δ' ὀφείλεται Καὶ τῷ κατ' οἴκους ἐκτὸς ἡμένῳ πόνων: ſine auctoris nomine apud Philonem Jud. De Mund. Incorrupt. p. 948. A: Τό τοι γενόμενον κατθανεῖν ὀφείλεται. Ariſtophanes in hoc ut Euripideo luſiſſe videtur, ſiquidem vere hujus eſt dictum ex Polyido apud Stobæum Geſner. 599. Grot. 488: Τὸ γὰρ φοβεῖσθαι τὸν θάνατον λῆρος πολύς· Πᾶσιν γὰρ ἡμῖν τοῦτ' ὀφείλεται παθεῖν: a Brunckiana editione abeſt. Proverbialem vim ſignificat Diogenianus apud Euſeb. Præp. Evang. VI. 262. D: καὶ γὰρ ὡς ἀληθῶς παντὶ γεννητῷ ζώῳ θανεῖν καθείμαρται.

107. C. τῆς ἐν αὐτῷ λατρείας] Ex Platonico ductum in Phædone virtutis neglectus διὰ τὸ σῶμα δουλεύοντες τῇ τούτου θεραπείᾳ p. 379. D: eodem vocabulo in eadem re utitur Plutarchus Sympoſ. V. p. 673. A. Sapient. Conviv. p. 160. C: ἡ ψυχὴ νῦν μὲν τρέφει τὸ σῶμα πολλοῖς πόνοις καὶ ἀσχολίαις· εἰ δὲ ἀπαλλαγείη τῆς λατρείας, αὐτὴν δήπουθεν ἐλευθέραν γενομένην θρέψει, καὶ βιώσεται εἰς αὐτὴν ὁρῶσα τὴν ἀλήθειαν, οὐδενὸς περισπῶντος οὐδὲ ἀπάγοντος: quæ ducta ſunt ex eodem Platonis libro, cujus hanc partem apponit 108. A. Ex illo Plutarchi loco ſumſit pleraque Porphyrius De Abſtin. III. 27. p. 291: εἰ καὶ αἱ Δαναΐδες ἠπόρουν, τίνα βίον βιώσονται ἀπαλλαγεῖσαι τῆς περὶ τὸν τετρημένον πίθον διὰ τοῦ κοσκίνου λατρείας. Alia videantur apud M. Ant. III. 3. p. 67.

107. D. Ὁ δὲ Σωκράτης—] Apud Platonem in Apologia Socr. p. 368. G. ſeq. Vertit Cicero Tuſc. I. 41. Disjuncta hæc argumentatio ſolemnis eſt in argumento de conditione animi poſt mortem: ut oſtendimus in Diſputatione illa de hoc argumento Sect. IV. Sed et Oratoribus placuit: veluti Hyperidi in nobili illo fragmento ex Funebri oratione ap. Stob. Serm. CXXIII. p. 618: εἰ μέν ἐστι τὸ ἀποθανεῖν ὅμοιον τῷ μὴ γενέσθαι, ἀπηλλαγμένοι εἰσὶ νόσων, καὶ λύπης, καὶ τῶν ἄλλων τῶν προσπιπτόντων εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον· εἰ δ' ἔστιν

αἴσθησις ἐν ᾅδου καὶ ἐπιμέλεια παρὰ τοῦ δαιμονίου, ὥσπερ ὑπολαμβάνομεν, εἴη τοὺς ταῖς τιμαῖς τῶν θεῶν καταλυομέναις βοηθήσαντας πλείστης εὐδαιμονίας ὑπὸ τοῦ δαιμονίου τυχεῖν. Ruhnkenius noſter veriſſime emendat κηδεμονίας, quod et antecedens ἐπιμέλεια poſtulat, et propter ſequens δαιμονίου a librario oſcitante in εὐδαιμονίας mutatum eſſe videtur; qui eſt fons errorum frequentiſſimus a nobis alio loco corrigendorum. Cæterum pars hujus loci ſub nomine Apollonii fertur in Sententiis Antonii et Maximi p. 906: Εἰ δ' ἔστιν αἴσθησις ἐν ᾅδου καὶ ἐπιμέλεια περὶ (Geſner. recte corrigit παρὰ) τοῦ δαιμονίου, ὥσπερ ὑπολαμβάνομεν, εἴη τοὺς ταῖς τιμαῖς τῶν θεῶν καταλυομέναις βοηθήσαντας πλείστης ἐπιμελείας ὑπὸ τοῦ δαιμονίου· omiſſa ultima vox τυχεῖν· illud ἐπιμελείας oſtendit quidem veram lectionem, nec tamen ad κηδεμονίας elegantiam ac veritatem accedit.

107. D. ἐπεπορεύετο] Ita omnes libri, et ſolemne eſt in hac *conſiderandi*, *differendi* notione verbum: quo magis miror quid Meziriaco acciderit, in margine ponenti ἐπηπορεῖτο: quaſi vero dicatur ἐπαπορεῖσθαι, *diſputare*, aut non dicatur nec huic loco conveniat, ἐπεπορεύετο. Sic Plutarchus De Anim. Tranq. p. 470. A: ἀκριβῶς καὶ κατὰ μέρος ἕκαστον ἐπιπορευόμενοι τῇ διανοίᾳ καὶ τῇ ὄψει θεωρεῖν. De Solert. Animal. p. 961. A: γράμματα πολλάκις ἐπιπορευόμενοι τῇ ὄψει. Vita Cleomenis p. 823. A: ἤδη δὲ κειμένων ἁπάντων, ἐπιπορευόμενος ὁ Παντεὺς καὶ τῷ ξιφιδίῳ παραπτόμενος καθ' ἕκαστον ἀπεπειρᾶτο, μή τις διαλανθάνοι ζῶν.

107. D. Νήγρετος—] Odyſſ. N. 80.

107. E. Ἔνθ' ὕπνῳ—] Iliad. Ξ. 231.

107. E. Ὕπνῳ καὶ θανάτῳ—] Iliad. Π. 672. 682. Signum eorum memorat Pauſanias III. 18. De opinione hujus cognationis exquiſita quædam notant Gatakerus Adverſ. Poſth. p. 523: Marklandus ad Eurip. Iphig. Aul. 143: nec contemnenda Lindenbrogius apud Fabricium Bibl. Gr. XIII. p. 600: Schefferus ad Ælian. Var. Hiſt. II. 35.

107. E. τὴν ἀναισθησίαν ἡμᾶς διδάξαι παρώμενος] B. C. D. τὴν ἀναισθησίαν ἡμῶν αἰνιττόμενος. Z. Periz. τὴν ἀθανασίαν ἡμῶν αἰνιττόμενος.

107. E. τὸν ὕπνον τὰ μικρὰ τοῦ θανάτου μυστήρια] Fertur in

ſententiis Menandri ap. Hertelium in Biblioth. Comicor. p. 130: at ſub Mneſimachi nomine apud Grotium Excerpt. p. 662. p. 46. 6. E.

107. E. —ὁ κυνικὸς Διογένης] Gorgiæ tribuit Ælianus Var. Hiſt. II. 35: Γοργίας ὁ Λεοντῖνος ἐπὶ τέρματι ὢν τοῦ βίου καὶ γεγηρακὼς εὖ μάλα ὑπό τινος ἀσθενείας καταληφθεὶς, κατ' ὀλίγον εἰς ὕπνον ὑπολισθαίνων ἔκειτο. Ἐπεὶ δέ τις αὐτὸν παρῆλθε τῶν ἐπιτηδείων ἐπισκοπούμενος καὶ ἤρετο τί πράττοι; ὁ Γοργίας ἔφη· Ἤδη με ὁ ὕπνος ἄρχεται παρακατατίθεσθαι τῷ ἀδελφῷ· collocatio verborum vitioſa ita corrigatur: —Ἐπεὶ δέ τις παρῆλθε τῶν ἐπιτηδείων ἐπισκοπούμενος αὐτὸν καὶ ἤρετο—. Simile ejuſdem dictum proditur apud Stobæum Tit. CXVII. p. 600: Γοργίας ὁ ῥήτωρ ἤδη γηραιὸς ὑπάρχων, ἐρωτηθεὶς εἰ ἡδέως ἀποθνήσκοι; Μάλιστα, εἶπεν· ὥσπερ γὰρ ἐκ σαπροῦ καὶ ῥέοντος οἰκιδίου ἀσμένως ἀπαλλάττομαι. Aliud Gorgiæ effatum in laudem ſenectutis ſuæ vegetæ narrat Cicero De Senect. Cap. V.

107. F. Εἴγε μὴν ἀποδημία—] Relinquens rationes in Apologia Socratis expoſitas in laudem mortis, ſi ſit peregrinationi ſimilis, convertit ſe ad rationes in Phædone a corporis reprehenſione ductas. De comparatione mortis cum ἀποδημίᾳ geminus eſt locus p. 117. A: et alii aliorum laudati Gatakero ad M. Antonin. p. 319. D.

107. F. Τὸ γὰρ μὴ δεδουλῶσθαι—μακάριον] Platonica ſunt, non tam verbis, quam ſententia. Animus hominis cœleſtia contemplantis corporeis negotiis inde in vitæ miſerias nugaſque detrahitur: nil frequentius hac ſententia Platonicis. At Plato ipſe σῶμα dixit: σὰρξ poſtea demum hoc ſenſu a Stoicis et Epicureis frequentatum.

p. 108. A. Μυρίας γὰρ, φησὶν, ἡμῖν ὁ Πλάτων—μὴ οὐ θεμιτὸν ᾖ] Hæc ad verbum deſcripta ſunt ex Platonis Phædone p. 379. C—F. Quocum comparetur Juncus ap. Stob. p. 610.

108. D. Τὸ γὰρ δεδιέναι, ὦ ἄνδρες—] Platonis in Apologia Socr. p. 363. G: brevius ab eodem dicta in Leg. V. p. 604. C. Caſu an conſilio Socratem faciat eadem formula utentem, qua Ariſtophanes uſus eſt in loco ex Polyido, non dicam: appoſuimus eum modo ad p. 107. B.

108. E. Μηδεὶς φοβείσθω θάνατον—] Non memini me hoc

alibi legere. Videtur Comici cujuſdem: fortaſſe ita ſcribendum ſecundo verſu, ut dixi in Emendatione, vel ſic, Ἰαμά τε κακῶν τῶν μεγίστων—. Videatur ſimile p. 106. C.

108. E. φειδόμενος τῆς συμμετρίας τοῦ συγγράμματος] Revocavi συμμετρίας pro Stephaniano ἀμετρίας, obſecutus et libris, et rationi, et linguæ conſuetudini. De libris monuimus in Emendatione. Nunc de duobus reliquis dicendum. Ac primum quidem rationi convenit συμμετρίας, quia φείδεσθαι fit erga *id quod retinere cupimus*. Sic De Orac. Defectu p. 414. E: οὐ φείδεται τῆς σεμνότητος, *non ſervat decorum, non rationem habet dignitatis*: hinc eſt, *re temperanter uti dignitatis ejus ratione habenda*. v. c. Dion Chryſ. XXX. p. 408. A: οὔτε τοῦ ὀνόματος, οὔτε τῆς ἀρχαιότητος, οὔτε τῆς δόξης φείδεσθε: et alibi ſæpiſſime φείδεσθαι τῶν χρημάτων, *qui pecunias colligit*, ergo ab iis profundendis et erogandis *abſtinet*: et *abſtinendi* quidem ſenſu hic accipi potuiſſe videatur, ut Plutarchus uſurpavit in Vitis p. 109. D. 230. D. 231. C. 340. C. 785. E. 905. B. 960. E. 1068. A. 1069. B. Mor. 91. A. Igitur in φείδεσθαι quidem ratio in utramque partem uſum habet auctorem. At non item in ἀμετρία et συμμετρία: nam hac notione, quam præſens locus requirit, συμμετρία celebratur. Ita Diodorus Sic. I. 8. fin. καὶ περὶ μὲν τῆς πρώτης γενέσεως τῶν ἀνθρώπων καὶ τοῦ παλαιοτάτου βίου τοῖς ῥηθεῖσιν ἀρκεσθησόμεθα, στοχαζόμενοι τῆς συμμετρίας· ubi plura de hoc uſu notat Weſſelingius. Iſocrates Panathen. p. 414: αἰσθάνομαι δ' ἐμαυτὸν ἔξω φερόμενον τῆς συμμετρίας τῆς συντεταγμένης τοῖς προοιμίοις. Demoſthenes Or. Amator. p. 161. A: τῇ τῶν ἀκουόντων δυνάμει συμμετρότερον φανήσομαι χρώμενος. Diogenes Laertius VII. 160: ταῦτα μὲν καὶ τὰ φυσικά, τὸ ὅσον ἡμῖν ἀποχρώντως ἔχειν δοκεῖ, στοχαζομένοις τῆς συμμετρίας τοῦ συγγράμματος. Porphyrius De Abſtin. II. 4. fin. —ἀναγράψομεν τοῦ συμμέτρου καὶ οἰκείου τῇ ὑποθέσει στοχαζόμενοι κατὰ δύναμιν. Euſebius Præp. Evang. IX. fin. καὶ πολὺς δὲ ἄλλος ἡμῖν μαρτύρων ὄχλος ἐπιῤῥεῖ—ὧν τὰς φωνάς, λόγου προνοούμενοι συμμετρίας, τοῖς φιλομαθέσι ζητεῖν τε καὶ διερευνᾷν ἀπολείψαντες, ἐπὶ τὴν λείπουσαν αὐτοὶ μεταβησόμεθα ἐπαγγελίαν. Corn. Nepos Præfat. fin. *Sed plura perſequi magnitudo voluminis probibet—*: id eſt, *modus*, συμμετρία.

Epaminonda IV. 6: *Plurima quidem proferre poſſumus, ſed modus adhibendus eſt*—.

108. F. Κλέοβιν καὶ Βίτωνα—] Ab Herodoto proditum in illa Solonis ad Crœſum narratione I. 31. deinde cui non inde repetitum? horum loca notarunt interpretes ad illum locum, et Daviſius ad Ciceronis Tuſc. I. 47: quem et ipſum ut alios Conſolationum ſcriptores, hoc cum ſimilibus exemplis non ex ipſo Herodoto, ſed e Crantore, ſumſiſſe credibile eſt. Signum memorat Pauſanias II. 19. Matris hujus nomen *Cydippe* fertur: de qua, ut de ſucceſſione Argivarum antiſtitarum egregia eſt annotatio H. Valeſii ad Polybium Ed. Erneſt. T. III. p. 161. ſeq.

108. F. τῶν ἡμιόνων] A. B. D. E. Voſſ. Venetus a prima manu, T. τῶν ὀρέων.

p. 109. A. περὶ Ἀγαμήδους καὶ Τρεφωνίου—] Locus communis ex eadem Conſolatoria ſchola, relatus a Cicerone Tuſc. I. 47. ubi alios, qui eum memorarunt, annotat Daviſius. Nunc ex hac Plutarchi mentione diſcimus Pindarum hanc hiſtoriam celebraſſe: credibile, eam fuiſſe argumentum alicujus Threni: reliquias quidem ex eo me obſervaſſe non memini.

109. A, B: Λέγεται δὲ καὶ αὐτῷ τῷ Πινδάρῳ—τελευτῆσαι.] Brevius hæc narrat Suidas, voce Πίνδαρος·—καὶ συνέβη αὐτῷ τὸν βίον τελευτῆσαι κατ᾽ εὐχάς· αἰτήσαντι γὰρ τὸ κάλλιστον αὐτῷ δοθῆναι τῶν ἐν τῷ βίῳ, ἀθρόον αὐτὸν ἀποθανεῖν ἐν θεάτρῳ ἀνακεκλιμένον εἰς τὰ τοῦ ἐρωμένου Θεοξένου αὐτοῦ γόνατα. Ex eodem fonte hauſit Heſychius Mileſius p. 31: Πίνδαρος ὁ Λυρικὸς αἰτήσας τὸ κάλλιστον αὐτῷ δοθῆναι τῶν ἐν τῷ βίῳ, ἀθρόον ἀπέθανεν ἐν θεάτρῳ ἀνακεκλιμένα (l. ἀνακεκλιμένος) εἰς τὰ τοῦ ἐρωμένου αὐτοῦ Θεοξένου γόνατα. Valerius Maximus IX. 12. Extern. 7: *At Pindarus cum in gymnaſio ſuper gremium pueri, quo unice delectabatur, capite poſito quieti ſe dediſſet, non prius deceſſiſſe cognitus eſt, quam gymnaſiarcha claudere jam eum locum volente, necquicquam excitaretur. Cui quidem crediderim eadem benignitate Deorum et tantum poeticæ facundiæ et tam placidum vitæ finem attributum.* Aliud de eo oraculum Pythiæ et ſomnii viſum ante mortem, refert Pauſanias IX. 23. p. 755. In Pindarum, ut diis dilectum,

multa antiquitus prodigia relata eſſe, conſtat exemplorum frequentia; inde factum, ut Solinus mirabilem Simonidis ſalutem in illum conferret Polyh. Cap. II.

109. B. τὸν Ἰταλὸν Εὐθύνοον—] Multa quidem ex Crantore habet Plutarchus, de quibus probabili conjectura ſuſpicamur: ſed hoc diſerto Ciceronis indicio tenemus, Tuſc. I. 48: *Simile quiddam eſt in Conſolatione Crantoris: ait enim Terinæum quemdam Elyſium, cum graviter filii mortem mœreret, veniſſe in Pſychomantium, quærentem quæ fuiſſet tantæ calamitatis cauſſa: huic in tabellis tres hujuſmodi verſiculos datos:*

> *Ignaris homines in vita mentibus errant.*
> *Euthynous potitur fatorum numine letho.*
> *Sic fuit utilius finiri ipſique tibique.*

Terinæus populare nomen ab urbe Bruttiorum *Terina:* de qua Steph. Byz. in voce, et paſſim Geographi: quamquam et proprium nomen fertur *Terinæus* Eleus, Olympionica, apud Corſinum in Diſſert. Agoniſtic. p. 139. Ἠλισίου habet noſtra editio cum prioribus Ald. Baſ. Steph. at rectius Ἠλυσίῳ B. C. D. Z. In carminis verſu primo pro φρένες dant φρένας B. C. D. Z. N. Venet. Voſſ. Periz. Ald. Baſ. Xyl. at vulgatam φρένες Collect. Muret. unde ſumſit Stephanus: pro ἠλίθιοι habent Ἠλίσιε N. Venet. Voſſ. Ald. Baſ. Ἠλύσιε A. B. C. D. Z. Periz. Xyl. Mihi legendum videtur, ut Daviſius voluit, et jam ante eum annotarunt Jun. et Mez. Ἦ που νήπιε Ἠλύσι᾽ ἠλίθιοι φρένες ἀνδρῶν.

109. D. διηγημάτων παρὰ τοῖς] Plenius B. D. Schott. διηγημάτων τῶν παρὰ τοῖς—.

109. D. τῆς Σωκρατικῆς εἰκασίας—] Apud Platonem Apol. Socr. p. 368. G. ſeq. ſupra notavimus ad p. 107. D. Atqui in Platone non eſt tripartita diviſio, ſed δυοῖν θάτερον, bipertita, ut vel ſenſus ſit in morte, vel nullus ſenſus: ſi ſenſus, erit mors peregrinationi ſimilis: ſi nullus ſenſus, erit ſimilis altiſſimo ſomno ſine ſomniorum viſis. Sed prius disjunctum tamen duplex fecit: δυοῖν γὰρ θάτερόν ἐστι τὸ τεθνάναι· ἢ γὰρ οἷον μηδὲν εἶναι, μηδὲ αἴσθησιν μηδεμίαν ἔχειν τὸν τεθνεῶτα, ἢ κατὰ τὰ λεγόμενα μεταβολή τις τυγχάνει οὖσα καὶ μετοίκησις τῆς ψυχῆς τοῦ τόπου τοῦ ἐνθένδε εἰς ἄλλον τόπον· καὶ εἴτε δὴ

μηδεμία αἴσθησίς ἐστιν ἀλλ' οἷον ὕπνος—. Igitur primum diſjunctum μηδὲν εἶναι, μηδὲ αἴσθησιν μηδεμίαν ἔχειν τὸν τεθνεῶτα, duas habet partes; *non eſſe*; et, *eſſe quidem, ſed ſine ſenſu eſſe.* Itaque illud prius, *non eſſe*; *cum qui non ſit ne miſerum quidem eſſe, et redire ad eamdem conditionem, qua fuerit, antequam naſceretur*: hoc igitur Plato non expoſuit: certe non in argumento de ſtatu animi poſt mortem: attigiſſe videtur Crantor, ex eoque ſumſiſſe Cicero Tuſc. I. 5—8. et qui fertur Æſchines ſcriptor Axiochi p. 729. D. Diſjuncta argumentatio fuit ſolemnis hac in re, et uſus eſt ea Cicero Epiſt. Diverſ. V. 16. ad Titium: *—ſin illa te res cruciat, quæ magis amoris eſt, ut eorum, qui occiderunt, miſerias lugeas; ut ea non dicam, quæ ſæpiſſime et legi et audivi, nihil mali eſſe in morte, ex qua ſi reſideat ſenſus, immortalitas illa magis quam mors ducenda ſit: ſin ſit amiſſus, nulla videri miſeria debeat: hoc tamen non dubitans confirmare poſſum—.* Principia unde ducitur ratio diſtinguendi τοῦ εἶναι et γίγνεσθαι, γεγονέναι, γενέσεσθαι, philoſophorum diſputationibus agitata, et ipſa et diſputationem traduxit Antiphanes apud Athenæum, unde locum retulit Grotius in Excerpt. Comic. p. 611. Pertinet eodem effatum Amaſidis ap. Stob. Florileg. CXXIII. p. 617: Ἄμασις πρός τινα τὸν υἱὸν ἀποβαλόντα, εἶπεν· Εἰ ὅτε μηδέπω ἦν οὐκ ἐλύπει, μηδὲ νῦν λυπηθῇς ὅτε οὐκ ἔτ' ἐστίν: ubi ad lemma quod in Geſnerianæ editionis margine legitur: *Al. Amaſis Ægyptiorum rex cum epiſtolam ſcriberet ad quemdam &c.* ad hoc Grotius manu ſua notavit, *Sic A.*

109. F. Ἄλγος γὰρ ὄντως οὐδὲν ἄπτεται νεκροῦ] Sub Æſchyli nomine habet Stobæus Floril. CXIX. p. 602. ed. Geſn. et ap. Grot. p. 493: qui hunc ſolum verſum reponit in Excerptis Tragic. Incert. p. 463. Notavimus ſupra p. 106. D. Et hoc loco, ut in illo Λιμὴν γὰρ ὄντως ἀΐδας ἀνιᾶν, formulam γὰρ ὄντως Plutarchi citantis eſſe dicam.

109. F. Τὸ γὰρ μὴ γενέσθαι—] Item hoc loco γὰρ eſt citantis. Sententia exſtat in Euripidis Troadibus 630:

Ἄκουσον, ὥς σοι τέρψιν ἐμβαλῶ φρενί·
Τὸ μὴ γενέσθαι τῷ θανεῖν ἴσον λέγω·
Τοῦ ζῆν δὲ λυπρῶς κρεῖσσόν ἐστι κατθανεῖν·

'Αλγεῖ γὰρ οὐδὲν τῶν κακῶν ἠσθημένος.

Appoſuimus totam ῥῆσιν, ut appareat eam ita convenire cum priori verſu, ut eam Plutarchus in animo habuiſſe videatur. Retulit eam et Grotius in Excerptis Trag. p. 299. et habet Stobæus p. 602. In ultimo verſu genus eſt conſtructionis audacius, quo negativum οὐδὲν ad ἀλγεῖ et ad ἠσθημένος referendum eſt: frequentius illud in aientibus enunciatis, in negantibus perrarum.

109. F. γενόμενον ἀπολέσθαι.] Item locus communis, *nil differre inter mortuum eſſe, et numquam natum eſſe.* v. c. Æſchinis Axioch. 4. et alii. Gatakerus hunc locum ita appoſuit, quaſi ſcriptum eſſet τὰ γενόμενα πάντα καὶ ἀπογίνεσθαι, eumque cum ſimilibus ſententiis Senecæ Ep. IC. et Caſſii Heminæ ap. Nonium Marcell. II. 257. componit. Verbum ἀπογίνεσθαι hoc ſenſu eſt in Plutarcho mox p. 113. D. Platone p. 651. C. Telete Stobæi p. 577. Ariſtide T. I. p. 273. T. II. p. 239. Pauſania p. 667.

109. F. Εἰ μὴ καὶ τῆς οἰκίας—] *Niſi vero etiam putas*—. Ellipticа venuſtas cum irriſione: i. e. *Eadem ratione putare poſſis*—. In aliis ſignificationibus particulæ εἰ μὴ hanc non attigit eruditiſſimus Hoogeveenius Doctrin. Partic. p. 352. ſeq. Nec ipſe, quod miror, in Adverſariis meis exempla annotata, e Græcis quidem, reperio. In reſponſione tale eſt apud Platonem in Phædone p. 183. H. Nam in Latinis magis obſervatus eſt hic uſus: v. c. ap. Ciceronem Or. Pro Milon. 3: *Niſi vero exiſtimatis dementem P. Africanum fuiſſe.* Leg. I. 1: *Niſi forte Athenæ tuæ ſempiternam in arce oleam tenere potuerunt.* II. 2: *Niſi forte ſapienti illi Catoni fuit patria non Roma, ſed Tuſculum.* Similia dat Turſellini liber De Particulis L. L. CL. 16, 17. Nam ad aliam rationem pertinet animadverſio Erneſti in Clav. Cic. voc. *Niſi.*

p. 110. A. 'Αρκεσιλάου—] Atqui hunc nihil ſcripſiſſe ipſe prodit Plutarchus De Virt. Alex. Or. II. p. 328. A: quod ita accipiendum, ut de philoſophia nil ſcripſerit, aut ſi quid ejus ſcriptum dictumve memoretur, id veluti Pythagoræ, Socratis, Carneadis, non ab ipſis, ſed de ipſis ab ipſorum diſcipulis ſcriptum ſit. Nam de Arceſilao Veteres

diſſenſiſſe ipſe prodit Diogenes Laertius IV. 32: διὰ δὲ τὸ περὶ πάντων ἐπέχειν, οὐδὲ βιβλίον, φασί τινες, συνέγραψεν· οἱ δὲ, ὅτι ἐφωράθη τινὰ κατορθῶν· ἅ φασιν οἱ μὲν ἐκδοῦναι, οἱ δὲ κατακαῦσαι. Ergo et hic a Plutarcho citatus locus Arceſilai vel ex ipſius, vel ex aliorum de ipſo, libris, ſumtus videtur. Epiſtolæ ejus et Epigrammata a Laertio memorantur: multa ejus dicta feruntur in aliorum ſcriptis: et ea quidem, quæ ſunt in Plutarcho, nunc apponere nil attinet; quippe deſtinata Indici Auctorum. At quod in Indice Auctorum Diogenis Laertii citatur Ἀρκεσίλαος ἐν ἱστορίᾳ, eſt hoc ſuſceptum ex perperam intellectis verbis V. 41: Φαβωρῖνος δέ φησι, γηράσαντα αὐτὸν ἐν φορείῳ περιφέρεσθαι· καὶ τοῦτο λέγειν Ἕρμιππον, παρατιθέμενον ἱστορεῖν Ἀρκεσίλαον τὸν Πιταναῖον ἐν οἷς ἔφασκε πρὸς Λακύδην τὸν Κυρηναῖον. Senſus eſt: *Favorinus ait, Theophraſtum ſenem in lectica circumferri ſolitum: idque dicere Hermippum, teſtimonii loco addentem id memoriæ prodidiſſe Arceſilaum in narratis ad Lacydem:* ἐν οἷς ἔφασκε πρὸς Λακύδην, *in iis dictis, quæ narrare ſolitus ſit Lacydi:* quæ dicta vel ipſe Lacydes, vel alius ſcripto conſignata edidiſſe videtur. Alia petantur a Fabricio Bibl. Gr. Vol. II. p. 53.

110. A. οὐθενίαν] Perperam ita repetitum ex Gr. Lat. 1624. pro οὐθένειαν ut p. 112. D. ubi Schott. Anon. T. V. B. ut hoc loco B. Schott. Anon. dant ἀσθένειαν. A Platone ducta vox οὐδένεια, qua Latina lingua caret, cui inaudita ſunt *nullitas*, vel *nihilitas*.

110. A. ἀποθνήσκουσιν, ἵνα μὴ ἀποθάνωσι] Vid. p. 107. A.

110. A. Ἐπίχαρμος—οὐδὲ ἕν.] Non aliunde cognitum, plane convenit cum Epicharmi doctrina, quam attigimus in Diſputatione de Placito Immortalitatis p. 26. Simillima aliorum hinc expreſſa, veluti Euripidis Suppl. 532. Menandri apud Stob. p. 608. Cleric. p. 184. cum his Epicharmeis compararunt Caſaubonus ad Diog. Laert. III. 10. Gatakerus, Adverſ. Miſcell. II. 10. p. 327. et ad M. Antonin. VII. 50. Valckenarius Diatrib. in Eurip. Fragm. p. 54.

110. A. Κρεσφόντης—παρὰ τῷ Εὐριπίδῃ—] Hac una Plutarchi mentione ſervatum, hinc in Excerpt. Tragœdiæ Eu-

ripideæ Creſphontæ poſuit Grotius p. 391. Muſgravius Fragm. T. III. p. 558.

110. B. τὸ Λακωνικὸν—] Prius haud ſcio an ſit Tyrtæi et núſquam alibi a me lectum. Alterum, ut ἐπικήδειον, memoratur a Plutarcho in Pelopida p. 278. A. Ac Teles in eadem mentione corrigendus apud Stobæum Floril. Tit. CVI. p. 576. et ſeq. ὅρα εἰ ϰ τῶν παρ' ἡμῖν τις γυναικῶν τοῦτ' ἂν ποιήσειεν, ἀλλ' οὐκ ἀσμένη ὄψεται σεσωσμένους· ἐκεῖναι δ' οὔ· ἀλλ' ἀποθανόντας εὐτυχῶς, ἥδιον· καὶ ἐπιγράφουσι Λακεδαιμόνιοι, Οὔτε τὸ ζῆν θέμενοι καλὸν, οὔτε τὸ θνήσκειν, Ἀλλὰ τὸ ταῦτα καλῶς ἀμφότερα ἐκτελέσαι· pars loci mutila ſic eſt integranda —ἀλλ' ἀποθανόντας εὐψύχως ἥδιον ἤκουον ἢ σωζομένους αἰσχρῶς· ϰ ἐπιγράφουσι Λ.

110. B. Μισῶ δ' ὅσοι χρῄζουσιν—] Euripidis Supplic. 1109. cujus exempla vulgo corrupta hinc emendata ſunt ab ejus editoribus. Secundum ac tertium verſum citat M. Antoninus VII. 51. ubi Gatakerus et Euripidis et Plutarchi locos attulit. Admonitionem ita explicuit Plato Rep. III. p. 440. D—F: ut hoc Euripidis exemplum ſecutus videatur. Nec obſcurius apparent imitationis veſtigia in Luciano, Dialogo Mort. VI. T. I. p. 347: Οὐ γὰρ ἐχρῆν γέροντα ὄντα, καὶ μηκέτι χρῆσθαι τῷ πλούτῳ αὐτὸν δυνάμενον ἀπελθεῖν τοῦ βίου, παραχωρήσαντα τοῖς νέοις. Terentio Hecyr. IV. 3. 14: *—odioſa hæc eſt ætas adoleſcentulis. E medio æquum excedere eſt—.* Horatio Ep. II. 2. 213: *Vivere ſi recte neſcis, decede peritis.*

110. D. Τεθνᾶσαι παῖδες οὐκ ἐμοὶ μόνῃ—] Hoc uno loco ſervatum ex Euripidis Creſphonte, Grotius poſuit in Excerptis p. 391. Muſgrav. Fragm. VII. Valckenario videtur pars orationis eſſe, qua Merope et aliarum mulierum et Niobes calamitatem obitumque natorum memoravit, ad Euripid. Phœniſſ. p. 627. Illud οὐκ ἐμοὶ μόνῃ in Conſolationibus vim loci communis obtinuit. Cicero Tuſc. III. 33: *Ne illa quidem firmiſſima conſolatio eſt, quamquam et uſitata eſt, et ſæpe prodeſt: Non tibi hoc ſoli. Prodeſt hæc quidem, ut dixi: ſed nec ſemper, nec omnibus:—* Ad jocum eam traduxit Theocritus, narrante Stobæo Floril. Tit. CXXIII. p. 617: Θεόκριτος ἐν περιδείπνῳ τοῦ πενθοῦντος λαι-

μάργως ἐσθίοντος· Θάῤῥει, βέλτιστε, εἶπεν, οὐ σοὶ μόνῳ ταῦτα γέγονεν.

110. D. Ποῦ γὰρ τὰ σεμνὰ κεῖνα—] Et hoc eſt *ἅπαξ σωζόμενον!* Grotius retulit in Excerpta ex Tragicis incertis p. 463. Nec facile quis dicat hoc eſſe unius ex tribus, quorum integra ad nos venerunt Dramata. Indicia quidem imitationis in aliorum carminibus exſtant: v. c. in Lucretii III. 1042:

Ille quoque ipſe viam qui quondam per mare magnum
Stravit, iterque dedit legionibus ire per altum;
Ac pedibus ſalſas docuit ſuper ire lacunas;
Et contemſit, aquis inſultans, murmura ponti;
Lumine ademto, animam moribundo corpore fudit.

Manilii IV. 63:

Quid numerem everſas urbes, rerumque ruinas?
Inque rogo Crœſum, Priamumque in littore truncum,
Cui nec Troja rogus? quid Xerxem, majus et ipſo
Naufragium pelago?

Univerſe argumentum declarat Menander Ed. Cler. p. 258. In noſtro loco pro *βαρὺν* forte quis malit *βαθὺν*. Xerxis commemoratio habuit in hac materia frequentiam loci communis, ut vel ex iis colligi poteſt exemplis, quæ prodidit J. Meurſius ad Lycophronem 1414.

110. E. Εἶτ' εἰ μὲν ᾔδεις—] Nil in Adverſariis meis de ſede et auctore hujus ſententiæ annotatum reperio. Videtur eſſe Philemonis vel Diphili. Verſui ultimo Meziriacus aliam lectionem, ex conjectura, ut puto, appoſuit, Ὁ *θάνατος αὐτῷ σοῦ γέγονεν εὐνούστερος.*

110. F. Ἔφυ μὲν οὐδεὶς, ὅστις οὐ πονεῖ βροτῶν] Nobiliſſimus locus ex Euripidis Hypſipyla, ubi Amphiaraus alloquitur Eurydicem mortui Archemori puerili matrem. Eoſdem verſus et in Crantoris Conſolatione exſtitiſſe dicam; ſiquidem eos Cicero quoque adhibuit Tuſc. III. 25. quamquam et poſt Crantorem Chryſippus eos laudavit, reprehenſus ideo a Carneade: ſed juvat Ciceronis verba apponere. *Quocirco Carneades, ut video noſtrum ſcribere Antiochum, reprehendere Chryſippum ſolebat, laudantem Euripideum carmen illud,*

Mortalis nemo eſt, quem non attingit dolor;
Morbuſque: multi ſunt humandi liberi,
Rurſus creandi: morſque eſt finita omnibus.
Quæ generi humano angorem nequicquam adferunt.
Reddenda terræ eſt terra: tum vita omnibus
Metenda, ut fruges: ſic jubet neceſſitas.

Hujus interpretationis verſu ſecundo ratio poſtulat *multis* pro *multi*. In Græcis quædam eſt varietas apud Stob. CVII. p. 568. et Clementem Alex. Strom. IV. p. 495. C. de qua monuerunt, Gatakerus Adverſ. p. 515. et ad M. Antonin. VII. 40: Daviſius l. l. Ciceronis: Valckenarius Diatrib. in Fragm. Eurip. p. 213: Muſgravius T. III. p. 567. Ex illa Chryſippi diſputatione fluxerunt monita, quæ ſub ejus nomine, de neceſſitate moriundi ac τοῦ θερισθῆναι tamquam ϛαχὺν, refert Epictetus Diſſert. II. 6. p. 195. et ſeq. ubi Uptonus opportune hoc Euripideum carmen apponit. Ultimum verſum repetit Plutarchus mox p. 117. D: Οὐθὲν γὰρ δεινὸν τῶν ἀναγκαίων βροτοῖς: et eſt ſane inſtar proverbii ſententia. Ad eamque revocandus eſt locus Dionis Chryſoſtomi Or. XXX. p. 300. B: τὰ μὲν καθ' ἡμᾶς οὕτω γέγονεν, ὡς ἔδοξε τῷ θεῷ· χρὴ δὲ μηδὲν τῶν ὑπ' ἐκείνου γιγνομένων χαλεπὸν ἡγεῖσθαι ὥσπερ ἐν δεινοῖς οὖσι. Sic enim rectius legitur apud Stob. Tit. CXXIII. p. 617. Ad idem argumentum pertinet Or. XVI. p. 246. B: φέρε γὰρ, ὦ μάταιε, κἂν πάντα σοι τἄλλα ἔχῃ κατὰ τρόπον, ἀλλὰ τοῦ γε εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν βιώσεσθαι, τίνα ἔχεις πίϛιν, καὶ μὴ μεταξὺ πάντων ἀθρόως ἀφαιρεθῆναι τῶν δοκούντων ἀγαθῶν. Οὐκοῦν σε περὶ τούτου πρώτου προσήκει λυπεῖσθαι, καὶ δεδιέναι τὴν ἀδηλότητα τοῦ πράγματος· ἂν δὲ ἐκεῖνο ἐνθυμηθῇς, ὅτι μηδείς ἐϛιν ὅλως τοῦ βίου χρόνος, ἀλλὰ πάντες οἱ μακάριοι καὶ λίαν εὐδαίμονες δόξαντες εἶναι τεθνήκασι, καί σοι πάρεϛιν ἤδη τοῦτο τὸ πέρας, κἂν ἐπὶ πλεῖϛον ἔλθῃς τοῦ βίου, πολὺν λῆρον ἡγήσῃ καὶ μεγάλην εὐήθειαν, τὸ νομίζειν ὅλως τι δεινὸν εἶναι τῶν γιγνομένων ἢ μέγα ἢ θαυμαϛὸν, δίχα γ' ἑνὸς, τοῦ χωρὶς λύπης καὶ φόβου καὶ τῶν τοιούτων παθῶν μίαν γοῦν ἡμέραν διαγαγεῖν. Ita ultima legenda, vulgo cum ſequentibus continuata.

p. 111. A. Οὐχ ὁ μακρότατος βίος ἄριϛος, ἀλλ' ὁ σπουδαιότατος—συμμετρία] Celebrata in philoſophorum ſcholis ſen-

tentia, eaque incredibilium Stoicorum, id eſt, *paradoxorum*, numero habita. Sic Plutarchus De Communibus Notitiis Stoicorum p. 1061. F: Οὐ μόνον οὖν ταῦτα λέγουσιν οἱ ἄνδρες, ἀλλὰ κἀκεῖνα πρὸς τούτοις, ὅτι ἀγαθὸν ὁ χρόνος οὐκ αὔξει προσγινόμενος, ἀλλὰ κἂν ἀκαρές τις ὥρας γένηται φρόνιμος, οὐδενὶ πρὸς εὐδαιμονίαν ἀπολειφθήσεται τοῦ τὸν αἰῶνα χρωμένου τῇ ἀρετῇ καὶ μακαρίως ἐν αὐτῇ καταβιοῦντος. Seneca Epiſt. CI. fin. *Excutienda vitæ cupido eſt: diſcendumque, nihil intereſſe, quando patiaris, quod quandoque patiendum eſt: quam bene vivas referre, non quam diu: ſæpe autem in hoc eſſe bene, ne diu.* Sed idem quoque accommodate ad communem hominum captum præcipitur. v. c. Cicero De Senectute XIX: *Sed mihi ne diuturnum quidem quidquam videtur, in quo eſt aliquid extremum. Cum enim id advenit, tunc illud quod præteriit effluxit: tantum remanet, quod virtute et recte factis conſecutus ſis. Horæ quidem cedunt, et dies, et menſes, et anni: nec præteritum tempus umquam revertitur, nec quid ſequatur, ſciri poteſt. Quod cuique temporis ad vivendum datur, eo debet eſſe contentus. Neque enim hiſtrioni, ut placeat, peragenda eſt fabula; modo, in quocumque fuerit actu, probetur: neque ſapienti uſque ad PLAUDITE vivendum. Breve enim tempus ætatis ſatis eſt longum ad bene honeſteque vivendum.* Et in eadem re frequentatur hiſtrionis et fabulæ agendæ comparatio: v. c. Senecæ Epiſt. LXXV: *Quomodo fabula, ſic vita: non quam diu, ſed quam bene acta ſit, refert. Nihil ad rem pertinet, quo loco deſinas: quocumque voles, deſine: tantum bonam clauſulam impone.* Epicteti Diſſ. IV. 1. p. 574. Enchiridio Cap. XVII. Ariſtonis Chii apud Diog. Laert. VII. 160. M. Antonini III. 8. ubi ad illum Menagius, ad hunc Gatakerus, plura annotarunt. Plane egregia et ad rem præſentem conveniens eſt admonitio Ariſtidis Orat. Funebri in Eteoneum T. I. p. 79: —βίος δὲ πᾶς ἀνθρώπων βραχὺς, καὶ οὐ πολλοῦ τινος ἄξιος εἰς ἀριθμοῦ λόγον· ἀλλ' ἐάν τε Ἀργανθώνιον, ἐάν τε Τιθωνὸν λέγῃ τις, ἐάν τε τὸν τὰς τρεῖς γενεὰς διαρκέσαντα Νέστορα τὸν Πύλιον, πάντας τούτους τοὺς χρόνους συνθεὶς, [illegible] ἔλαττον μέρος ὄντως τοῦ παντὸς αἰῶνος, ἢ ὥστε εἰπεῖν· οὐ δεῖ δὴ φιλοψυχεῖν, οὐδὲ τὴν εὐδαιμονίαν ταύτῃ μετρεῖν, ἥτις ὡς πλεῖστα ἔχει πράγματα, οὐδ' [illegible]

τις μακροῦ γήρως ἀπέλαυσεν, οἵα δὴ ἀπολαύειν εἰώθασιν ἄνθρωποι· ἀλλ' ἡγοῦνται τούτῳ κάλλιστ' ἔχειν, ὅστις τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ τοῦ βίου μοῖραν ἐν τοῖς καλλίστοις ἐξέπλησε· καὶ ὅστις ὥσπερ ποιητὴς ποθούντων ἔτι ἀκούειν καὶ ὁρᾷν κατέλυσε τὸ δρᾶμα.

111. B. Διὰ τοῦτο γοῦν τοὺς ὑπερoχωτάτους—παρέδοσαν ἡμῖν.] Dion Chryſ. Or. XXIX. p. 297. C: ἔτι δὲ τῶν παλαιῶν τοὺς ἐξοχωτάτους ἀκούομεν, οὐδένα αὐτῶν ἐπὶ πολὺ ἐλθόντα τοῦ βίου· Πάτροκλόν τε καὶ Ἀντίλοχον, ἔτι δὲ Σαρπηδόνα καὶ Μέμνονα, καὶ Ἀχιλλέα καὶ Ἱππόλυτον· τούς τε Βοιωτοὺς Ὦτον καὶ Ἐφιάλτην, οὓς μεγίστους καὶ καλλίστους γενέσθαι φησὶν Ὅμηρος μετὰ Ὠρίωνα, αὐτόν τε ἐκεῖνον. Ἀλλ' οἱ μὲν δι' ἀφροσύνην ἀπώλοντο· τοὺς δ' ἄλλους οὓς εἶπον, θεῶν παῖδας καὶ ἀπογόνους εἶπον. Οὐκ ἂν οὖν οἱ θεοὶ τοῖς αὑτῶν παισὶ, καὶ οὓς μάλιστα ἐφίλουν, ταχεῖαν ἐποίησαν τελευτὴν, εἰ μὴ ἀγαθὸν τοῖς ἀνθρώποις τοῦτο ἐτίθεντο. Diſerte in eamdem ſententiam diſſerit Philo Judæus, Quis Rerum Div. Hæres p. 522. A: ὑπισχνεῖται δὲ τῷ τοιαύτην ἄγοντι εἰρήνην καλὸν γῆρας, οὐ τὸ μακρὸν πολυχρόνιον, ἀλλὰ τὸ μετὰ φρονήσεως ζῆν· τὸ γὰρ εὐήμερον πολυετίας κρεῖττον, ὅσῳ καὶ βραχύτερον (rectius βραχύ τι) φῶς σκότους αἰωνίου· μίαν γὰρ ἡμέραν ὑγιαινόντως, εἶπε προφήτης ἀνὴρ, βούλεσθαι βιῶναι μετὰ ἀρετῆς ἢ μυρία ἔτη ἐν σκιᾷ τοῦ θανάτου, σκιὰν τὸν φαῦλον αἰνιττόμενος βίον· item De Præm. et Pœn. p. 927. C—E. quam dictionem Mangeyus et Daviſius opportune comparant cum Cicerone Tuſc. V. 2: *Eſt autem unus dies bene et ex præceptis tuis (Virtutis) actus, peccanti immortalitati anteponendus.*

111. B. —ὃν περὶ κῆρι φίλει—] Amphiaraum: Odyſſ. O. 245. Idem exemplum adfert Æſchines qui dicitur in Axiocho p. 730. C.

111. B. εὐγηρίαν] Definit Ariſtoteles Rhetor. I. 5: εὐγηρία δέ ἐστι βραδυτὴς γήρως μετ' ἀλυπίας· οὔτε γὰρ εἰ ταχὺ γηράσκει, εὔγηρως· οὔτ' εἰ μόγις μὲν, λυπηρῶς δέ· ἔστι δὲ καὶ ἐκ τῶν τοῦ σώματος ἀρετῶν καὶ τύχης· μὴ ἄνοσος γὰρ ὢν μηδὲ ἰσχυρὸς, οὐκ ἔσται ἀπαθὴς, οὐδ' ἄλυπος καὶ πολυχρόνιος, οὔτ' ἂν εὐτυχὴς διαμείνειεν. Ἔστι δέ τις καὶ χωρὶς ἰσχύος καὶ ὑγιείας ἄλλη δύναμις μακροβιότητος: πολλοὶ γὰρ ἄνευ τῶν τοῦ σώματος ἀρετῶν μακρόβιοί εἰσιν. Adjectivo nomine εὔγηρος utitur Hiſt. Animal. IX. 12. de avibus, εὔβιοτοι δὲ καὶ εὐήθεις, καὶ εὔτεκνοι καὶ εὔγηροι. Stoicus apud Stobæum Eclog. Ethic. p. 171: ἔτι δὲ τῶν

ἀγαθῶν τὰ μὲν εἶναι ἄμικτα, οἷον ἐπιςήμην· τὰ δὲ μεμιγμένα, οἷον εὐτεκνίαν, εὐγηρίαν, εὐζωΐαν· ἔςι δὲ ἡ μὲν εὐτεκνία χρῆσις τέκνοις κατὰ φύσιν ἔχουσι σπουδαία· ἡ δ' εὐγηρία χρῆσις σπουδαία γήρα κατὰ φύσιν ἔχοντι. Si quid mutandum in hac lectione, legendum γήραϊ· cæterum hæc lectio Canterianæ editionis præferenda eſt lectioni a doctiſſimo Heerenio receptæ —ἔςι δ' ἡ μὲν εὐτεκνία χρῆσις τέκνων κατὰ φύσιν ἔχουσα σπουδαία· ἡ δ' εὐγηρία χρῆσις σπουδαία γήραιος κατὰ φύσιν ἔχουσα. Neque enim quæritur quid ſit σπουδαία εὐτεκνία, aut σπουδαία εὐγηρία; ſed quid ſit εὐτεκνία, quid εὐγηρία, ſimpliciter; nam jam ipſæ per ſe ſunt σπουδαῖαι. Deinde χρῆσίς τινι exquiſite dicitur pro χρῆσίς τινος, nomine verbali retinente vim verbi ſui: quem uſum notavimus ad p. 20. E. Sic apud eumdem Stobæum p. 183: εὐγηρεῖν τε μόνον καὶ εὐθανατεῖν τὸν σπουδαῖον· εὐγηρεῖν γὰρ εἶναι τὸ μετὰ ποιοῦ γήρως διεξάγειν κατ' ἀρετήν·— Congruenter huic præcepto diſſerit Philo Jud. Quis Rer. Div. Hæres p. 522. A: Μωσῆς· ὃν—ἀναγράφει γήρᾳ χρησάμενον καλῷ, τῶν πρὸ αὐτοῦ σχεδὸν ἁπάντων ὀλιγοχρονιώτατον εἰσήγαγε, φιλοσοφῶν καὶ διδάσκων ἡμᾶς τίς ὁ πρὸς ἀλήθειαν εὐγηρώς ἐςιν· ἵνα μὴ παλαιὸν τῦφον ἐπὶ τοῦ φανεροῦ σώματός ποτε ἀναδεξώμεθα γέμοντα αἰσχύνης καὶ πολλῶν ὀνειδῶν, ἀλλ' εὐβουλίαν καὶ ςαθερότητα ψυχῆς ἰδόντες, τὸ γέρως ἀδελφὸν καὶ παρώνυμον καλὸν γῆρας ἐπιφημίσωμέν τε καὶ μαρτυρήσωμεν. Δογματικῶς οὖν ἄγει, κατὰ τὸν νομοθέτην, μόνον τὸν ἀςεῖον εὔγηρων καὶ μακροβιώτατον, ὀλιγοχρονιώτατον δὲ τὸν φαῦλον ἀποθνήσκειν μανθάνοντα, μᾶλλον δὲ τὴν ἀρετῆς ζωὴν ἤδη τετελευτηκότα: ratio diſputationis videtur requirere, φανερὸν τῦφον ἐπὶ τοῦ παλαιοῦ σώματος, *ſplendidum faſtum in vetuſto corpore:* porro ἀμαθαίνοντα, pro μανθάνοντα, quod Mangeyus mutatum voluit in λανθάνοντα. Idem De Præm. et Pœn. p. 927. D: κρίνεται γὰρ οὐ ποσότητι ἀλλὰ ποιότητι ἡ ἀρετὴ καὶ τὸ καλόν· ὅθεν ἰσότιμον καὶ ὅλῳ βίῳ, σοφοῦ καὶ μίαν ἡμέραν ὑπέλαβεν εἶναι κατορθουμένην· ita hic locus legendus. Exſtat εὔγηρος apud Suidam, et Heſychium in voce Εὐγηρότατος: apud hunc et altera forma εὔγηρως in voce Εὐαίων: item in Plutarchi Or. II. De Virt. Alex. p. 343. C: Dion. Chryſ. Or. XII. p. 194. C: non in εὔγηρως mutandum.

111. C. —κατὰ Σιμωνίδην—ςιγμή τις] Hujus mentionis

auctoritate in Simonidis reliquiis poſuit Fulvius Urſinus p. 181. Dictionem notavimus p. 13. A.

111. C. τῶν ζώων ἐκείνων, ἅπερ ἱστοροῦσιν περὶ τὸν πόντον—] Ariſtoteles Hiſt. Animal. V. 19. cujus auctoritatem citat Cicero Tuſc. I. 39. ſecutus tamen, ut puto, Crantorem: *Apud Hypanim fluvium, qui ab Europæ parte in pontum influit, Ariſtoteles ait beſtiolas quaſdam naſci, quæ unum diem vivant. Ex his igitur hora octava quæ mortua eſt, provecta ætate mortua eſt: quæ vero occidente ſole, decrepita: eo magis ſi etiam ſolſtitiali die. Confer noſtram longiſſimam ætatem cum æternitate; in eadem propemodum brevitate, qua illæ beſtiolæ, reperiemur.* Plura notarunt de hoc genere Daviſius h. l. Gatakerus ad M. Antonin. IV. 35. et Beckmannus ad Antigoni Caryſtii Hiſtor. Admirab. Cap. XCII.

111. D. Οὐ γὰρ νομοθετήσοντες—θεσμοῖς] Seneca Epiſt. XCIII: *Hæc paria ſunt: non eris, nec fuiſti. Utrumque tempus alienum eſt. In hoc punctum conjectus es: quod ut extendas, quouſque extendes? Quid fles? quid optas? perdis operam. Deſine fata Deum flecti ſperare precando.* (Æneid. VI. 376.) *Rata et fixa ſunt, atque magna et æterna neceſſitate ducuntur. Eo ibis, quo omnia eunt. Quid tibi novum eſt? ad hanc legem natus es: hoc patri tuo accidit, hoc matri, hoc majoribus, hoc omnibus ante te, hoc omnibus poſt te. Series invicta et nulla mutabilis ope illigat ac trahit cuncta.* Huc addatur Epictetus apud Stob. Flor. CVI. p. 571. ſeq. in Fragm. Uptoni p. 784.

111. E. τοὺς οὕτως ἀποθανόντας—] Quare οὕτως? An fortaſſe ſcripſit αὑτοῖς, *ſuos mortuos, eos qui ipſis moriuntur.*

111. E. —ἑαυτῶν ἕνεκα πενθοῦσιν ἢ τῶν ἀποθανόντων—] Et hæc eſt una e ſolemnibus in conſolando luctu argumentationibus. Cicero Tuſc. I. 46: *conceſſeras enim, nullo in malo mortuos eſſe. Sed ob eam cauſſam contendi ut plura dicerem, quod in deſiderio et luctu hæc eſt conſolatio maxima. Noſtrum enim et noſtra cauſſa ſuſceptum dolorem modice ferre debemus, ne noſmet ipſi amare videamur. Illa ſuſpicio intolerabili dolore cruciat, ſi opinamur eos, quibus orbati ſumus, eſſe cum aliquo ſenſu in his malis quibus vulgo opinantur.*

Opportune Daviſius huc adhibuit et hunc Plutarchi locum et Ciceronis, Amicit. III: *—me ipſe conſolor, et maxime illo ſolatio, quod eo errore careo, quo amicorum deceſſu plerique angi ſolent. Nihil enim mali Scipioni accidiſſe puto: mihi accidit, ſi quid accidit: ſuis autem incommodis angi, non amicum, ſed ſe ipſum amantis eſt.* Bruto I. de Hortenſii obitu: *—illius vero mortis opportunitatem benevolentia potius quam miſericordia proſequamur, ut quotieſcumque de clariſſimo et beatiſſimo viro cogitemus, illum potius quam noſmetipſos diligere videamur. Nam ſi id dolemus, quod eo jam frui nobis non licet; noſtrum eſt id malum: quod modice feramus, ne id non ad amicitiam, ſed ad domeſticam utilitatem referre videamur: ſin, tamquam illi acerbitatis aliquid acciderit, angimur; ſummam ejus felicitatem non ſatis grato animo interpretamur.* Ejuſdem rationis eſt illud in Epiſtola ad Titium Diverſ. V. 16: *Quare, ſi tibi unum hoc detrahi poteſt, ne quid iis, quos amaſti, mali putes contigiſſe, permultum erit ex mœrore tuo diminutum. Relinquetur enim ſimplex jam illa cura doloris tui, quæ non cum illis communicabitur, ſed ad te ipſum proprie referetur: in qua non eſt jam gravitatis ac ſapientiæ tuæ, quam tu a puero præſtitiſti, ferre immoderatius caſum incommodorum tuorum, qui ſit ab eorum, quos dilexeris, miſeria maloque ſejunctus.* Seneca Conſolat. ad Polybium Cap. XXVII: *Illud quoque magno tibi erit levamento, ſi ſæpe te ſic interrogaveris: Utrumne meo nomine doleo, an ejus qui deceſſit? Si meo; perit mea indulgentiæ jactatio, et incipit dolor hoc uno excuſatus quod honeſtus eſt, cum ad utilitatem reſpicit, a pietate deſciſcere. Nihil autem minus viro bono convenit, quam in fratris luctu calculos ponere. Si illius nomine doleo, neceſſe eſt alterutrum ex his duobus eſſe judicem. Nam ſi nullus defunctis ſenſus ſupereſt, evaſit omnia frater meus vitæ incommoda, et in eum reſtitutus eſt locum, in quo fuerat, antequam naſceretur, et expers omnis mali, nil timet, nil cupit, nil patitur. Quis eſt iſte furor, pro eo me numquam dolere deſinere, qui numquam doliturus eſt? Si eſt aliquis defunctis ſenſus, nunc animus fratris mei, velut ex diutino carcere emiſſus, tandem ſui juris et arbitrii, geſtit, et rerum naturæ ſpectaculo fruitur, et hu-*

menta omnia ex ſuperiore deſpicit: divina vero, quorum rationem tamdiu fruſtra quæſierat, propius intuetur. Quid itaque ejus deſiderio maceror, qui aut beatus, aut nullus eſt? Beatum deflere, invidia eſt: nullum, dementia.

111. E. —ἀρχαίῳ καὶ σοφῷ πεισθέντες λόγῳ—τὰ κακὰ συστέλλειν καὶ ταπεινοῦν] Hic videtur eſſe ille λόγος ſupra poſitus p. 103. A.

111. F. τινα τῶν ἀρχαίων φιλοσόφων εἰσιόντα πρὸς Ἀρσινόην τὴν βασίλισσαν—] Ex multis, quæ hoc nomine feruntur, reginis, forte hæc fuerit ἡ πάνυ Ptolemæi Philadelphi et ſoror et conjux. Ad hanc quoque referam quod prodit Diogenes Laertius V. 60. Stratonis Ἐπιστολαί, ὧν ἀρχὴ, Στράτων Ἀρσινόῃ εὖ πράττειν: et Xenocratis, cognati cognominis Academici IV. 15: ὁ συγγενὴς ἅμα καὶ πολίτης τῷ προειρημένῳ φιλοσόφῳ· φέρεται δὲ αὐτοῦ λόγος Ἀρσινοητικὸς, γεγραμμένος περὶ Ἀρσινόης ἀποθανούσης. Suaviſſima fabula plane ad captum mulieris. Igitur eamdem ſuæ ipſe conjugi in luctu adhibuit, auctorem laudans Æſopum, Plutarchus in Conſolat. ad Uxorem p. 609. E. Exemplum admonitionis ſecutus eſt jam ante Arſinoæ tempora Pythagoras, ut ex auctore non nominato, vel Ariſtoxeno, vel Dicæarcho, refert Jamblichus De Vita Pythag. §. 122, 123: φασὶ γὰρ, ἐπιτεινούσης μέν ποτε παρὰ τοῖς Κροτωνιάταις ὁρμῆς, πολυτελεῖς ποιεῖσθαι τὰς ἐκφορὰς καὶ ταφὰς, εἰπεῖν τινα πρὸς τὸν δῆμον ἐξ αὐτῶν ὅτι Πυθαγόρου διεξιόντος ἀκούσαιεν ὑπὲρ τῶν θείων· ὡς οἱ μὲν Ὀλύμπιοι ταῖς τῶν θυόντων διαθέσεσιν, οὐ τῷ τῶν θυομένων πλήθει προσέχουσιν· οἱ δὲ χθόνιοι τοὐναντίον, ὡς ἂν ἐλαττόνων κληρονομοῦντες, τοῖς κώμοις καὶ θρήνοις, ἔτι δὲ ταῖς συνεχέσι χοαῖς, καὶ τοῖς ἐπιφορήμασι, καὶ τοῖς μετὰ μεγάλης δαπάνης ἐναγισμοῖς χαίρουσιν. Ὅθεν κατὰ τὴν προαίρεσιν τῆς ὑποδοχῆς Πλούτωνα καλεῖσθαι τὸν Ἅδην· καὶ τοὺς μὲν ἀφελῶς αὐτὸν τιμῶντας ἐᾶν κατὰ τὸν ἄνω κόσμον χρόνιον· ἀπὸ δὲ τῶν ἐκκεχυμένως πρὸς τὰ πένθη διακειμένων ἀεί τινα κατάγειν ἕνεκα τοῦ τυγχάνειν τιμῶν τῶν ἐπὶ τῆς μνήμης γινομένων. Ἐκ δὲ τῆς συμβουλίας ταύτης ὑπόληψιν ἐμποιῆσαι τοῖς ἀκούουσιν ὅτι μετριάζοντες ἐν τοῖς ἀτυχήμασι, τὴν ἰδίαν σωτηρίαν διατηροῦσιν· ὑπερβάλλοντες δὲ τοῖς ἀναλώμασι, ἅπαντες πρὸ μοίρας καταστρέψουσι. Quædam hujus loci partes animadvertendæ ſunt nobis: primum κώμοις, *comiſſationibus*, non eſt hic

locus, ſed *κομμοῖς*, *planctibus*: deinde ἐναγισμοῖς, quod Kuſterus probavit ex Arcerii admonitione, habet etiam collatio mea ex Gronovianis mihi libris emta, pro vulgato ἐναγιασμοῖς: tum χρόνιον mutandum in χρονίους. Eamdem fabulam ſignificavit Sotion ap. Stob. Florileg. Tit. CVI. p. 571: Μῦθός τις περιφέρεται γυναικός· ὅτι ἡ λύπη παρ' οἷς ἂν τρέφεται καὶ αὔξεται, παρ' ἐκείνοις ἡδέως καὶ μένει.

p. 112. A. τοῖς δαίμοσι] In D. deeſt: B. dat hujus loco δαιτύμοσι. Vulgata potior habenda.

112. B. πότερα παύσῃ ποτὲ—] Vide notata ad p. 111. E. et 114. E. at priore loco citatus Seneca Conſolat. ad Polyb. XXVII.

112. C. Ὃ οὖν μέλλεις τῷ χρόνῳ χαρίζεσθαι—] Alia hæc eſt ratio in Conſolationibus celebrata, *temporis medicinam ratione præcipere.* Cicero ad Titium Ep. Diverſ. V. 16: *Nam quod allatura eſt ipſa diuturnitas, quæ maximos luctus vetuſtate tollit, id nos præcipere conſilio prudentiaque debemus.* Servius Sulpicius ad Ciceronem ibid. IV. 5: *Nullus dolor eſt, quem non longinquitas temporis minuat et molliat. Hoc te exſpectare tempus tibi turpe eſt, ac non ei rei ſapientia tua te occurrere.* Seneca Epiſt. LXIII: *Scio quidem pertritum hoc jam eſſe, quod adjecturus ſum: non tamen ideo prætermittam, quia ab omnibus dictum eſt. Finem dolendi etiam qui conſilio non fecerat, tempore invenit: turpiſſimum autem eſt in homine prudente remedium mœroris, laſſitudo mœrendi.* Epictetus Fragment. p. 781: Τοὺς ἄφρονας ὁ χρόνος, τοὺς δὲ φρονίμους ὁ λόγος τῆς λύπης ἀπαλλάττει. Julianus Epiſt. XXXVII. p. 413. D. in conſolando Amerio: Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀκέων ἐδεῖτο Δαρεῖος, ἀνὴρ βάρβαρος καὶ ἀπαίδευτος, ἔκδοτος ἡδονῇ καὶ πάθει· σὲ δὲ ἄνδρα Ἕλληνα καὶ παιδείαν ἀληθῆ πρεσβεύοντα, καὶ παρὰ σαυτοῦ εἰκὸς ἔχειν τὸ ἄρχειν· (ita enim collocanda ſunt verba:) ἐπεὶ καὶ ἄλλως αἰσχύνη τοῦ λογισμοῦ γένοιτ' ἄν, εἰ μὴ ταυτὸν δύναιτο τῷ χρόνῳ. Choricius Sophiſta in Orat. Funebri in Procop. Gaz. §. 30: apud Fabricium Bibl. Gr. Vol. VIII. p. 856: ἰδιώτῃ μὲν γὰρ φάρμακον λύπης ἔστω ὁ χρόνος· ὁ δὲ διὰ μούσης ἐλθὼν, καὶ θείων γευσάμενος ἀκουσμάτων, μή μοι τοιαύτην θεραπείαν ἀναμενέτω· δεῖ γὰρ τῆς ἰατρείας τοῦ χρόνου τὰ τοῦ λογισμοῦ φάρμακα προηγήσασθαι.—Τοῦ δὲ χάριν

ποιοῦμεν τὰς τῶν παλαιῶν ἐκμανθάνοντες τύχας; Οὐ γὰρ ἵνα τὸν χρόνον ἀνόνητον δαπανῶμεν, ἀλλ' ὅπως, οἶμαι, τήν τε ἄλλην ἐκεῖθεν ὠφέλειαν δρεψώμεθα, καὶ τοιούτου συμβάντος καιροῦ πρὸς ἄνδρας ἴσα πεπονθότας ἡμῖν, ἢ πικρότερα πάθη, τὸν νοῦν ἀναφέροντες οὕτως οἴσομεν ῥᾷον. Laudavit hanc ſententiam Choricii jam Iſ. Caſaubonus ad Polybium T. I. p. 726. edit. Erneſt.

112. D. οὐθένειαν] Videatur nota ad p. 110. A.

112. D. 'Εγὼ δὲ τοῦτο παρὰ σοφοῦ—] Euripidis ex Theſeo, cujus loci partem item citat Galenus De Dogmate Hippocratis et Galeni, edit. Charter. Lib. IV. 7. T. V. p. 151: edit. Baſil. T. I. p. 285. ex diſputatione Poſidonii adverſus Chryſippum. Ex Poſidonio multa tranſtulit Cicero in Tuſculanarum libros, in quo numero etiam hoc cenſeo III. 14: *Hæc igitur præmeditatio futurorum malorum lenit eorum adventum, quæ venientia longe ante videris. Itaque apud Euripidem a Theſeo dicta laudantur: licet enim, ut ſæpe facimus, in Latinum illa convertere:*

Nam qui hæc audita a docto meminiſſem viro,
Futuras mecum commentabar miſerias;
Aut mortem acerbam aut exſili mœſtam fugam;
Aut ſemper aliquam molem meditabar mali;
Ut ſi qua invecta diritas caſu foret,
Ne me imparatum cura laceraret repens.

Sed operæ pretium eſt totum locum Ciceronis cum tota Poſidonii diſputatione comparare, quod nobis nunc longum eſt. Euripidis ῥῆσιν vertit et Grotius in Excerptis p. 389. relata in fragmentis edit. Muſgrav. p. 591. attigit Valckenarius ad Phœniſſ. 610. ad Hippolyt. 1043. Diatrib. p. 28. Cæterum verſu ſecundo eadem lectio exſtat in Galeno, Εἰς φροντίδας νοῦν συμφοράς τ' ἐβαλλόμην: et poteſt accipi per ἓν διὰ δυοῖν pro εἰς φροντίδας συμφορῶν, *in cogitationem malorum animum conjeci.* Neque tamen diſſimulanda eſt noſtra ſuſpicio. Pro νοῦν habent εἰς Ald. Baſ. Xyl. D. E. Z. Venet. Voſſ. eamdem vocem plane omittit A: et in B. omnino duo priores verſus deſunt: C. dat Εἰς συμφορὰς εἰς φροντίδας ἐβαλλόμην: Periz. Εἰς συμφορὰς φροντίδας ἐβαλλόμην. Sic ex vetere corrupta plurimorum librorum ſcriptura Εἰς φροντίδας εἰς συμφορὰς ἐβαλλόμην, vera et ſana vide-

tur emergere Εἰς φροντίδ' ἀεὶ συμφορὰς ἐβαλλόμην: et convenit cum loquendi ratione, in qua notum eſt Homericum —σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσι. Nam quod Galeni exempla diſſentiunt a noſtra ratione: diſſentiunt eadem a Plutarcheis; ſiquidem Stephanus hanc lectionem primus e Galeno intulit: et omnino in Plutarcheis exemplis variæ lectiones oſtendunt veterem lectionem fuiſſe eam, quam diximus. In ultimo verſu dant νεαρὲς A. E. Venet. Voſſ. T: tum δάκοι N. Euripidis ſententiam imitatus eſt Græcus Comicus, quem ſequitur Terentius in Phormione II. 1. 11: unde Cicero l. l. ea appoſuit,

Quamobrem omnes, cum ſecundæ res ſunt maxume, tum maxume
Meditari ſecum oportet, quo pacto advorſam ærumnam ferant:
Pericla, damna; peregre rediens ſemper ſecum cogitet
Aut fili peccatum, aut uxoris mortem, aut morbum filiæ:
Communia eſſe hæc: ne quid horum umquam accidat novum:
Quid præter ſpem eveniet, omne id deputare eſſe in lucro.

Eamdem hujus ſcholæ partem attingit Seneca Epiſt. CVII. p. 419: *Effugere iſta non potes, contemnere potes; contemnes autem, ſi ſæpe cogitaveris et futura præſumſeris. Nemo non fortius ad id, cui ſe diu compoſuerat, acceſſit, et duris quoque, ſi præmeditata erant, obſtitit. At contra imparatus, etiam leviſſima expavit. Id agendum eſt, ne quid nobis inopinatum ſit. Et quia omnia novitate graviora ſunt, hæc cogitatio aſſidua præſtabit, ut nulli ſis malo tiro.* Epictetus Diſſert. III. 24. p. 511: Εἶτα ἄν τι γένηται τῶν λεγομένων ἀβουλήτων, εὐθὺς ἐκεῖνο ἐπικουφίσαι σε, ὅτι οὐκ ἀπροσδόκητον. Μέγα γὰρ ἐπὶ πάντων τὸ Ἤδειν θνητὸν γεγεννηκώς. Ubi Uptonus opportune laudat Virgilianum Æn. VI. 103:

Non ulla laborum,
O virgo, nova mi facies inopinave ſurgit:
Omnia præcepi, atque animo mecum ante peregi.

112. E. κατὰ τὸν Ἀχαιὸν] Mez. annotavit Ἀλκαῖον, ſuſceptum quippe ex Amyoti verſione. *Achæus* unus e Tragicis quinque claſſicis ſatis cuique notus. Grotius dictum

ex hoc loco in reliquias ex Achæi Philoctete retulit Excerpt. Trag. p. 443. hoc modo —τί χρὴ Τὰ μὴ νοσοῦντα συννοσεῖν ἀναγκάσαι, ſola ductus conjectura.

112. E. ὁ Πλάτων ἔοικε παραινεῖν—ἀφανίζοντας.] Republ. X. p. 514. F: λέγει που ὁ νόμος, ὅτι κάλλιςον ὅτι μάλιςα ἡσυχίαν ἄγειν ἐν ταῖς ξυμφοραῖς, καὶ μὴ ἀγανακτεῖν· ὡς οὔτε δήλου ὄντος τοῦ ἀγαθοῦ τε καὶ κακοῦ τῶν τοιούτων, οὔτε εἰς τὸ πρόσθεν οὐδὲν προβαῖνον τῷ χαλεπῶς φέροντι, οὔτε τι τῶν ἀνθρωπίνων ἄξιον ὂν μεγάλης σπουδῆς· ὅ, τε δεῖ ἐν αὐτοῖς ὅτι τάχιςα παραγίνεσθαι ἡμῖν, τούτῳ ἐμποδὼν γιγνόμενον τὸ λυπεῖσθαι. Τίνι, ἦ δ' ὅς, λέγεις· Τῷ βουλεύεσθαι, ἦν δ' ἐγὼ, περὶ τὸ γεγονὸς καὶ ὥσπερ ἐν πτώσει τῶν κύβων πρὸς τὰ πεπτωκότα τίθεσθαι τὰ αὑτοῦ πράγματα, ὅπη ὁ λόγος αἱρεῖ (ita leg. pro ἐρεῖ) βέλτις' ἂν ἔχειν· ἀλλὰ μὴ προσπταίσαντας, καθάπερ παῖδας, ἐχομένους τοῦ πληγέντος ἐν τῷ βοᾷν διατρίβειν· ἀλλ' ἐθίζειν τὴν ψυχὴν ὅτι τάχιςα γίγνεσθαι πρὸς τὸ ἰᾶσθαί τε καὶ ἐπανορθοῦν τὸ πεσόν τε καὶ νοσῆσαν, θρηνῳδίαν ἀφανίζοντα. Poſtremæ partis imitatio exſtat in dicto Lacænæ Gyrtiadis α'. p. 240. E. Eamdem admonitionem paucis memorat Plutarchus De Animi Tranq. p. 467. A: κυβείᾳ γὰρ ὁ Πλάτων τὸν βίον ἀπείκασεν, ἐν ᾧ καὶ βαλεῖν δεῖ τὰ πρόσφορα, καὶ βαλόντα, χρῆσθαι καλῶς τοῖς πεσοῦσι. Bis appoſuit Stobæus Florileg. Tit. CIX. p. 579. et Tit. CXXIV. p. 619. Duplex comparatio, altera *vitæ cum alea:* Sophocles ap. Stob. Geſn. p. 570. Grot. p. 457: Στέργειν δὲ τ' ἀμπέσοντα καὶ θέσθαι πρέπει, Σοφὸν κυβευτὴν, ἀλλὰ μὴ ςένειν τύχην. Alexis ibid. Geſn. 560. Grot. 431: Τοιοῦτο τὸ ζῆν ἐςιν, ὥσπερ οἱ κύβοι, Οὐ ταυτ' ἀεὶ πίπτουσιν· οὐδὲ τῷ βίῳ Ταυτὸν διαμένει σχῆμα, μεταβολὰς δ' ἔχει. Socrates ibid. p. 618: Πεττείᾳ τινὶ ἔοικεν ὁ βίος· καὶ δεῖ ὥσπερ ψῆφόν τινα τίθεσθαι τὸ συμβαῖνον· οὐ γάρ ἐςιν ἄνωθεν βαλεῖν οὐδὲ ἀναθέσθαι τὴν ψῆφον: ubi recte antepenultimum in margine poſuit Geſnerus, corrigens ita vulgatum θέσθαι. Epictetus Diſſert. II. 5. p. 186: Πῶς οὖν τηρήσει τις ἅμα μὲν τὸ εὐςαθὲς καὶ ἀτάραχον, ἅμα δὲ τὸ ἐπιμελὲς καὶ μὴ εἰκαῖον μηδ' ἐπισεσυρμένον; Ἂν μιμῆται τοὺς κυβεύοντας. Αἱ ψῆφοι ἀδιάφοροι. Πόθεν οἶδα τί μέλλει πίπτειν; Τῷ πεσόντι δ' ἐπιμελῶς καὶ τεχνικῶς χρῆσθαι, τοῦτο ἤδη ἐμὸν ἔργον ἐςίν. Ubi Uptonus ſimilia aliorum quædam notavit, ut item Gatakerus ad M. Antonin. VII. 38. A Menandro habuit

Terentius Adelph. IV. 7. 21: *Ita vita 'ſt hominum, quaſi quum ludas teſſeris: Si illud, quod maxime opus eſt jactu, non cadit: Illud, quod cecidit forte, id arte ut corrigas.* Altera eſt comparatio calamitatis cum plaga, quam non puerorum more plorando *retinere* debemus, hoc eſt, ἔχεσθαι τοῦ πληγέντος, ſed ſanare. Subeſt quædam comparatio pugilatus, quam ab hoc Platonis exemplo ductam amplificavit Demoſthenes Or. Philipp. I. p. 19. B: ὥσπερ δὲ οἱ βάρβαροι πυκτεύουσιν, οὕτω πολεμεῖτε Φιλίππῳ· καὶ γὰρ ἐκείνων ὁ πληγεὶς, ἀεὶ τῆς πληγῆς ἔχεται· κἂν ἑτέρωσε πατάξῃ τις, ἐκεῖσε εἰσὶν αἱ χεῖρες· προβάλλεσθαι δὲ ἢ βλέπειν ἐναντίον οὔτε οἶδεν, οὔτ' ἐθέλει. Verſatur in eadem comparatione et Platonici exempli imitatione Plutarchus De Sui Laude p. 541. A: item Dion Chryſ. Or. VIII. p. 133. D. comparans labores et calamitates *canibus*, οἳ τοὺς μὲν φεύγοντας ἐπιδιώκουσι καὶ δάκνουσιν καὶ διέσπασαν οὓς κατέλαβον· τοὺς δὲ ἐπιόντας καὶ μαχομένους φοβοῦνται καὶ ἀναχωροῦσι, τελευτῶντες δὲ σαίνουσιν, ἐπειδὴ εὐήθεις γένωνται· οἱ δὲ πολλοὶ ἄνθρωποι ἐκπεπληγμένοι αὐτοὺς καὶ ἀεί ποτε φεύγοντες κρίνουσιν (forte ἐκκλίνουσιν, ab antecedente ες abſorpto ἐκ) οὐδέποτε ἐναντίον βλέποντες. Καὶ γὰρ δὴ ὥσπερ οἱ πυκτεύειν εἰδότες, ἐὰν μὲν προλάβωσι τὸν ἀνταγωνιστὴν, οὐ παύονται τὴν ἀρχὴν, πολλάκις δὲ καὶ ἐπέβησαν αὐτοὶ καταβάλλοντες· ἐὰν δὲ ἀποχωρῶσι φοβούμενοι, τότ' ἰσχυροτάτας πληγὰς λαμβάνουσιν· οὕτως ἐὰν μέν τις τοὺς πόνους δέχηται καταφρονῶν καὶ πλησιάζῃ προθύμως, οὐ πάνυ ἰσχύουσι πρὸς αὐτόν· ἐὰν δὲ ἀφιστῆται καὶ ἀναχωρῇ, τῷ παντὶ μείζους καὶ σφοδρότεροι δοκοῦσιν.

112. F. Λυκίων—] Valerius Maximus II. 6. Extern. 13: *—Lycii, cum iis luctus incidit, muliebrem veſtem induunt; ut deformitate cultus commoti, maturius ſtultum projicere mœrorem velint.*

p. 113. A. οἱ βάρβαροι τῶν Ἑλλήνων—] Hinc βαρβαρικὰ πένθη p. 114. D. et notavimus ad 102. A: adeantur Ælianus Var. Hiſt. VII. 8. ibique Perizonius: Valerius Maximus II. 6. Ext. 14: De Naturarum differentia in Europæis et Aſianis populis Hippocrates περὶ ἀέρων, ὑδάτων, καὶ τόπων §. 76. et nuperrimus editor, Græcorum erudititiſſimus, Corayus.

113. A. —εἴπερ ἄρα] *ſi forte*, Reiſkius mutare volebat

in Πέρσαι καὶ Ἄραβες: quod plane habet ſignificationem criticæ Reiſkianæ, cujus magna pars fuit geſtiens libido mutandæ veteris quamvis bonæ lectionis. Legerat quidem, ut erat multæ homo lectionis, hanc particulam alibi: nunc ejus, ad oblatam ſpeciem ſimilitudinis, oblitus *Perſas* nobis et *Arabes* non deſiderantibus effingit. Quo magis operæ pretium facturi videmur, ſi hac particula explicanda caveamus, ne ejus ignoratio minus etiam doctis in poſterum obſit. Eſt igitur ejus vis et elliptica, et affirmationem aliquantum minuens ac relaxans: hoc loco ita exponenda, *magis Ægyptii, Syri, Lydi, ac ne hi quidem omnes temere*: vel, *magis fortaſſe Æg. S. L.: ſi quidem hi tales ſint*. Plutarchus Plat. Quæſt. p. 1009. F: οὐ γὰρ ἐκ τούτων ὁ λόγος, ἀλλ', εἴπερ ἄρα, διὰ τούτων καὶ οὐκ ἄνευ τούτων περαίνεσθαι πέφυκεν. Numa p. 62. D: ἢ τούτοις μὲν εἰκός ἐστι καὶ σπουδάζοντας θεοὺς ὁμιλεῖν ἐπὶ διδασκαλίᾳ καὶ παραινέσει τῶν βελτίστων· ποιηταῖς δὲ καὶ λυρικοῖς μινυρίζουσιν, εἴπερ ἄρα, χρῆσθαι παίζοντας· quo loco Salmaſius annotavit ad marginem, *ſi quando, ſi forte*. Muſonius ap. Stob. p. 18: ὅπερ ἂν παρέχοι σπήλαιον αὐτοφυὲς, ἔχον μετρίαν ὑπόδυσιν ἀνθρώπῳ, τοῦτο χρὴ παρέχειν ἡμῖν τὴν οἰκίαν, τοσοῦτον, εἴπερ ἄρα, περιττεύουσα, ὅσον καὶ ἀπόθεσιν τροφῆς ἀνθρωπίνης ἐπιτηδείαν ἔχειν. Dion Chryſ. Or. II. p. 24. B: οὐδέ γε ᾄδειν τὰ Σαπφοῦς ἢ Ἀνακρέοντος ἐρωτικὰ μέλη πρέπον ἂν εἴη τοῖς βασιλεῦσιν· ἀλλ', εἴπερ ἄρα, τῶν Στησιχόρου μελῶν ἢ Πινδάρου, ἐὰν ᾖ τις ἀνάγκη. VII. p. 125. C: διὰ ταῦτα, εἴπερ ἄρα, οὐ παντάπασιν ἀδίκως εὐθύνεται. XVIII. p. 259. A: καὶ γράφειν δὲ, οὐ ταῦτά σε ἀξιῶ τὰ σχολαστικὰ πλάσματα, ἀλλ', εἴπερ ἄρα, τινὰ τῶν λόγων—. XXXI. p. 332. C: ὁ μὲν γὰρ τετύχηκεν, εἴπερ ἄρα, τῆς τιμῆς—. 356. B: οὐδ' αὐτοὶ τοὺς εὐεργέτας αὐτοὺς ἑαυτῶν ἀδικεῖτε· ἀλλ', εἴπερ ἄρα, συνηδίκησθε αὐτοῖς. Lucianus De Conſcrib. Hiſtoria T. II. p. 26: τὸ γὰρ τοιοῦτον, εἴπερ ἄρα, ἡμῖν ἔδει καταλιπεῖν λογίζεσθαι, ἢ αὐτὸν εἰπεῖν. Œnomaus ap. Euſeb. Præp. Evang. VI. p. 260. B: ὁ δὲ Ζεὺς οὗτος, ἡ τῆς ὑμετέρας ἀνάγκης ἀνάγκη, τί ἡμᾶς τίννυται; ἀλλ' οὐκ, εἴπερ ἄρα, ἑαυτόν—; Euſebius ibid. III. p. 95. B: χρὴ γὰρ, εἴπερ ἄρα, ἀνθρώπους καὶ αὐτὰ ἡγεῖσθαι— *debemus enim et ipſa, ſi forte, animalia homines eſſe putare*. Themiſtius Or. IX. p. 124. C: τοῖς μὲν γὰρ πρὸς

ἰδιώτην χρηστὸν, ἢ, εἴπερ ἄρα, καὶ στρατηγὸν ἡ ἐξέτασις. Julianus Or. VIII. p. 251. B: δι' ὧν, εἴπερ ἄρα, χαλεποῖς ἔχαιρε. Syneſius Epiſt. XLVI: ἤρκει δὲ, εἴπερ ἄρα, τὸ μὴ συναπατᾶσθαι· τὸ δὲ καὶ προσαπάσαι, πόῤῥω δεινῶν. Simplicius Comment. in Ariſtot. Categor. p. 1. a. οὐ γὰρ ἡ Σωκράτους μορφὴ ἐν ὑποκειμένῳ ἐστὶ τῷ Σωκράτει· ἀλλ', εἴπερ ἄρα, τὰ τοῖς ἤδη τελείοις ἔξωθεν ἐπεισιόντα, ταῦτα ἂν εἴη ἐν ὑποκειμένοις αὐτοῖς. Idem Comment. in Phyſic. Auſcult. II. p. 63. a: —τὴν ποιητικὴν τῶν φυσικῶν αἰτίαν ὁ Ἀριστοτέλης παραλέλοιπε (vitioſe vulgo παρέλοιπε) τὴν ὕλην αὐτῶν καλεῖσθαι φύσιν καὶ τὸ εἶδος, καὶ, εἴπερ ἄρα, καὶ τὸ σύνθετον—. Hæc de ſolemni forma, quæ hoc loco exſtat. Sunt aliæ, vel pleniores, vel ad particulam εἰ relatæ, aliis adjunctis particulis. Veluti pleniore uſus eſt Plutarchus Bruto p. 1009. D: καὶ τὸν τρόπον τῆς τελευτῆς ὑπονοῆσαι δίδωσι, καὶ τὸ ἐπιστόλιον, εἴπερ ἄρα τῶν γνησίων ἐστίν. Themiſtius Or. XXXII. p. 359. D. citatus Stobæo p. 21: οὐχὶ οὖν ἐκκόπτειν αὐτὰ (τὰ δάκρυα) παράπαν χρεών· ἀμήχανον γάρ· ἀλλ', εἴπερ ἄρα εἴη, ἐπικόπτειν τε καὶ πραΰνειν— *ſed, ſi forte liceat, circumcidere ac lenire.* Breviori forma Ariſtophanes Nub. 227: Ἔπειτ' ἀπὸ ταῤῥοῦ τοὺς θεοὺς ὑπερφρονεῖς· Ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τῆς γῆς, εἴπερ· ubi Berglerus videatur, ſimile adferens exemplum ex Ranis 74: Τοῦτο γάρ τοι καὶ μόνον Ἔτ' ἐστὶ λοιπὸν ἀγαθόν εἰ καὶ τοῦτ' ἄρα. Plato Leg. II. p. 581. E: Οὔκ, ὠγαθὲ, προσέχων τούτῳ τὸν νοῦν, δρῶ τοῦτο, εἴπερ· i. e. *ſiquidem hoc facio.* X. p. 671. G: Καὶ τῶν μὲν προσήκειν ἡμῖν, εἴπερ, ὁπόσα φλαῦρα— ita diſtinguenda ſunt hæc verba: *et ad nos quidem pertinere quæcumque ſunt prava, ſiquidem ad quem pertineant: ad deos non niſi bona pertinere.* Ariſtoteles Polit. II. 7. p. 47. 1: χρησίμου δὲ οὔσης τῆς θρασύτητος πρὸς οὐδὲν τῶν ἐγκυκλίων, ἀλλ', εἴπερ, πρὸς τὸν πόλεμον—. Parmenid. p. 64. F. Rep. VI. p. 474. F. Scriptor Epiſtolæ Hippocratis XX. p. 19. D. Edit. Charter. κἀγὼ παρῄνεον θαῤῥεῖν, ὡς τάχα μὲν οὐδενὸς ἐόντος κακοῦ, πίσυνος ἐτησίαις ὥραις· εἰ δ' ἄρα, καί τινος βραχέος, εὐδιορθώτου· videtur ſcripſiſſe, εἰ δ' ἄρα, τινὸς βραχέος καὶ εὐδιορθώτου. Dion Chryſ. Or. LXXX. p. 669. B: χαλεπὴ μὲν ἄλλως καὶ δυσμενὴς καὶ ἐπίβουλος ἰδεῖν· εἰ δ' ἄρα, καὶ μειδιῶσα προσαπαντᾷ, σαρδόνιον μάλα τοῖον. Diogenianus ap. Euſeb. Præp. Evang. VI. p. 265. A: ποῦ τοίνυν δ' αὐτῶν

σημαίνεται τὰ πάντα ἁπαξαπλῶς καθ' εἱμαρμένην εἶναι, καὶ μὴ, εἰ ἄρα, ταῦτα μόνα ὧν ἐςιν εἱμαρμένη. Ariſtides T. I. p. 484: —δεῖν μάλιςα μὲν, εἰ οἷόν τε, σκοπεῖν ὅπως μὴ συμβήσεται· εἰ δ' ἄρα, τὴν ταχίςην ἀπαλλάτἱεσθαι. Ibidem p. 516: οἶμαι μὲν οὐχ οὕτω τοῦτο ἔχειν· εἰ δ' ἄρα, συγΓνώσεσθε. Similis eſt formæ εἴ πω, εἴ ποτε, *ſicubi*, *ſiquando*. Hæc noſtra conjungantur cum Hoogeveenianis Doctrin. Particul. p. 362, 363. Græcæ formulæ reſpondet Latina *ſi forte*, quam notavit Muretus Var. Lect. XVI. 9. eam comparans cum εἰ τύχοι: et rectius cum εἴπερ ἄρα contulit Vechnerus Hellenolexias p. 546. Ciceronis adferens De Or. III. 12: *Ex quo vereor ne nihil ſim tui niſi ſupploſionem pedis imitatus, et pauca quædam verba, et aliquem, ſi forte, motum.* Ex eodem genere eſt Terentianum Phorm. V. 1. 20: *Neſcio; verum, ſi forte, dico.* Sed ex diverſo Hecyr. III. 1. 50: nec huc revocanda Eunuch. IV. 4. 50. particula *ſiquidem*. At Juvenalis ita accipiendus Sat. III. 173: —*Ipſa dierum Feſtorum herboſo colitur, ſi quando, theatro Majeſtas*: ubi ſententiam perverſa interpunctio obſcuravit.

113. B. Ἴων ὢν ὁ τραγικὸς—Ἐξῆλθον—] Scriptura hæc videtur vetus eſſe lectio, nec e conjectura librarii exſtitiſſe; nam et ſententiam bonam parit, et orationis bonitate commendatur, et congruit cum veſtigiis corruptarum lectionum. Editiones Ald. Baſ. Xyl. Steph. Ἐξῆλθον ἡμῶν καὶ τὰ ἡμῶν: et item plerique ſcripti codices, exceptis quibuſdam: nam A. E. Voſſ. T. dant Ἐξῆλθον ἡμωνῆται ϰ τὰς ἡμῶν: D. quamvis antiquus Ἐξῆλθον ἡμ. καὶ τὰ ἡμ. Collect. Muret. et Jannot. Ἐξῆλθον ἱμωνῶσα τοὺς ἡμῶν: quod ſecutus eſt Amyotus, ut quidem potuit: *De vos enfans eſtant la gouvernante, Je ſuis avec une corde tornante Sortie amont hors des caveaux du dueil.* Lepidus funis, cujus ope nimirum ex puteo extracta nutrix erat! ſi modo in Græca hujus loci ſcriptura exſtaret: ἱμονίαν, *funem*, novimus; ἱμονῶν verbum, quodque hunc ab Amyoto redditum ſenſum efficiat, non novimus. Meziriacus, ut aliis locis, ita hic lectionem Amyoti notavit: Ἐξ·—ἱμωνιῶσα τῶν ὑμῶν. Sed ita ſolent interpretes nimium liberales, qui etiam ubi nihil habent, tamen aliquid dare volunt. Et ego ante cognitam

hanc codicis B. lectionem multis hunc locum tentavi conjecturis, quarum in nonnullis mihi aliquis videbar: quas nunc referre nil attinet; ſiquidem nil attinet *repertis frugibus, glande veſci.* In παίδων ἡβώντων habuimus exemplum Epigrammatis p. 14. B. Cum his βοθροῖς σπενδητηρίοις conjuncti ſunt βοθροὶ, *foſſæ caveæ*, ad quas ſacrificia fiebant Diis Inferis, quibus item luctus, funera, inferiæ, conſecrata erant. Nomen et rem jam Homerus prodidit Odyſſ. Λ. 25. 36. 42: hinc alii in eodem argumento frequentarunt: veluti Lucianus De Aſtrolog. T. II. 371. Ariſtides T. I. p. 296. Porphyrius ex Oraculis apud Euſeb. Præp. Evang. IV. p. 145. D. 146. D. 147. C: idem De Antro Nympharum, ex Zoroaſtre et Pherecyde §. 6. et 31. Heliodorus, Bourdelotius ad Heliodor. p. 26. Cæterum illum lugendi ritum Sacis tribuit Ælianus Var. Hiſt. XII. 38: Πενθοῦντες δὲ οἱ Σάκαι εἰς οἴκους τινὰς ὑπάντρους καὶ κατασκίους ἀποκρύπτονται. Ionis Tragici reliquias complures tractarunt Bentleius Epiſt. ad Millium p. 50. ſeq. ejuſque æmulatione Toupius Epiſt. Crit. p. 104. ſeq. nec tamen noſtrum locum attigerunt.

113. B. τινὲς δὲ τῶν βαρβάρων καὶ μέρη τοῦ σώματος ἀποτέμνουσι] Videtur habuiſſe a Chryſippo, qui multa de luctu et ſepultura collegit, teſte Cicerone Tuſc. I. 45: alia III. 26. *varia et deteſtabilia genera lugendi, pædores, muliebres lacerationes genarum, pectoris, capitis, fæminum percuſſiones.* Conferatur et Kirchmannus De Funerib. II. 11. 12. p. 190. ſeq.

113. B. ἀπαρτώμενοι—] *Sejuncti, remoti.* Plutarchus Opp. Mor. p. 423. B: παράλογον καὶ πάσης πιθανότητος ἀπηρτημένον. 619. D. 960. A. 953. B. 1029. A. 1082. E. Vitarum p. 544. B. 997. A. Fragm. Commentar. in Heſiod. 17. Chryſippus apud Athen. XI. p. 464. E: ἁμαρτάνουσι μανικῶς καὶ τῆς ἀληθείας ἐπὶ πλεῖον ἀπαρτώμενοι. Dionyſius Hal. Judic. de Lyſia §. 17: οὔτε ἀπηρτημένη τῶν πραγμάτων ἀρχῇ χρώμενος. De Dicendi Vi Demoſth. §. 22: τοσοῦτον ἀπηρτημένοι τοῖς χρόνοις. Ariſtides T. I. p. 540. Pollux VIII. 152. Heſychius Ἀπαρτῆσαι· Χωρίσαι· διαστῆσαι· πληρῶσαι: quorum ultimum pertinet ad explicandam vocem quæ ex-

cidit ἀπαρτῆσαι. Conferantur Weſſelingius ad Diodor. Sic. T. I. p. 237. Lennepius ad Phalarin p. 168. Eodem ſenſu eſt ἐξηρτημένος ἀπὸ τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς· apud Jamblichum in Stobæi Floril. Tit. CI. p. 553. niſi legendum ἐξῃρημένος vel ἐξῃρμένος. At in diſputatione Hippodami Thurii ib. p. 554. ἐξήρηται δὲ τὰ μὲν θνατὰ ἀπὸ τῶν θεῶν, legendum videtur ἐξήρτηται *pendent res humanæ a divinis.* De altera ſignificatione verbi ἀπαρτᾶσθαί τινος, *ſuſpenſum eſſe ab aliquo, aliquid tenere,* diximus ad p. 105. E.

113. C. ἐπὶ τοῖς ἀώροις—ἀρχῶν] Lucianus lugendi vanitatem irridens, patrem facit lamentantem ad funus filii: Τέκνον ἥδιστον, οἴχῃ μοι καὶ τέθνηκας, καὶ πρὸ ὥρας ἀνηρπάσθης, μόνον ἐμὲ ἔτι τὸν ἄθλιον καταλιπὼν, οὐ γαμήσας, οὐ παιδοποιησάμενος, οὐ στρατευσάμενος, οὐ γεωργήσας, οὐκ εἰς γῆρας ἐλθών· οὐ κωμάσῃ πάλιν, οὐδ' ἐρασθήσῃ, τέκνον, οὐδ' ἐν συμποσίῳ μετὰ τῶν ἡλικιωτῶν μεθυσθήσῃ. De Luctu T. II. p. 928.

113. C. —εἰς κοινὴν πατρίδα πορείας—παραγινομένων] Ratio item in hoc argumento ſolemnis. Antiphanes apud Stob. Floril. Tit. CXXIII. p. 617. Geſner. Tit. CXXV. p. 511. Grot.

Πενθεῖν δὲ μετρίως τοὺς προσήκοντας φίλους.
Οὐ γὰρ τεθνᾶσιν, ἀλλὰ τὴν αὐτὴν ὁδὸν,
Ἣν πᾶσιν ἐλθεῖν ἐστ' ἀναγκαίως ἔχον,
Προεληλύθασιν· εἶτα χ' ἡμεῖς ὕστερον
Εἰς ταυτὸ καταγώγιον αὐτοῖς ἥξομεν
Κοινῇ τὸν ἄλλον συνδιατρίψοντες χρόνον.

Menander Stob. p. 608. Cleric. p. 184. Seneca Conſolat. ad Polyb. Cap. XXVIII. fin. *Non perdidit lucem frater tuus, ſed ſecuriorem ſortitus eſt. Omnibus illo nobis commune eſt iter. Quid fata deflemus? Non reliquit ille nos, ſed anteceſſit.* Eamdem rationem breviter tangit Plutarchus in fine hujus libri p. 120. B.

113. C. τῶν εἰς τὸ χρεὼν ὁδευόντων] A. B. E. Z. Venet. Voſſ. T. οἱ τὴν εἰς τὸ χρεὼν ποιούμενοι, haud ſine elegantia. Exquiſitum dictionis genus εἰς τὸ χρεὼν ἀπιέναι. Æſchines, qui fertur, in Axiocho p. 729. C: οὐκ ἐπιλογιῇ—ὅτι τὸ κοινὸν δήπου τοῦτο, καὶ πρὸς ἁπάντων θρυλλούμενον, παρεπιδημία τις ἐστιν ὁ βίος, καὶ ὅτι δεῖ ἐπιεικῶς διαγαγόντας, εὐθύμως μονονουχὶ

παιανίζοντας εἰς τὸ χρεὼν ἀπιέναι. Et paulo antea A: ὅπως ἀστενακτὶ εἰς τὸ χρεὼν ἴῃ. Reſtituendum videtur in Menandri nobili ſententia, quam modo ſignificavimus, nunc apponimus, ut ratio noſtra appareat. Sic igitur ille ap. Stob. 608:

Πανήγυριν νόμισόν τιν' εἶναι τὸν χρόνον,
Ὃν φημὶ, τοῦτον, κἀπιδημίαν βροτῶν.
Ὄχλος, ἀγορὰ, κλέπται, κυβεῖαι, διατριβαί.
Ἂν πρῶτος ἐξέλθῃς, καταλύσεις βέλτιον,
Ἐφόδι' ἔχων ἀπῆλθες, ἐχθρὸς οὐδενί·
Ὁ προσδιατρίβων δὲ κοπιάσας ἀπώλεσε,
Κακῶς τε γηρῶν, ἐνδεής του γίνεται,
Ῥεμβόμενος ἐχθροὺς εὗρ', ἐπεβουλεύθη ποθὲν,
Οὐκ εὐθανάτως ἀπῆλθεν ἐλθὼν εἰς χρόνον.

Verſu ſecundo legam cum Bentleio —τὴν ἐπιδημίαν ἄνω, ſiquidem κἀπιδημίαν βροτῶν eſt correctio Grotii e conjectura pro vetere lectione ἐπιδημίαν ἀνθρώπῳ. Quartum dedimus ex emendatione Bentleii. Sexto ejuſdem conjecturam ἀπέλασε, *diſceſſit*, minus probamus, quandoquidem ſententia poſtulat ἀπώλεσεν, *perdidit*, ſcilicet τὰ ἐφόδια, *viatica:* igitur malimus Ὁ προσδιατρίβων δὲ κοπιῶν ἀπώλεσε. Verſu ultimo ita legendum putamus, Οὐκ εὐθανάτως ἀπῆλθ' ἔχων εἰς τὸ χρεών. Jungenda, Οὐκ εὐθανάτως ἔχων ἀπῆλθεν εἰς τὸ χρεὼν, *Non facili morte conſumtus abiit ad fatum.* Dictionem non reddidit interpres Latinus Euſebii Præp. Evang. II. p. 32. D. in excerpto Philonis Byblii: εὐεργέτας τε τούτους καὶ πολλῶν αἰτίους ἀγαθῶν ἡγούμενοι, ὡς θεοὺς προσεκύνουν· καὶ εἰς τὸ χρεὼν μεταστάντας ναοὺς κατασκευασάμενοι, στήλας τε καὶ ῥάβδους ἀφιέρουν ἐξ ὀνόματος αὐτῶν—· vulgo legitur καὶ εἰς τὸ χρεὼν καταστάντας ναοὺς μετασκευασάμενοι· reddidit interpres —*divinis honoribus coluere: ac templorum uſu, quæ jam antea conſtructa fuerant, hoc ad munus officiumque traducto, columnas inſuper ſtatuaſque ligneas ipſorum nomine conſecrarunt:* vertendum *et fato functos, templa iis exſtruentes* ſcilicet προσεκύνουν αὐτούς. In fati partibus quam vim habeat τὸ χρεὼν, declarat Diogenianus ibid. VI. p. 263. D: οὕτω δὲ καὶ τὸ χρεὼν εἰρῆσθαι τὸ ἐπιβάλλον καὶ καθῆκον κατὰ τὴν εἱμαρμένην. Dion Chryſ. Or. XXX. p. 304. C: τοῦ χρεὼ ἐπιστάντος, *inſtante fato*, ῥᾳ-

δίας ἄπασιν, *facile abit*, reponendum χρεὼν, ſiquidem eſt indeclinabile nomen, ut apparet ex iis quæ Weſſelingius ad Diodor. Sic. T. I. p. 65. notavit. Plutarchus infra in hoc libro p. 119. D: νέοι μετέστησαν πρὸς τὸ χρεών. Vitarum p. 533. A: τὸ χρεὼν τοῦ χρησμοῦ, *fatum oraculi*. 869. D: πεπληρωκέναι τὸ χρεὼν, *fatum impleviſſe*. Philo Jud. Omnem Prob. Eſſe Lib. p. 882. D. cui ex codice Mediceo reſtituit Mangeyus, perperam tamen χρέος, *naturæ debitum*, intelligens. Frequens eſt Pauſaniæ καταλαμβάνει, vel ἐπιλαμβάνει τινὰ τὸ χρεών· p. 27. 132. 181. 191. 207. 284. 380. 462. 485. 508. 569. 606. 619. 659. 763. 860.

113. D. διὰ τὸν ἐκ τῶν ματαίων ἐλπίδων ἀναπλασμὸν,] Id eſt, *Propter opinatus animi, quos addimus ipſi*: quod in ſimili re dicit Lucretius IV. 467. Hipparchus in libro de Animi Tranquillitate, quem in fontibus hujus Plutarchei libelli cenſemus, hoc loco propter ſimilitudinem cum ſententiæ, tum orationis, audiendus: exſtat ejus diſputationis pars apud Stobæum Floril. Tit. CVI. p. 574: Πολλῶν οὖν τοιούτων περικρεμαμένων, μήτι ταῖς κατὰ τὸ σῶμα εὐαμερίαις ποτέχοντες σεμνυνόμενοι ἐπαιρώμεθα, αἵτινες ὀλίγῳ πυρετῷ ἐπιγενομένῳ ἀθέων (ſic legendum pro vitioſo σὺν θεῶν) τρόπῳ συντόμως μαραίνονται· μήτε ταῖς ἐκτὸς νομιζομέναις εὐτυχίαις, αἳ καὶ αὐταὶ (vulgo καὶ αὖται) πολλάκις τάχιον ἀπόλλυσθαι ἢ γίνεσθαι πεφύκασι· πάντα γὰρ ταῦτα, ἄστατά τε καὶ ἀβέβαια εὐρίπου τρόπον (vulgo εὗρε τὸν τρόπον) ἐν πολλαῖς καὶ ποικίλαις μεταβολαῖς γινόμενα παρειλήφαμεν, καὶ οὐδὲν αὐτῶν μένον οὐδὲ ἀκίνητον οὐδὲ βέβαιον, οὐδὲ ἀναφαίρετον (vulgo ἀδιαίρετον.) Διὸ ταῦτα μὲν ἐνθυμηθέντες, νομίζοντές τε (vulgo εἰ) τὰ παρέοντα καὶ διδόμενα καὶ τὸν ἐλάχιστον χρόνον διαμεῖναι δύνασθαι (pro vulg. δύναιτο et Geſn. voluit: cæterum nil mutandum) ἐν εὐθυμίᾳ διάξομεν γενναίως φέροντες τὰ προσπίπτοντα. Νῦν δὲ πολλοὶ πάντα τὰ ὑπὸ φύσεως καὶ τύχας παρέοντα καὶ διδόμενα αὐτοῖς ἐπὶ τὸ βέλτιον προαναπλάσαντες, καὶ οὐχ οἷά ἐστι λογισάμενοι, ἀλλ' οἷα ἐπ' ἄκρον ἐπιτυγχανόμενα δύναται γενέσθαι, ἄφνω στερόμενοι πολλοῖς καὶ μεγαλοῖσι καὶ ἀθέσμοις καὶ ἀνοήτοις κακοῖς καταφορτίζουσι τὰν ψυχάν—. Sic Pythagorei deſertores diſciplinæ ſuæ mortuos cenſebant, ut refert ſimilibus verbis Jamblichus Vit. Pythag. §. 75: ἐκείνους δὲ ἔφασαν τεθνάναι, οὓς αὐτοὶ ἀνεπλάσαντο καλοὺς κἀγαθοὺς προσ-

δοκῶντες ἔσεσθαι ἐκ τῶν μαθημάτων· quibuſcum conferenda dictio in Lyſidis Epiſtola §. 75. Dion Chryſ. Or. XX. p. 266. B: Οὐχ ἐνταῦθα μάλιϛα ἀνευρήκασιν οἱ ἀνόητοι ἄνθρωποι, ὅπως μηδὲν διανοῶνται τῶν δεόντων· ἕτερα πολλὰ καὶ ἄτοπα διανοήματα, οἷς ἀγαπῶσι ξυνόντες, τυραννίδας τε καὶ πλύτυς, καὶ ἄλλ' ἄτ]α θαυμαϛὰ ἀναπλάτ]οντες αὐτοῖς; οἱ μὲν θησαυρὺς τινας ἀναπλάτ]οντες χρυσῦ τε ϗ ἀργύρυ, πλῆθος ἐξαίφνης ἀμήχανον ὅσον κτώμενοι. Eodem verbo ſententiam Poſidonii explicat Galenus De Hippocr. et Plat. Plac. IV. 7. Ed. Charter. T. V. p. 151. Ed. Baſil. T. I. p. 283: διὸ καὶ προενδημεῖν (adde δεῖν φησι τοῖς πράγμασι, μήποτε (leg. καὶ μήπω) παροῦσιν οἷον παρῦσι χρῆσθαι· βούλεται δὲ τὸ προενδημεῖν ῥῆμα τῷ Ποσειδωνίῳ, τὸ οἷον προσαναπλάτ]ειν (leg. προαναπλάτ]ειν) καὶ προτυπῦν τὸ πρᾶγμα παρ' ἑαυτῷ τὸ μέλλον γενήσεσθαι—. Philo Jud. De Joſepho p. 545. D: ἀναπλάτ]υσιν ἔνιοι μακράς τινας ϗ ἀπεράτυς εὐτυχίας ἑαυτοῖς· αἱ δ' ἀρχαὶ μεγάλων κακῶν εἰσι.

113. D. εἰκοσαέτης ἦν, τὸν πεντεκαιδεκαέτη ἀπογενόμενον] Pro his A. E. Venet. Voſſ. nil habent, niſi εἰκὸς δὲ τῶν γενομένων. In A. appoſita eſt margini hæc annotatio: οὕτως οἶμαι δεῖν γράφεσθαι· Εἰ δὲ ὁ τῆς ζωῆς τῶν ἀνθρώπων χρόνος εἴκοσιν ἐτῶν ὁ μέγιϛος ὡρίσθη, τὸν δέκα ἐτῶν ἀπογενόμενον ἐνομίζομεν ἂν— eamdemque ſervant tres reliqui, ſed cum quadam diverſitate: Venet. et Voſſ. pro τὸν δέκα dant τῶν δὲ λ: E. notat etiam auctorem correctionis Maximum Planudem, ita exhibens, καλῶς Μάξιμος ὁ Πλανούδης οὕτως οἴεται δεῖν γράφεσθαι· Εἰ δὲ— cætera ut in A. quem codicem credibile eſt ipſius fuiſſe Maximi Planudis. Porro pro ἀπογενόμενον dant γενόμενον D. C. Z. Periz. Ald. Baſ. Xyl. at Pol. παραγενόμενον: tum D. Z. πενκαιδεκαέτη, C. πέντε καὶ δέκα ἔτη.

113. D. τὸν δὲ τὴν—πάντως] Et hic magna varietas. Deſunt in Voſſ. τὴν τῶν εἴκοσιν—γενόμενον τοῦ. B. totum hoc ita habet, τὸν δὲ τῶν εἴκοσιν ἐτῶν ἀριθμοῦ πάντες ἂν ἐμακαρίζομεν cæt. Z. τῶν δὲ τῶν εἰκοϛῶν γεννωμένων, cætera ut vulgata. Venet. non niſi tertiam vocem τὴν omittit.

113. E. ἄωρος θάνατος εὐπαραμύθητος—. 114. B. ἐπεράθησαν—] Hunc locum jam ſupra p. 110. E. attigerat ſcriptor adoleſcens et vagus, et volaticus, nec certam in diſtribuendo argumento rationem ſequens. Ex communi fonte

habet Cicero Tuſc. I. 34. ſeq. *Mitto alios: etiamne nobis expedit, qui et domeſticis et forenſibus ſolatiis ornamentiſque privati, certe ſi ante occidiſſemus, mors nos a malis, non a bonis abſtraxiſſet?* Et mox ibidem, cap. 39: *Pellantur ergo iſtæ ineptiæ pæne aniles, ante tempus mori miſerum eſſe. Quod tandem tempus? Naturæne? at ea quidem dedit uſuram vitæ, tamquam pecuniæ, nulla præſtituta die. Quid eſt igitur, quod querare, ſi repetit, cum vult? ea enim conditione acceperas. Iidem, ſi puer parvus occidit, æquo animo ferendum putant: ſi vero in cunis, ne querendum. Atqui ab hoc acerbius natura exegit, quod dederat. Nondum guſtaverat, inquit, vitæ ſuavitatem: hic autem jam ſperaverat magna, quibus frui cœperat. At id quidem in cæteris rebus melius putatur aliquam partem, quam nullam, attingere: cur in vita ſecius? —Quæ vero ætas longa eſt? Aut quid omnino homini longum?* ſed reliqua apud ipſum legenda. Propertius II. 13. 43:

Atque utinam primis animam me ponere cunis
Juſſiſſet quævis de tribus una ſoror.
Nam quo tam dubiæ ſervetur ſpiritus horæ?
Neſtoris eſt viſus poſt tria ſecla cinis.
Si tam longævæ minuiſſet fata ſenectæ
Gallicus Iliacis miles in aggeribus;
Non ille Antilochi vidiſſet corpus humati,
Diceret aut O mors, cur mihi ſera venis.

Næ iſte *Gallicus miles* multum vexavit interpretes. Si ita ſcripſit poeta, audaciſſimo ſane abuſus eſt anachroniſmo. Galli Aſiatici, Gallo-Græci, et Græcis bello cogniti, et Romanis adverſus Antiochum, et Mithridatem bellantibus, indeque recenti memoria ferebantur et poetæ animum advertere poterant: tamen in has Aſiæ ſedes nongentis demum venerunt poſt Neſtorem annis. Dion Chryſ. Or. XXIX. p. 297. B: εἰ μὲν γὰρ ὁ πλεῖστος ἀνθρώποις χρόνος ἄριστος ἦν, ταύτῃ ἄν τις αὐτὸν ὠλοφύρατο· νῦν δὲ ὀλίγου τοῦ παντὸς ἀνθρώποις βίου δεδομένου, πλείστους ἂν εὕροι τις οἷς πολὺ ἄμεινον εἶχεν, εἰ θᾶττον ἐτελεύτησαν· τοσαῦται συμφοραὶ καταλαμβάνουσι· ἔτι δὲ τῶν παλαιῶν τοὺς ἐξοχωτάτους ἀκούομεν οὐδένα αὐτῶν ἐπὶ πολὺ ἐλθόντα τοῦ βίου, Πάτροκλόν τε καὶ Ἀντίλοχον, ἔτι δὲ Σαρπηδόνα

ϰ̀ Μέμνονα, ϰ̀ Ἀχιλλέα ϰ̀ Ἱππόλυτον—. Conferantur notata p. 111. B. et 119. E.

113. E. Μεῖον γὰρ ὄντως Τρωΐλος ἐδάκρυσε ἢ Πρίαμος—ἐν οἷς φησιν—] Initio hujus loci ſententiam exſtare Callimachi, novimus ex Cicerone Tuſc. I. 39: *Quamquam non male ait Callimachus, multo ſæpius lacrimaſſe Priamum, quam Troilum:* ubi eruditiſſimum Daviſium non fugit hic Plutarchi locus: ſed fugit Plutarchi conſuetudo in citandis aliorum dictis γὰρ ὄντως de ſuo adjicientis. Fragmentum e ſolo Ciceronis loco memoravit Bentleius p. 557: Erneſtus etiam Plutarcheum locum annotavit. In proximis ἢ Πρίαμος αὐτὸς recepi lectionem non ut unice veram, ſed ut inter duas vitioſas lectiones legitimam, id eſt, plurimorum auctoritate librorum confirmatam. Equidem putem Plutarchum ita fere ſcripſiſſe, ἢ Πρίαμος· Οὗτος δ' εἰ ἐτελεύτησεν ἔτι ἀκμαζούσης αὐτῷ τῆς βασιλείας, προετελεύτησεν ϰ̀ τῆς τοιαύτης τύχης— *Hic enim ſi mortuus fuiſſet florente adhuc ei regno, item præmortuus fuiſſet ante illam calamitatem, quam lamentatus eſt*—. Talem ſenſum omnino poſtulat hic locus: obfuit interpretibus et vocabulum perditum, et non animadverſa ſignificatio deterior τύχης, *calamitatis*. In οἷα γοῦν eſt elliptica dictio notans *veluti*, quam notavimus ad Select. Hiſt. p. 347. Ad rem ac ſententiam Cicero ab iiſdem fontibus profectus Tuſc. I. 35: *Priamum tanta progenie orbatum, cum in aram confugiſſet, hoſtilis manus interemit. Hic ſi vivis filiis incolumi regno occidiſſet, "adſtante ope barbarica, "Tectis cælatis, laqueatis," utrum tandem a bonis, an a malis diſceſſiſſet? Tum profecto videretur a bonis: at certe ei melius eveniſſet: nec tam flebiliter illa canerentur, "Hæc "omnia vidi inflammari, Priamo vi vitam evitari, Jovis "aram ſanguine turpari." Quaſi vero iſta vi quidquam tum potuerit ei melius accidere. Quod ſi ante accidiſſet, talem eventum omnino amiſiſſet: hoc autem tempore ſenſum amiſit malorum.* Ita ex conjecturis virorum doctorum legimus: acumen eſt in verbo *amittere*, de vitatis malis uſurpato: *talem eventum* eſt τοιαύτην τύχην. Priamus in tali ſcriptionis argumento habet frequentiam loci communis. Hinc fluxit Ageſilai apophthegma p. 211. A: Μακαρίζοντος δέ τι-

ὡς τὸν Περσῶν βασιλέα νέον κομιδῆ ὄντα, εἶπεν, Ἀλλ' οὐδὲ Πρίαμος ταύτην ἔχων τὴν ἡλικίαν ἠτύχησε. Juvenalis X. 258:

Incolumi Troja Priamus veniſſet ad umbras—
Si foret exſtinctus diverſo tempore, quo non
Cœperat audaces Paris ædificare carinas.
Longa dies igitur quid contulit? omnia vidit
Everſa, et flammis Aſiam ferroque cadentem.

114. B. συμμετρίας] Vide notata p. 108. E.

114. C. Τὸ γὰρ μὴ δι' αὐτὸν κακῶς πράττειν—] *Non ſua culpa in adverſam fortunam incidiſſe.* Eſt item frequens Conſolationis pars. Cicero Tuſc. III. 16: —*videt, malum nullum eſſe, niſi culpam: culpam autem nullam eſſe, cum id, quod ab homine non potuerit præſtari, evenerit.* Subinde celebratur in Epiſtolis. v. c. VI. 1: *Simus igitur ea mente, ut nil in vita nobis præſtandum præter culpam putemus: eaque cum careamus, omnia humana placate et moderate feramus.* VII. 3: *Sed tamen vacare culpa magnum eſt ſolatium: præſertim cum habeam duas res, quibus me ſuſtentem, optimarum artium ſcientiam, et maximarum rerum gloriam: quarum altera mihi vivo numquam eripietur; altera ne mortuo quidem.* IX. 16: *Sic video philoſophis placuiſſe iis, qui mihi ſoli videntur vim virtutis enere, nihil eſſe ſapientis præſtare niſi culpam: qua mihi videor dupliciter carere—.*

114. C. Οὐδεὶς γὰρ ἀγαθὸς—] Redolet alienam auctoritatem et dictio, et particula γὰρ adhibita vulgo in citandis aliorum dictis: et videor mihi neſcio ubi legiſſe; et poetæ veſtigia colligere licet Οὐδεὶς ἀγαθός ἐς' ἄξιος θρήνων, [πάτερ] Ὕμνων δ' ἐπαίνων τ' αὖ[—] μνήμης τ' εὐκλεοῦς· quamquam de hoc non magnopere affirmo. Lennepius ad Phalarid. p. 280. monuit ὕμνων ſibi ſordere, ἐπαίνων in παιάνων mutandum videri. Pierſonus Veriſimil. p. 258. ἀςείων in θείων mutari vult: cui non repugno propter proximum εἴγε ὁ μετηλλαχὼς θειότερόν τινα βίον μετείληφεν: nam ipſum ἀςείων ἀπαρχῶν per ſe ipſum non eſt inſcitum, ut ille pronunciat. Eodem nomine tamen Toupius Ep. Crit. p. 8. vocabulum reprehendens, inquit, *notanda illa* ἀςείων ἀπαρχῶν· *quæ plane feſtiva ſunt. Joannes Pierſonus, vir doctiſſimus in Veriſim. p. 258. legendum cenſebat* ἀλλὰ θείων ἀπαρχῶν· *quæ*

nihilo meliora ſunt. Reſcribo vel præeunte vel non præeunte cl. Reiſkio ἀλλ' ἐτείων ἀπαρχῶν, *annuis primitiis, quod ſolenne ſcilicet, et pro more et ritu antiquo.* Atque ita Reiſkius jam conjecerat, non tamen ille vulgatum ἀςείων ut ineptum repudians. Nec repudiandum profecto ut ineptum, ſiquidem Plutarchus eo frequens utitur pro *bono, idoneo, læto, eleganti.* Sed de hoc alibi. Nunc aliorum de eodem argumento locos apponamus, e quibus aliquid duxiſſe Plutarchum putamus. Hujuſmodi eſt Hyperidis ap. Stob. p. 618: ὅμως δὲ χρὴ θαῤῥεῖν καὶ τῆς λύπης παραιρεῖν (vulg. παραινεῖν) εἰς τὸ ἐνδεχόμενον, καὶ μεμνῆσθαι οὐ μόνον τοῦ θανάτου τῶν τετελευτηκότων, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀρετῆς ἧς καταλελοίπασιν· οὐ γὰρ θρήνων ἄξια πεπόνθασι, ἀλλ' ἐπαίνων μεγάλων πεποιήκασιν. De annuis inferiarum primitiis Plato Leg. IV. p. 601. E: τάς τ' αὖ κατ' ἐνιαυτὸν τῶν ἤδη τέλος ἐχόντων ὡσαύτως ἐπιμελείας τὰς κόσμον φερούσας ἀποδιδόναι· τῷ δὲ μὴ παραλείπειν, μνήμην ἐνδελεχῆ παρεχόμενον, τούτῳ μάλιςα ἀεὶ πρεσβεύειν. Hujus vel auctor vel imitator qui fertur Charondas apud Stob. Tit. XLII. p. 290: χρὴ δὲ καὶ τῶν τελευτώντων ἕκαςον τιμᾷν, μὴ δακρύοις μηδ' οἴκτοις, ἀλλὰ μνήμῃ ἀγαθῇ, καὶ τῇ κατ' ἔτος ὡραίων ἐπιφορᾷ· ὡς ἀχαριςίας οὔσης πρὸς δαίμονας χθονίους λύπης ὑπὲρ τὸ μέτρον γενομένης. Draconis lex de honorandis per annuas fructuum primitias diis et heroibus memoratur a Porphyrio De Abſtin. in fine IV. 22: θεοὺς τιμᾷν καὶ ἥρωας ἐγχωρίους ἐν κοινῷ, ἑπομένους νόμοις πατρίοις, ἰδίᾳ (adde τε) κατὰ δύναμιν, σὺν εὐφημίᾳ καὶ ἀπαρχαῖς καρπῶν πελάνους ἐπετείους. Ab eadem opinione divinæ ſortis mortuorum profectus Ariſtides epilogum orationis funebris in Eteoneum exornat T. I. p. 79: —εἰ δέ τῳ μὴ ἱκανῶς δοκεῖ τῆς δόξης ἀπολαῦσαι, ἀναπληροῦν χρὴ νῦν ἐπικοσμοῦντας ὡς ἥρωα· ὄντων τε (vulgo ἀπόντων δὲ) ἐν ἀσφαλεῖ τῶν ἐπαίνων, ἤδη τινὰ χρὴ δοκεῖν ἐκεῖνον τῶν κρειττόνων· καὶ οὕτως ἔχοντας τῆς ἀληθείας ἂν μᾶλλον τυγχάνειν νομίζειν, κἀκείνῳ ποιεῖν κεχαρισμένα, ſic legendis his verbis non multum a veritate aberraverimus. Scriptor qui Phalaridis nomine fertur, Epiſtola XCVII. quæ eſt conſolatoria ad Steſichori fato functi liberos, p. 280: Οὐ γὰρ δακρύεσθαι τὰ Στησιχόρου πρέπον, ἀλλ' ὑμνεῖσθαι· καὶ καθόλου μὲν οὐκ ἂν ἐβουλόμην ὑμᾶς, οὔτε θρήνους οὔτε αἰκισμοὺς προσέσθαι (*admittere* ita leg.

pro προέϑαι)· οὐχ ὅτι οὐ κοινὰ ταῦτα πάϑη κατηναγκασμένα παρέπεται πᾶσιν· ἀλλ' ὅτι τὰ τοιαῦτα ἀνϑρώποις ἐςὶν ἁρμοςὰ δυςήνοις, ὧν ὐχ ἡ τελευτὴ τὰς ὀλοφύρσεις προσηκούσας, ἀλλ' ὁ βίος ἔχει· μᾶλλον δὲ τούτοις ἐςὶ δακρύων ἄξιος ὁ ϑάνατος, οὐ Στησιχόρῳ—.

114. D. λατρείας] Vide p. 107. C.

114. D. ἀτρύτων] *Indefatigabilis, Indetritus, Inexhauſtus,* a τρύειν, *terere:* duas inde habet notiones: bonam, *tenax, firmus, qui labore non conteritur;* malam, *ærumnæ, laboris inexhauſti.* Præter Heſychium, Suidam, Stephanum Theſ. L. Gr. T. III. p. 1322. videantur loci Plutarchei Moral. p. 62. D. 160. B. 670. E. Vitarum p. 632. F. 715. F. 725. F. 761. F. 767. C.

114. E. τῆς περὶ τὴν ψυχὴν] Semper mihi diſplicuit ψυχὴν· nec enim, ut Latini *animi mœrorem,* dicunt item Græci: certe, hic locus deſiderare videtur τύχην, *triſtitiæ e calamitate ſuſceptæ.*

114. E. βαρβαρικὰ πένϑη] Vide ad p. 102. A. 113. A.

114. E. ἀπώσαϑαι τὰ πένϑη—] Exquiſiti hoc eſt uſus. Sic mox p. 119. C: τὸ πενϑεῖν παρωσάμενον. Archilochus ap. Stob. Tit. CXXIII. p. 617: Τλῆτε, γυναικεῖον πένϑος ἀπωσάμενοι. Dion Chryſ. Or. III. p. 41. D: ἀδύνατος δὲ ἀπώσαϑαι λύπην. De aliis uſibus verbi alibi dicemus, veluti ἀπωϑεῖϑαι αἰσχύνην notavimus ad Juliani Or. I. p. 17. D. Bibl. Crit. III. II. p. 17.

114. E. κακουχουμένους] *corporis afflictione vexatos.* Teles apud Stob. Flor. Tit. XCV. p. 522: ὁ Λαέρτης—εἰς ἀγρὸν ἀπελϑὼν μόνος μετὰ γραϊδίου κακουχεῖ αὑτὸν καὶ ξηραινεῖ. Diodor. Sic. III. 23. XIX. 11. Frequentius nomen eſt κακουχία: apud eumdem I. 64. XIX. 16: Polybium III. 64. V. 15: Plutarchum hoc libro p. 112. C. 117. E.

114. E. ἐν τοῖς πενϑίμοις] Scilicet ἱματίοις, *in veſtibus lugubribus,* vel πράγμασι, *in luctu,* ut τὰ πένϑιμα univerſe *luctum* ſignificet. Hic eſt ille locus, quem vult Stephanus Theſ. L. Gr. T. III. p. 213. ubi hanc vocem tractans, ſubjungit, *Affertur et ex Plutarcho,* οἱ ἐν τοῖς πενϑίμοις, *qui in luctuoſis ac lugubribus verſantur.* Atqui hic dicuntur τὰ πένϑιμα: nec in Plutarcho illud inveniſſe nos meminimus.

qui hæc annotavimus loca hujus vocis: Mor. p. 356. D. 415. A. 608. F. Vit. 555. A. 914. E. 915. B. Notavit quædam Marklandus ad Eurip. Suppl. 1056.

114. E. *ἅμα τῶν τε ἀνιαρῶν καὶ τῶν ἐκ τῆς ἀλογιστίας κακῶν συγκηδευομένων αὐτοῖς.*] In promtu eſt, *τὰ ἀνιαρὰ* et *τὰ ἐκ τῆς ἀλογιστίας κακὰ* a ſe invicem diſtingui, ſive *κακὰ* ad utrumque referatur, ſive minus. Atqui *τὰ ἐκ τῆς ἀλογιστίας κακὰ*, *incogitantiæ mala, immoderatus luctus, nulla ratione temperatus*, certe item eſt *ἀνιαρός*. Videtur vitii aliquid ſubeſſe: ſiquidem et codices A. E. Venet. T. pro *ἀνιαρῶν* dant *ἀνδρῶν·* et requiritur aliquid contrarium *τῶν ἐκ τῆς ἀλογιστίας κακῶν*, quæ per ſtultitiam ſponte ſunt arceſſita: hoc igitur contrarium ſit vel *ἀναγκαίων*, *neceſſariorum*, ipſe caſus, qui mutari nequit, qui naturæ neceſſitate immutabilis eſt; vel *ἀνιάτων*, *inſanabilium, immutabilium.*

114. E. *τὸ Ὁμηρικὸν*] Non iiſdem verbis uno Homeri verſu proditum exſtat in noſtris, quod ſciam, exemplis: ſed de induſtria a Plutarcho compoſitum videtur ex duobus verſibus: altero Il. Ψ. 109. *Μυρομένοισι δὲ τοῖσι φάνη ῥοδοδάκτυλος ἠώς·* altero Od. A. 423. et Σ. 305. *Τοῖσι δὲ τερπομένοισι μέλας ἐπὶ ἕσπερος ἦλθε.* Omnes noſtri codices *ἐπίεσπερος*: ratio poſtulat *ἐπὶ ἕσπερος*, quod ſoli dant V. et Xyl.

114. E. *—πολλάκις αὐτοῖς προσδιαλέγεσθαι χρὴ, Τί δαὶ*] De hoc argumento videantur notata ad p. 111. E. 112. B. Pro vulgato *αὐτοῖς* legendum *αὑτοῖς* ex A. E. B. Venet. Voſſ. qui et pro *δαὶ* dant *δὲ*, quod minus mutatu opus.

114. F. *ἐν οἷς ἐδυσχέραινον μνήμασι—διαχύσεως*] Accipiendum de annuis inferiis, quæ in ſepulcris hortenſibus fiebant: qua de re docte egit Kirchmannus De Funerib. Rom. II. 22. IV. 4, 5. attingens idem et Græcum morem.

p. 115. A. *Ἀλλ' εἰ λογίζοιντο—τῶν ἔργων·*] Hæc omnia videntur truncata et mutila. Uſque ad *ἀγένητον*, ſenſum quidem hunc aſſequor, in verbis licet ſuſpectis: *At ſi reputarent, luctum aliquando deſiturum, quadam re interveniente; profecto illud nimirum etiam reputabunt, tempore interveniente luctum ceſſaturum eſſe. Nam factum quidem neque deus adeo infectum reddere poteſt.* Et ita ceperunt ex in-

terpretibus Stephanus Niger, Cruſerius, Xylander, non item Amyotus. Sed quod deinceps eſt, Οὐκοῦν—ἔργων, quomodo cohæreat cum proximis et antecedentibus et ſequentibus, non video: neque etiam apparet uter ex duobus caſibus τὸ συμβεβηκὸς et τὸ εἰωθὸς, Nominativi aut Accuſativi locum obtineat: quamquam Meziriacus quidem τὸ εἰωθὸς pro Accuſativo cepit, corrigens τοῦτο εἰωθός: atque ita fere interpretes, quos modo nominavimus: *caſus noſter oſtendit ipſa re et facto id, quod pluribus accidit:* id eſt, *idem, quod nobis, pluribus accidiſſe.* In priore hujus loci parte eſt comparatio τοῦ λογίζεσθαι, et προσαναλογίζεσθαι, cui in ſequentibus additur ἐπιλογίζεσθαι· quæ comparatio huic argumentationi adhiberi ſolet. Sic Hipparchus, quem in fontibus hujus Plutarchei libelli cenſemus, apud Stobæum Floril. Tit. CVI. p. 574. parte deinceps proxima ei quam ad p. 113. D. citavimus: ταῦτα δὲ γίνεται ἐπί τε ἀποβολαῖς χρημάτων, ἢ φίλων θανόντων, ἢ τέκνων, ἤ τινων ἄλλων τῶν νομιζομένων τιμιωτάτων ἡμεν· εἶτα κλαίοντες καὶ ὀδυρόμενοι λέγοντι αὐτοὺς μόνως ἀτυχεστάτως καὶ κακοδαίμονας, οὐ μεμναμένοι ὅτι κατ̓ταῦτα καὶ ἄλλοις πολλοῖς ἐγένοντο, καὶ νῦν γίνονται, οὔτε δυνάμενοι κατανοῆσαι τόν τε τῶν παρεόντων βίον καὶ τὸν τῶν προεξεστακότων, ἐν ὅσαις συμφοραῖς, καὶ κακῶν τρικυμίαις, καὶ νῦν ἐντὶ πολλοὶ καὶ πρὸ τῶ ἐγένοντο· ἐπιλογισάμενοι οὖν ὅτι πολλοὶ ἀποβαλόντες χρήματα, ὕστερον διὰ τὰν τῶν χρημάτων γενομένην ἀπώλειαν αὐτοὶ περιεσώθησαν, ἢ λησταῖς διὰ τοῦτο μέλλοντες περιπίπτειν, ἢ τυράννῳ· πολλοὶ φιλήσαντές τινας, καὶ καθ' ὑπερβολὴν εὐνοήσαντες, ἐν τῷ ἔπειτα χρόνῳ μεγάλως ἐμίσησαν· ἃ δὴ πάντα ἀναλογισάμενοι ἐκ τᾶς παραδεδομένας ἁμῖν ἱστορίας, καὶ μαθόντες ὅτι καὶ ὑπὸ τέκνων καὶ φίλων μάλιστα φιληθέντων πολλοὶ ἀπώλοντο· καὶ ἀντιπαραβάλλοντες τὸν αὐτῶν βίον, πρὸς τὸν τῶν πρασσομένων φαυλότερον, καὶ τὰ προσπίπτοντα ἀνθρώπινα νομίζοντες, καὶ μὴ μόνοις συμβαίνοντα, εὐθυμότερον διάξομεν. Sed difficile eſt modum tenere in deſcribenda tam egregia diſputatione. In eadem ratione verſatur Dion Chryſoſt. Or. VI. p. 94. C. plane congruens præſenti argumentationi: ὅσοις δὲ ἀνιᾶσθαι συμβέβηκε τῶν φίλων τινὸς ἀποθανόντος, σαφῶς ἐπίστανται ὅτι παύσονταί ποτε λυπούμενοι τῷ χρόνῳ. Orat. XVI. p. 244. C: τὸ δὲ μὴ μόνον εἴκειν τῇ φθορᾷ τῆς διανοίας, ἀλλὰ καὶ προσμηχανᾶσθαί τινας ἔξωθεν,

οἷον μέλαιναν ἐσθῆτα, καὶ συμπλοκὰς χειρῶν, ϗ ταπεινὰς καθέδρας· ὡς ὑπὸ πάντων ἀναγκάζεσθαι τρόπον τινὰ τὴν διάνοιαν μηδέποτε ἀφίςασθαι τῆς λύπης, ἀλλ᾽ ἀεὶ μνημονεύειν καὶ λυπεῖσθαι, εἰ μὴ πάντως ἀεὶ φαίνεσθαί τινα αἰτίαν τοῦ πάθυς, οὐχὶ σφόδρα εὔηθες;—. qui locus mendo eſt affectus in ultimis verbis, itaque refingendus noſtra quidem ſententia —λυπεῖσθαι, ϗ δὴ πάντως ἀεὶ φανήσεσθαί τινα αἰτίαν τ. π. Verbi λογίζεσθαι cum compoſitis ἐπιλογίζεσθαι aliiſque comparatio adhibetur in ſignificanda gradatione: v. c. Philo Jud. Leg. Allegor. p. 79. D. Cæterum proverbii vim habet, *Ne deus quidem facta infecta reddere poteſt*: de quo notavit J. Harduinus ad Plinium Hiſt. Nat. II. 3. J. Daniel Lennepius ad Phalarid. Epiſt. p. 30. qui ex varia lectione T. quam etiam habent A. E. Voſſ. Venet. Pol. pro vetere vulgata θεῶν exhibentes οὐδ᾽ ἐκείνῳ, volebat effingere οὐδὲ θεῶν οὐδενὶ: quo nunc, poſt certiorem correctionem noſtram θεῷ, nil opus. Ejuſdem ſententiæ exempla contulit egregius vir H. Eldikius in Suſpicionum Specimine p. 2. In Adagiis Eraſmus p. 1358. et Cognatus p. 725.

115. A. Πλείη μὲν γαῖα κακῶν—] Heſiodi Ἔργ. 94. ſupra citatum p. 105. D.

115. A. Τοιάδε θνητῶν—] Videtur Lyrici cujuſdam eſſe: mihi quidem alibi non obſervatum: nec Toupio eruditiſſimo viro id citanti in Cur. Nov. in Suidam p. 69. edit. poſtremæ T. III. p. 102. ad gloſſam Κακὰ κακῶν, quæ eſt ſolemnis formulæ. Simile eſt Simonidis ap. Stob. Geſn. p. 529. Grot. p. 401. Ultimi verſus ſic intelligo ſententiam: *adeo ſunt omnia repleta malis, ut ne tantillum quidem ſpatii relinquatur ætheri, ubi ſe inter ea induat.*

115. B. Πολλοῖς γὰρ καὶ σοφοῖς ἀνδράσιν—μεγίςην] Qui a Crantore ſignificantur ſapientes viri, qui hanc vitam deplorantes, eam ſupplicii ac pœnæ inſtar eſſe pronunciaverint, ſunt omnino qui ante ipſum Conſolationes ſcripſerunt multi, quos memoravimus initio p. 101. E: vel Orphici, vel Pythagorici ac Platonici, de quibus prodidimus in Diſputatione de Placito Immortalitatis Animorum Sect. II. et V. Hujus loci ſententiam attigit ad ſimilem locum Phalaridis Lennepius p. 234: iterum p. 252. ubi notat

ἀρχὴν hic valere *omnino*, et pro ἄνθρωπον legendum eſſe ἀνθρώπῳ· de quo non ſtatuimus; nam poterat et ita et altero modo recte ſcribi. Varietas quidem eſt in libris: ἀνθρώπου dant Voſſ. Pol. Jannot. T: et συμφορᾶς τῆς μεγίςης, B.

115. B. Ἀριςοτέλης—ἐν τῷ Εὐδήμῳ ἐπιγραφομένῳ—] De hoc Ariſtotelis Dialogo videatur, præter Fabricium Bibl. Gr. Vol. II. p. 190. noſtra animadverſio in Diſputatione de Placito Immortalitatis Sect. VI. p. 62. et in Epiſtola ad Heuſdium meum præmiſſa hujus Specimini Critico in Platonem p. 48. Operæ pretium eſt obſervare formam dictionis Ariſtotelicæ in hoc Dialogo, gravitati argumenti ac populari ſenſui accommodatam, plane diverſam a forma dictionis librorum ſuperſtitum tenui et conciſa, redundantem, grandem, ac pæne tragicam.

115. B. τὸν Σειληνὸν συλληφθέντα τῷ Μίδᾳ—] Habet etiam Cicero, qui ex iiſdem conſolatoriis libris hauſit Tuſc. I. 47: *Deorum immortalium judicia ſolent in ſcholis proferre de morte: nec vero ea fingere ipſi, ſed Herodoto auctore aliiſque pluribus:—Adfertur etiam de Sileno fabella quædam: qui cum a Mida captus eſſet, hoc ei muneris pro ſua miſſione dediſſe ſcribitur: docuiſſe regem non naſci homini longe optimum eſſe, proximum autem quam primum mori.* Vetus fabula multis memorata, quorum mentiones collegerunt Daviſius l. c. Perizonius ad Ælianum Var. Hiſt. III. 18. et jam ante attigerunt Delacerda ad Virgilii Eclog. VI. 14. ſeq. A. Schottus ad Cononis Narrat. init. edit. Galei p. 101. Plutarchus non contentus breviter retuliſſe quod breviter memoratum repererat in aliorum Conſolationibus, ipſa narratione Ariſtotelis integra apponenda magnam a nobis ſervatæ præſtantiſſimæ reliquiæ gratiam iniit.

115. B. Διόπερ, ὦ κράτιςε πάντων καὶ μακαριςότατε—] Si lectio vera eſt, oportet in ea ſit allocutio ad mortuum veluti Eudemum; hic enim demum non vivus aliquis colloquens poterat hoc nomine μακαριςότατε affici. Atqui, ut tota narratio ejuſque nexus oſtendit, allocutio eſt ad vivum ac præſentem. Igitur locus ad ſanitatem revocandus vel ſupplendo ſic, Διόπερ, ὦ κράτιςε, πάντως καὶ μακαριςοὺς, καὶ

πρὸς τῷ μακαριϛοὺς, ϗ εὐδαίμονας εἶναι τοὺς τετελευτηκότας νομίζομεν—: vel, delendis quibuſdam, his retinendis, Διόπερ, ὦ κράτιϛε, πάντως καὶ πρὸς τῷ μακαριϛοὺς ϗ εὐδαίμονας εἶναι τοὺς τετελευτηκότας νομίζομεν—. Videtur mendi ſuſpicio confirmari varietate lectionis. Nam Collect. Muret. et Jannot. dant initium loci, Διὸ περῶσι κράτιϛα καὶ μακαριϛότατα: qui ſenſus ſi cum ſenſu hujus conciliandus ſit, his fere verbis exprimi debeat, Διὸ περῶντας, (vel potius πεπερακότας) πάντως τὰ μακαριϛότατα· *igitur, ut qui peragrarunt beatiſſima in hac vita ſtudia, mortuos beatos et præterea felices cenſere debemus.* Sed quandoquidem hæc nimium a vulgatæ lectionis ſimilitudine diſtant, priorem rationem præferam. Eſt vero etiam varietas in νομίζειν, quod Stephanus dedit ex Pol. nec diſſentit Venet. at reliqui omnes habent νομίζομεν Ald. Baſ. Xyl. A. B. C. D. E. N. Z. Voſſ. Perizon. Utraque linguæ rationi congruit: nam recepta nexum habet hunc, πρὸς τῷ μακαρίους νομίζειν—καὶ—ἡγούμεθα, *præterquam quod beatos eos putamus, etiam maledicere de iis impium ducimus:* altera, πρὸς τῷ μακαρίους αὐτοὺς νομίζειν καὶ εὐδαίμονας αὐτοὺς νομίζομεν—καὶ—ἡγούμεθα. In hujuſmodi conſtructione Præpoſitionis πρὸς et Dativus adhiberi ſolet, et prius adjectivum in Neutro Singulari ac Dativo poni, veluti πρὸς τῷ μακαρίῳ καὶ εὐδαίμονας αὐτοὺς νομίζομεν, *cum beatitudine eos etiam felices cenſemus*, id eſt, *et beatos eos et felices cenſemus:* hoc autem Ariſtotelis ſtylo et grandi et magnifico exquiſitior forma ponitur πρὸς τῷ μακαρίους (ſubaudiendo νομίζειν) καὶ εὐδαίμονας αὐτοὺς νομίζομεν. At in altera lectione νομίζειν conſueta ratio valet πρὸς τῷ νομίζειν—καὶ ἡγούμεθα. Sed obſervatio exemplis illuſtretur. Plutarchea ſunt: Sympoſ. IV. p. 669. B: τά γε ἄλλα θαλάττης ὄψα πρὸς τῷ ἡδίϛῳ ϗ τὸ ἀβλαβέϛατον ἔχει. VII. p. 704. B: πρὸς γὰρ τῷ τρέφειν ἡμᾶς, ϗ ϛρογγύλη (ἡ τράπεζα) καὶ μόνιμός ἐϛι. VIII. p. 720. E: πρὸς τῷ μεγέθει τὴν τρανότητα καθαρῶς συνδιαφυλάττειν. Præcept. Reip. p. 815. E: καλὸν τοῦτο· καὶ πρὸς τῷ καλῷ πολλάκις ἑνὸς ἀνδρὸς ἀρετὴν—ἠμαύρωσε τὴν πρὸς πάντας ὀργὴν—. Adverſ. Epicur. p. 1092. E: πρὸς τῷ κενῷ καὶ ἀβεβαίῳ, (τὰς ἡδονὰς) φορτικὰς φαινομένας. Fabio Max. p. 175. A: Φλαμίνιον οὐδὲν ἤμβλυνε τούτων, ἄνδρα πρὸς τῷ φύσει θυ-

μοναδεῖ καὶ φιλοτίμῳ, μεγάλαις ἐπαιρόμενον εὐτυχίαις. M. Coriolano p. 233. E: πρὸς τῷ αἰσχρῷ καὶ ἄδικόν ἐςι. Pelopida p. 280. F: οἱ μὲν οὖν Ἀθηναῖοι πρὸς τῷ πάτριον αὐτοῖς καὶ σύμφυτον εἶναι τὸ φιλάνθρωπον, ἀμειβόμενοι τοὺς Θηβαίυς. Marcello p. 303. C: πρὸς δὲ τῷ φύσει φιλανθρώπῳ ϗ πιθανὸς ὢν ὁμιλίᾳ. Tib. Graccho p. 831. E: καὶ μὴν ἥ γε βασιλεία πρὸς τῷ πᾶσαν ἀρχὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῇ συλλαβῦσα, καὶ ταῖς μεγίςαις ἱερυργίαις καθωσίωται πρὸς τὸ θεῖον. Plato Sympoſ. p. 324. F: νέος μὲν οὖν ἐςί, πρὸς δὲ τῷ νέῳ ἁπαλός. Phædro p. 342. B: ἐραςὴς πρὸς τῷ βλαβερῷ καὶ εἰς τὸ συνημερεύειν πάντων ἀηδέςατον. Theæteto p. 132. G: Καλὸς γὰρ εἶ—πρὸς δὲ τῷ καλῷ εὖ ἐποίησάς με—. Leg. VI. p. 618. E: ζημιύσθω πεντήκοντα δραχμαῖς, πρὸς τῷ κακὸς εἶναι δοκεῖν. 622. D: πρὸς τῷ γελοῖα εἶναι ϗ θυμὸν ἀνεγείραι (ita leg. pro ἀνεγεῖραι) πολλοῖς. Dion Chryſ. Or. VI. p. 109. B: πρὸς γὰρ τῇ ἀσεβείᾳ ϗ ἀδύνατόν ἐςιν ita legendum pro εὐσεβείᾳ. Ib. p. 98. C: ἴσως γὰρ οὐ μόνον πρεσβυτικὸν πολυλογία—πρὸς δὲ τῷ πρεσβυτέρῳ· leg. πρεσβυτικῷ τυχὸν ἂν εἴη καὶ ἀλητικόν· vulgatum ex proximo πρεσβύτεροι ortum. Or. LXV. p. 600. D: πρὸς τῷ τὴν αὐτοῦ κακίαν γνωριμωτέραν πᾶσι ποιῆσαι, πῶς οὐχὶ μεγάλη καὶ φανερὰ δυςυχία; LXXVIII. initio: Ἔτι πρὸς τῷ μεγαλόφρων τε εἶναι ϗ ἄλυπος, ὁ νοῦν ἔχων καὶ φιλάνθρωπος—. Ariſtides Or. Platon. I. p. 75: οὐ μόνον οὐδέτερον προσὸν τῇ δυνάμει ταύτῃ λέγων, πρὸς δὲ τῷ μὴ προσεῖναι, ϗ παντελῶς ἀλλότριον αὐτῆς· *dicens duo, quorum neutrum huic facultati adeſt, et præterquam quod non adeſt, etiam plane ab ea alienum eſt.* Ergo hac in compoſitione ſolennis eſt Dativus: Accuſativus ſemel nobis in Plutarcho obſervatus, ita tamen ut Articulus in Dativo ponatur, De Malignit. Herodoti p. 855. E: τὸ γὰρ ἀπροθύμως ἐπαινεῖν, τοῦ ψέγοντα χαίρειν οὐκ ἐπιεικέςερον, ἀλλὰ πρὸς τῷ μὴ ἐπιεικέςερον, ἴσως καὶ χεῖρον. In hoc præſente Plutarcheo loco dant πρὸς τὸ μακαρίυς Ald. Baſ. Xyl. at τῷ notavit Anon. et Jannot. unde habet Stephanus, a quo non diſſentiunt noſtra reliquorum codicum excerpta. Cæterum ita comparari ſolent μακάριος et εὐδαίμων, ut totum et pars: Hippodamus Pythag. ap. Stob. Florileg. Tit. CI. p. 554: ἁ ἀνθρωπίνα εὐδαιμονία συγκεφαλαιῦται ἐπαίνῳ τε καὶ μακαρισμῷ· ἐπαίνῳ μὲν τῷ ἐξ ἀρετᾶς, μακαρισμῷ δὲ τῷ ἐξ εὐτυ-

χίας. Igitur mortui ſunt εὐδαίμονες, ideoque iis tribuen et μακαρισμὸς et ἔπαινος· et vero ἔπαινος eam vim habet ψεύσαθαί τι κατ᾽ αὐτῶν καὶ τὸ βλασφημεῖν οὐχ ὅσιον ſit: (ſunt Plutarchi hoc loco verba. Attigimus hanc differ tiam in Animadv. ad Juliani Or. I. p. 9. D. Biblio Crit. Vol. III. P. I. p. 54.

115. C. οὐδεὶς οἶδεν οὔτε τοῦ χρόνυ τὴν ἀρχὴν,—] Ariſtot hæc ſcribens cogitabat nobiliſſimum illud de lege di dictum Sophoclis, Antigones 466:

Οὐ γάρ τι νῦν γε κἀχθὲς, ἀλλ᾽ ἀεί ποτε
Ζῇ ταῦτα, κ᾽ ὐδεὶς οἶδεν ἐξ ὅτυ φάνη.

et ipſe hoc alibi citat et Plutarchus, ut ſuo loco dicem

115. C. ἐκ παλαιοῦ χρόνυ περιφέρεται θρυλλούμενον—] hæc ſcribenti in animo verſabatur nobilis ſententia E pidis ex Bellerophonte ap. Stob. 531. Grot. 409.

Ἐγὼ τὸ μὲν δὴ πανταχοῦ θρυλλύμενον
Κράτιστον εἶναί φημι, μὴ φῦναι, βροτῷ.

Multum varietatis eſt in libris: ἐκ παλαιῦ χρόνυ abeſt in C. D: ſolum ἐκ abeſt in B. E. Voſſ. Periz. Ald. Baſ.) Z. dat ἐκ τοῦ παλαιοῦ χρόνυ: Mez. κἀκ παλαιοῦ χρόνου. V gatam Stephanus dedit ex Pol. et Jannot. Mox E. j nius habet τὸ θρυλλύμενον—.

115. D. τῦτο μὲν—] Hoc exſpectationem facit leg ſecuturi τοῦτο δὲ, quod in hoc Ariſtotelis loco non ac nec potuit adfuiſſe, quia hic locus una hac de Silen Mida narratione continetur. Credibile eſt Ariſtote ſimiles ſubjunxiſſe hiſtorias, quibus τοῦτο δὲ potuit p ponere: præpoſuiſſe, equidem non affirmem, quia in l gius deducta oratione reſpondens particula ſubinde or titur: quod Valckenarius monuit ad Herodotum IV. hunc ipſum locum notans, cujus tamen diverſa eſt ab l rodoteis ratio. Certe non requirimus, quod dat N, τ μέν.

115. D. μετὰ τὴν θήραν ὡς ἔλαβε τὸν Σειληνὸν,] Et ho poſitum pro ᾗ, *qua*, ſcilicet θήρᾳ, exquiſitum et grand quentiæ conveniens eſt: quo in genere celebratur T cydideæ hiſtoriæ initium: ut monuimus ad Juliani Or p. 1. Biblioth. Crit. Vol. III. P. I. p. 35.

115. D. *τὸ βέλτιον—καὶ—αἱρετώτατον*] Fortaſſe verum eſt *βέλτιστον* a Mez. oblatum: quamquam vulgatum in hac grandiloquentia, ut rarum et communi ratione recedens, minus repudiem, quam aliis in locis. Diximus de iſta Graduum conjunctione ad p. 101. C.

115. D. *σιωπῶν ἀῤῥήτως*] Congruit cum iſta exquiſita orationis forma, licet ſimile dictum non obſervaverimus: nec opus admittere Reiſkii *ἀῤῥήκτως*: quod in Emendationum Notatione vitioſe expreſſum eſt *ἀῤῥήντως*.

115. D. *ἀναγκαζόμενος*] Præſtat *ἀναγκαζόμενον*, quod dant B. D. Schott. T: aliter Anon. et V. *ἀναγκαζομένου*.

115. E. *ἄριστον γὰρ πᾶσι ἀποθανεῖν ὡς τάχιστα*] Gravitatis ſpecies quæſita eſt redundantia et trajectione verborum. Sententia ipſa celebratur Veteribus multis, principe Homero, cujus nomine hoc fertur in Certamine Hom. et Heſiod. p. 321. Edit. Heinſ.

Ἀρχὴν μὲν μὴ φῦναι ἐπιχθονίοισιν ἄριστον,
Φύντα δ' ὅπως ὤκιστα πύλας ἀΐδαο περῆσαι.

Hinc Bacchylides duxit ap. Stob. Geſn. p. 530. Grot. p. 405.

Θνατοῖσι μὴ φῦναι φέριστον,
Μηδ' ἀελίου προσιδεῖν φέγγος·
Ὄλβιος δ' οὐδεὶς βροτῶν πάντα χρόνον.

Ad verbum tranſcriptum eſt Theognidi 417. ap. Stob. p. 602. Grot. p. 491:

Ἀρχὴν μὲν μὴ φῦναι ἐπιχθονίοισιν ἄριστον,
Μηδ' ἐσιδεῖν αὐγὰς ὀξέος ἠελίου·
Φύντα δ' ὅπως ὤκιστα πύλας ἀΐδαο περῆσαι,
Καὶ κεῖσθαι πολλὴν γαῖαν ἐφεσσάμενον.

His Grotius in ſua Florilegii Stobæani editione præmittit duos locos in Geſneriana deſideratos; alterum *Ariſtarchi*, alterum *Chalcidamantis*, nominibus inſignitos: hunc quidem duobus hexametris ipſis illis modo memoratis Homericis *Ἀρχὴν—περῆσαι* et in margine exempli ſui Geſneriani, in Lugdunobatava hac Bibliotheca ſervati, ſua manu annotavit ad hunc locum hæc verba: *quædam tragica Ariſtarchi, Chalcidamantis, cet.* Et *Ariſtarchum* quidem tragicum novimus: *Chalcidamantem* in ſcriptoribus nominari,

non novimus. Unde ergo hoc nomen exſtitiſſe dicemus? Equidem id exſtitiſſe putem vel ex nomine *Alcidamantis*, in cujus *Laudatione Mortis* hi verſus memorari potuerunt: qua de re Ciceronis mentionem ex Tuſc. I. 48. poſuimus ſupra ad p. 1. F: vel ex nomine *Amphidamantis Chalcidenſis*, cujus in funere illud *Homeri et Heſiodi Certamen* habitum fertur, ut proditur in illo ipſo libello p. 321. et Plutarchi Conviv. Sapient. p. 153. E. ubi plura dicemus. In Proverbiis recenſetur Homericum dictum a Diogeniano III. 4: Theognideum a Suida III. 66. ſive voce Ἀρχὴν· ubi alia etiam notavit Kuſterus. Reprehendit ſententiam Epicurus apud Diogenem Laert. X. 126: paulo diverſe citantem —Καλὸν μὲν μὴ φῦναι· Φύντα δ' ὅπως ὤκιστα πύλας ἀΐδαο περῆσαι.

115. E. Δῆλον οὖν—ἀπεφήνατο.] Utrum hæc ſint Ariſtotelis an Plutarchi, haud facile quis dicat. Nec interpretes ita reddiderunt, ut quid ipſi judicaverint, appareat. Ariſtotelicis tamen quam Plutarcheis ſimiliora puto.

115. F. διεχῆ] Rarius vocabulum: contrarium τοῦ συνεχοῦς, *conjuncti, continui*; itaque notat *disjunctum, interruptum*. Sic Plutarchus Solert. Animal. p. 966. E. Habet Heſychius in voce: et H. Stephanus Theſ. L. Gr. T. I. p. 1340.

115. F. Ἐπιλελησμένοις οὖν ἐοίκαμεν. Οὐ γὰρ μόνον—] *Oblitis ergo ſimiles ſumus.* Cujuſnam vero rei oblitis? Simpliciter reddidit Steph. Niger, *Obliviſcentium igitur ſimiles ſumus.* Suppleverunt aliquid Amyotus, *noſtrum ipſi obliti ſumus*, et Xylander, *obliti videmur noſtræ ſortis.* Plane a verbis et ſententia aberrat Cruſerius vertens *Adæquamus igitur eos oblitis.* Atqui proximum Οὐ γὰρ μόνον— eſt illud cujus obliti ſumus, valet enim item γὰρ, quod ὅτι, in citandis locis et ſententia explicanda, ut docuimus p. 37. F: itaque ſenſus hic eſſe videatur, *Obliti videmur, nos non ſolum pecuniam, ſed omnino rerum humanarum nullam propriam poſſidere.* Atque hac in ratione acquieſcere poſſimus; niſi forte vera lectio fuerit —ἐοίκαμεν ὅτι οὐ μόνον: quo ducere videtur codex D. qui pro οὐ γὰρ dat ὅτι.

p. 116. A. Τὰ χρήματα—ἀφαιροῦνται πάλιν] Euripidis

Phœniſſ. 558. Hinc ſua adumbravit Philo Jud. De Cherub. p. 126. B. 127. E. De Sacrif. Abel. et Cain. p. 147. A.

116. A. Οὐδὲ γὰρ οἱ τραπεζῖται—εὐγνωμονῶσι.] Sententiam hanc univerſe attigimus ad p. 106. F. ſeq. Trapezitarum exemplum Plutarchus e communi quodam fonte duxit atque Cebes ille quiſquis fuit, qui Tabulam ſcripſit, p. 149: Διὰ τοῦτο οὖν τὸ Δαιμόνιον κελεύει μὴ θαυμάζειν ὅ, τι ἂν πράττοι αὕτη, μηδὲ γίγνεσθαι ὁμοίως τοῖς κακοῖς τραπεζίταις· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ὅταν μὲν λάβωσι τὸ ἀργύριον παρὰ τῶν ἀνθρώπων, χαίρουσι καὶ ἴδιον νομίζουσιν εἶναι· ὅταν δ' ἀπαιτῶνται, ἀγανακτοῦσι καὶ δεινὰ οἴονται πεπονθέναι, οὐ μνημονεύοντες ὅτι ἐπὶ τούτῳ ἔλαβον τὰ θέματα, ἐφ' ᾧ οὐδὲν κωλύει τὸν θέμενον πάλιν κομίσασθαι. Cicero Tuſc. I. 39: *Natura—quidem dedit uſuram vitæ, tamquam pecuniæ, nulla præſtituta die. Quid eſt igitur, quod querare, ſi repetit, cum vult? Ea enim conditione acceperas.* Conferatur Epictet. Enchirid. Cap. XI. et XIV. quo reſpexit Hierocles ad Aur. Carm. p. 110.

116. A. Ἐπελάθου—ἀποδοῦναι] Poetam redolet.

116. B. παρακαταθεμένοις θεοῖς] Excidiſſe putem ἀποδώσοντες, *reddituri*: hæc mihi nunc ratio veriſimilior videtur, quam pro Dativo abſoluto accipere.

116. B. Εἰ γοῦν ἡ Νιόβη—τελευτήσει] κατὰ τοὺς μύθους, ſive ab auctore ſive a librario hanc ſedem accepit, rectius ponendum erat apud ἐδυσχέραινεν. Tragici dictio, non alibi animadverſa, vel ex Æſchyli eſt aut Sophoclis fabula Niobe; hos enim hujus argumenti et nominis dramata compoſuiſſe novimus, Euripidem non item, judice Valckenario in Diatribe p. 13: vel eſt dictio ex hujus aut alterius Tragici de alio argumento dramate, ſed ad Nioben accommodata.

116. C. Δύ' ἐςὶ τῶν Δελφικῶν—γινώσκειν ἑαυτόν.] Duo ex omnibus Delphicis dictis hæc præcipua cenſentur etiam a Platone in Protagora p. 206. G. qui ita de iis loquitur, ac ſi non alia præter hæc in templo conſecrata fuiſſe putet, ut item Pauſanias X. 24. quamquam et alia fuiſſe feruntur: quod quale ſit, quæremus ad p. 164. B. Ex his duobus, judice Plutarcho noſtro, apta et ſuſpenſa ſunt reliqua

omnia, ſcilicet Δελφικὰ γράμματα. Verba iſta, ἐκ τούτων γὰρ ἤρτηται καὶ τὰ λοιπὰ πάντα, J. J. Wetſtenius ſcite appoſuit ad Matth. XXII. 40: ἐν ταύταις ταῖς δυσὶν ἐντολαῖς ὅλος ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται κρέμανται. Verbo ſic utitur Plutarchus in Conſolat. Ad Uxorem p. 611. A: ἐξ ὀρθῶν ἐπιλογισμῶν—ἤρτηται τὸ μακάριον. Plato Leg. I. p. 567. F. VI. 626. B. X. 664. A. Sed horum alterum altero viciſſim contineri ac ſignificari acutius quam verius dictum videtur. Conjunctionem quidem declarat Ariſtides Or. περὶ παραφθέγματος T. II. p. 368: ἀλλά μοι δοκεῖ καὶ τὸ γράμμα τὸ θεῖον ἄντικρυς τοῦτο κελεύειν καὶ λέγειν τὸ Γνῶθι σεαυτόν· οὐχ ἁπλῶς εἰπεῖν· φάθι μηδὲν εἶναι, ἀλλὰ μήτε ὑπερβάλλῃς, μήτε ἐλλείπῃς· ἐπικουρεῖ δὲ τὸ δεύτερον γράμμα καὶ ἐπισφραγίζεται, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ νοῦς τοῦ προτέρου· τὸ γὰρ Μηδὲν ἄγαν εἰς τοῦτο, οἶμαι, φέρει. Vim prioris eadem ratione ſignificat Julianus Or. VI. p. 183. D.

116. D. ὁ Ἴων—] Hinc unice cognitum, in Excerpta Trag. retulit Grotius p. 449.

116. D. ὁ δὲ Πίνδαρος—] Fragmentum perditi Carminis, quod ſine auctoris nomine citat Hephæſtion De Metris p. 51. memoratus quoque a Cl. Schneidero in Fragm. Pind. p. 73.

116. D. πυθόχρηστα] *Pythico edita Oraculo.* Sic Plutarchus Opp. Mor. p. 163. B. 247. D. 628. F. 1117. A. 1146. B. Vitar. 12. D. 22. E. 108. A. 325. D, E. 330. E. 447. E. Ariſtides T. II. p. 389. Jamblichus Vit. Pythagor. §. 161. ita correctus a Kuſtero: 213. 247. Euſebius, Præp. Evang. p. 139. D. Notavit et Weſſelingius ad Diodor. Sic. T. I. p. 323. Plautus vertit Latine Pſeudolo I. 5. 64: *—ſi quid vis, roga: Quod ſcibo, Delphis tibi reſponſum dicito.*

116. D. ἢ διαίρεσθαι πρὸς ἀλαζονείαν ἢ ταπεινοῦσθαι—] Idem præceptum aliis verbis proditum declaravimus ſupra ad p. 103. A. et p. 7. F. Pertinet huc etiam Platonis diſputatio Leg. VII. p. 638. G. Periandri dictum apud Diogenem Laert. I. 97: Εὐτυχῶν μὲν μέτριος ἴσθι, δυστυχῶν δὲ φρόνιμος.

116. E. διὰ τὴν τῆς ψυχῆς ἀσθένειαν—] Sic Stephanus edi-

dit, et conſentiunt noſtri codices. Antea edebatur διὰ τὴν τῆς τύχης ἢ ψυχῆς ἀσθένειαν, quod et in codice Veneto eſt, indeque ab Aldo receptum, et ab Baſileenſi et Xylandro retentum.

116. E. οἱ Πυθαγόρειοι—] Aurei Carminis verſu 17: citatur apud ſcriptorem De Vita Homeri, qui Plutarchi nomine fertur, §. 153. noſtræ editionis, p. 365. edit. Gale: Ὅσσα τε δαιμονίαισι τύχαις βροτοὶ ἄλγε' ἔχουσιν, Ἣν ἂν μοῖραν ἔχῃς, πρᾴως φέρε μηδ' ἀγανάκτει. Stobæus Florileg. Tit. CVI. p. 569. Noſtri codices A. B. E. N. Venet. Voſſ. dant δαιμονίαισι: D. Pol. Schott. Mez. Ἣν ἂν μοῖραν—: N. Ἣν ἂν μ. Z. Periz. ταύτην δ' ἔχε—.

116. E. Αἰσχύλος—τεθυμῶσθαι θεοῖς.] Atqui ſub Euripidis nomine exſtat ap. Stobæum Florileg. edit. Geſn. p. 570: edit. Grot. p. 455. Valckenario in Diatrib. p. 230. gravitate Æſchyli verſus digni et ita conſtituendi videntur, Ἀνδρῶν γάρ ἐστιν ἐνδίκων τε καὶ σοφῶν κἂν τοῖσι δεινοῖς μὴ τεθυμῶσθαι θεοῖς. In Æſchyli Fragm. Incertis habet Stanleius T. II. p. 886. in Euripideis Muſgravius Num. LXXII. Et noſtri codices variant: pro ἐνδίκων dant ἐναρέτων fere omnes libri, A. B. C. D. Z. Venet. Voſſ. Perizon. Ald. Baſ. Xyl. quod eſt minus antiquum vocabulum, ſed a Stoicis invectum et jactatum, judice Phrynicho Eclog. Nom. et Verb. Attic. p. 144. ubi operæ pretium eſt legere animadverſiones Nunneſii et Hœſchelii, hujus quidem citantis hunc ex Plutarcho locum, nondum a Stephano mutatum, qui primus ἐνδίκων a Pol. et Jannot. ſumſit, fortaſſe ex Stobæo petitum. Euſtathius ad Il. A. p. 48. tradit, *philoſophis virtute præditum non dici* ἐνάρετον, *ſed* σπουδαῖον: ex horum numero excipiendi ergo Stoici, ut modo vidimus, et monet item Menagius ad Diog. Laert. VII. 126: ſed et alii poſtea uſi ſunt vocabulo, quorum locis ad Phrynichum citatis addantur Plutarchi Lacon. Inſtitut. p. 242. B. Junci ap. Stob. p. 597. Diog. Laert. VI. 10. Porro in primo verſu σοφῶν deeſt in D: in ſecundo pro κακοῖσι B. C. D. Z. Periz. dant κακίστοις.

116. F. Εὐριπίδης, Ὅστις δ' ἀνάγκῃ—] Leguntur etiam apud Epictetum in Enchiridii fine, ubi pro βροτῶν eſt κα-

λῶς: Euripidis eſſe monet Simplicius ad illum locun Hinc in Fragmentis Incertarum Tragœdiarum poſitu Num. CXX. edit. Muſgrav. Huic ſimile eſt Euripideu in Incert. Num. XXX.

116. F—117. A. Τὰ προσπεσόντα—δοκεῖ.] Euripidis e Melanippa: qua ſub inſcriptione hi verſus exſtant in Sto bæo Floril. Tit. CVI. edit. Geſn. 568. Grot. 451. una va rietate vocabuli τυγχάνοντα pro προσπεσόντα: quorum ho præferam, ut Euripidi, et aliis uſitatius: veluti hic Me 229: —ἄελπτον πρᾶγμα προσπεσὸν τόδε—. Theſ. ſupra p 112. D: νεαρὸν προσπεσόν. Plutarchus ſupra p. 116. D: τοῖς προσπίπτουσιν. Hipparchus ap. Stob. p. 574: τὰ προσ πίπτοντα ἀνθρώπινα νομίζειν. Euſebius ibidem p. 618: Ἀνηρ τευ προσπεσόντος, ἔπειτα χαλεπαίνειν τοῖς θεοῖς, μεῖζον κακόν ἐ ζητέειν. Deinceps idem iterum, Ἀνιηροῦ τευ προσπεσόντο Juncus ibid. p. 594: ὥσπερ ἀγαθὸς ἀθλητὴς νικᾷ τὸ προσπίπτο Menander ibid. p. 570: Τὰ προσπεσόντα προσδοκᾷν ἅπαν δεῖ Ἄνθρωπον ὄντα—. Plutarchus Vitar. p. 99. A. 120. I Herodianus IV. 14. 9. VI. 3. 7. Simpliciter πίπτον alia i compoſitione Euripides Antigone ap. Stob. p. 568. Gro p. 449: Ὅςις δὲ πρὸς τὸ πίπτον εὐλόγως φέρει Τὸν δαίμον', οὗτ ἧσσόν ἐς' ἀνόλβιος—' *qui fortunam fert accommodate ad ca ſum præſentem—*: quæ inter Philemonis reliquias edid Clericus p. 212.

p. 117. A. Θεὸς δέ σοι πῆμ' οὐδὲν—] Tragici dictum, e hoc loco in Excerpta Incert. ſuſceptum a Grotio p. 46 ſed aliter diſtinctum: —Πῆμά σοι δ' οὐδὲν θεὸς, Ἀλλ' αὐτ αὐτῷ—. Noſtri ad unum omnes libri vulgatum exhibent.

117. A. διὰ—ψευδῆ δόξαν πάντα καταμέμφονται θάνατον— Animi perturbationes non a re ipſa, ſed ab *opinione* noſtr proficiſci, tralaticium eſt in philoſophorum, maxime Sto corum, diſputationibus, et Ciceroni in Tuſculanis utram que paginam facit: hinc et verbum προσδοξάζειν, προσεπι δοξάζειν, de quibus ut de argumento ipſo legantur Gata kerus ad M. Antonin. VIII. 49. et Uptonus in Indic Epicteti. Ad popularem vitæ communis captum eamdem admonitionem accommodavit Philemon ap. Stob. p. 565 Cleric. p. 356:

Μείζω τὰ κακὰ ποιȣ̃σι πολλοὶ, δέσποτα,
Αὐτοὶ δι' αὑτȣ̀ς, ἢ πέφυκε τῇ φύσει.
Οἷον τέθνηκεν υἱὸς ἢ μήτηρ τινὶ
Ἢ, νὴ Δί', ἄλλων τῶν ἀναγκαίων γέ τις,
Εἰ μὲν λάβῃ τȣ̃τ', Ἀπέθανε, ἄνθρωπος γὰρ ἦν,
Τοσȣ̃τον γέγονε τὸ κακὸν, ἡλίκον περ ἦν·
Ἐὰν δ', Ἀβίωτος ὁ βίος, ȣ̓κ ἔτ' ὄψομαι,
Ἀπόλωλεν· ἐν ἑαυτῷ τοιȣ̃τος ἂν σκοπῇ,
Πρὸς τοῖς κακοῖς ȣ̓̃τος ἕτερα συλλέγει κακά.
Ὁ δὲ λογισμῷ πάντα παρ' ἑαυτῷ σκοπῶν,
Τὸ κακὸν ἀφαιρεῖ, τ' ἀγαθὸν δὲ λαμβάνει.

Sic exhibuimus locum, Bentleii rationes ſecuti excepto λαλῇ, quod is in quinto verſu ponere volebat pro λάβῃ. Epictetus Diſſert. I. 27: Ἀκȣ́εις τῶν ἰδιωτῶν λεγόντων, Τάλας ἐκεῖνος ἀπέθανεν· Ἀπώλετο, ὁ πατὴρ αὐτȣ̃ φησι· ἡ μήτηρ, Ἐξεκόπη, ἅμα καὶ ἄωρος καὶ ἐπὶ ξένης. Ἄκȣσον τῶν ἐναντίων λόγων· ἀπόσπασον σεαυτὸν τȣ́των τῶν φωνῶν· ἀντίθες τῷ ἔθει τὸ ἐναντίον ἔθος· πρὸς τοὺς σοφιστικοὺς λόγους τὰ λογικά—. Sic initium hujus ſententiæ vulgo turbatum conſtituimus. Comparetur et Philonis Judæi declamatiuncula ex perſona Jacobi in obitum filii Joſephi p. 529. D. ſeq. et Dion Chryſ. Or. XVI. p. 245. B: —ȣ̓δὲν γάρ ἐστιν αὐτῷ δεινόν· ἀλλὰ ὑπὸ τῆς δόξης καὶ τῆς ἀσθενείας τῆς ἡμετέρας γίνεται τοιȣ̃τον· οἱ γȣ̃ν πολλοὶ, κἂν γένηταί τι τῶν νομιζομένων ἀτόπων, ἀεὶ τούτȣ μνημονεύȣσι, δυσχερȣ̃ς ȣ̓́σης τῆς μνήμης.

117. B. Δύσμορος—] Homer. Iliad. Λ. 453. eſt Ἆ δειλ', οὐ μὲν σοί γε πατὴρ κ. τ. μ.—.

117. B. τὴν ἐπ' αὐτῷ ὀδύνην αὐτοῖς ἀφέντος] Varietas eſt librorum: A. E. Venet. Voſſ. τὴν ἐν ὀφθαλμοῖς ὀδύνην αὐτῆς μένων ἀφέντος: B. D. Coll. Muret. Schot. Anon. Mez. T. V. B. pro ἐπ' αὐτῷ habent ἐν ὀφθαλμοῖς, cæterum cum vulgata conſentiunt: N. ἐπ' αὐτῶν. Hinc fortaſſe probabilis lectio colligatur τὴν ἐν ὀφθαλμοῖς ὀδύνην αὐτοῖς μένων ἀφέντος· pluribus certe libris confirmata: quamquam et vulgata bonam ſententiam adfert.

117. B. Οὐδέ τι μοι εἶπες] Andromachæ allocutio ad Hectorem mortuum Iliad. Ω. 744. Hinc exemplum exſtitit Rhetoribus in loco de Conqueſtione: quale eſt apud Ci-

ceronem De Inventione I. 55: *Tertius* (*locus eſt*), *per quem unumquodque deploratur incommodum: ut in morte filii, pueritiæ delectatio, amor, ſpes, ſolatium, educatio, et ſi qua ſimili in genere, quolibet de incommodo per conqueſtionem di poterunt*:—*Octavus: per quem aliquid dicitur eſſe factum quod non oportuerit; aut non factum, quod oportuerit: b modo: "Non adfui, non vidi, non poſtremam ejus voce "audivi, non extremum ejus ſpiritum excepi." Item, "In "micorum in manibus mortuus eſt, boſtili in terra turpiter j "cuit inſepultus, a feris diu vexatus, communi quoque bono "in morte caruit."* Tacitus in egregio illo epilogo Vit Agricolæ §. 45. eamdem rationem ſecutus eſt, non ut ea tamquam rhetoricæ locum conſectaretur, ſed ut ipſa n tura et dolore in eum deferretur: *Sed mihi filiæque præt acerbitatem parentis erepti auget mœſtitiam, quod aſſide valetudini, fovere deficientem, ſatiari vultu, complexu, n contigit: excepiſſemus certe mandata voceſque, quas penit animo figeremus. Noſter bic dolor, noſtrum vulnus*—.

117. C. τιμωρηθεὶς ἀπέθανε.] *Excarnificatus obiit: ad di turnum cruciatum traditus.* Sic de Menone Xenophon E pedit. Cyri II. fin. Μετὰ δὲ τὸν τῶν ἄλλων θάνατον ϛρατηγῶ τιμωρηθεὶς ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἀπέθανεν· ὐχ ὥσπερ Κλέαρχος κ οἱ ἄλλοι ϛρατηγοὶ ἀποτμηθέντες τὰς κεφαλὰς, ὅσπερ κάλλιϛος θ νάτων ἐδόκει εἶναι· ἀλλὰ ζῶν αἰκισθεὶς ἐνιαυτὸν, ὡς πονηρὸς, λέγετ τῆς τελευτῆς τυχεῖν. Cebes, qui dicitur, Tabulæ p. 13 —ἀπόλλυται ὑπ' αὐτῆς ὐκ εἰσάπαξ, ὥσπερ ὁ ὑπὸ τῆς Σφιγγὸς κ ταβρωθεὶς ἀπέθνησκεν· ἀλλὰ κατὰ μικρὸν ἐν ὅλῳ τῷ βίῳ κατ φθείρεται, καθάπερ οἱ ἐπὶ τιμωρίᾳ παραδιδόμενοι. Sic οἱ ἐπὶ τ τιμωριῶν ſunt *carnifices bujus ſupplicii opifices*: Plutarch in Artaxerxe, de Paryſatide regina eos, quos odiſſet, hoc ſupplicium tradente: p. 1018. C. Carem gloriante ſe in pugna Cyrum interfeciſſe: ταῦτα δὲ ἀκούσας ὁ βασ λεὺς, σφόδρα παρωξύνθη, καὶ τὴν κεφαλὴν ἐκέλευσεν ἀποτεμεῖν ἀνθρώπυ· παρῦσα δὲ ἡ μήτηρ, Μὴ σύ γε, εἶπεν, οὕτω τὸν Κα τοῦτον, ὦ βασιλεῦ, τὸν ὀλέθριον ἀπαλλάξῃς, ἀλλὰ παρ' ἐμοῦ ἄξιον ἀπολήψεται μισθὸν, ὧν τολμᾷ λέγειν· ἐπιτρέψαντος δὲ τῦ β σιλέως, ἐκέλευσε τοὺς ἐπὶ τῶν τιμωριῶν ἡ Παρύσατις λαβόντας ἄνθρωπον ἐφ' ἡμέρας δέκα ϛρεβλοῦν, εἶτα τὺς ὀφθαλμοὺς ἐξορύξα

τας, εἰς τὰ ὦτα θέρμον ἐντήκειν χαλκὸν, ἕως ἀποθάνοι. Item mulctavit Mithridatem ſimili de cauſſa p. 1019. E: —ἐγχειρίσασα τοῖς ἐπὶ τῶν τιμωριῶν, προσέταξεν ἐκδεῖραι ζῶντα, καὶ τὸ μὲν σῶμα πλάγιον διὰ τριῶν σταυρῶν ἀναπῆξαι, τὸ δὲ δέρμα χωρὶς διαπατταλεῦσαι. Hæc monere viſum, quod vulgo non monita viderem. In loquendi et ſcribendi conſuetudine promiſcue uſurpata τιμωρία et κόλασις, a diligentioribus tamen diſtinguuntur: Ariſtoteles Rhet. I. 10: διὰ θυμὸν δὲ καὶ ὀργὴν τὰ τιμωρητικά· διαφέρει δὲ τιμωρία καὶ κόλασις· ἡ μὲν γὰρ κόλασις τοῦ πάσχοντος ἕνεκά ἐστιν, ἡ δὲ τιμωρία τοῦ ποιοῦντος ἵνα ἀποπληρωθῇ: huc et ſpectavit Gellius VI. 14: nec diſcrimen neglexit Xenophon Cyropæd. I. 2. 3. ut notavimus in Annotat. ad Selecta Hiſt. Gr. p. 372. Ab illa propria τιμωρίας poteſtate fluxit hæc nunc notata nobis ſignificatio *excarnificandi*.

117. C. ταῦτα δ' ἐκίνησαν οἱ ποιηταὶ καὶ μάλιστα τούτων ὁ πρῶτος Ὅμηρος—] Poetarum reprehenſio a philoſophis profecta, de qua diximus in propoſito libri De Audiendis Poetis ad p. 14. D. In eodem argumento alios Homeri locos appoſuit Plato Republ. III. p. 433. A, B. Meziriacus hic appoſuit ἀπὸ τούτου τοῦ τόπου μέχρι τοῦ τέλους οὐ δοκεῖ μοι ὄζειν Πλουτάρχου. Atqui, noſtro quidem ſenſu, reliqua tam redolent Plutarchum quam antecedentia, id eſt, recentem a puerili inſtitutione, nondum nec judicio conformato, nec oratione conformata.

117. D. Ὡς δὲ πατὴρ—] Iliad. Ψ. 222. duo ſunt priores; tertius ex P. 37: quartus, qui ſequitur, ex I. 483. In Plutarchi quidem exemplo aut undecumque eos excitavit, continuos eodem loco verſus hos extitiſſe credibile eſt, ſiquidem et citat ipſe et addit ἀλλ' ὅρα τὸ ἑξῆς, quæ verba omittunt A. E. Z. Venet. Voſſ. forte quod eorum deſcriptores quartum verſum non *deinceps* invenirent in ſuis Homericis exemplaribus.

117. D. Τίς γὰρ οἶδεν εἰ ὁ θεὸς πατρικῶς προνοῶν καὶ κηδόμενος—] Epictetus Diſſert. III. 24. init. Ὁ γὰρ θεὸς πάντας ἀνθρώπους ἐπὶ τὸ εὐδαιμονεῖν, ἐπὶ τὸ εὐσταθεῖν ἐποίησε· πρὸς τοῦτο ἀφορμὰς ἔδωκε, τὰ μὲν ἴδια δοὺς ἑκάστῳ, τὰ δ' ἀλλότρια· τὰ μὲν κωλυτὰ καὶ ἀναφαιρετὰ καὶ ἀφαιρετὰ, οὐκ ἴδια· τὰ δὲ ἀκώλυτα, ἴδια· τὴν

δ' ὀυσίαν τῶ ἀγαθῶ καὶ τῶ κακῶ, ὅπερ ἦν ἄξιον τὸν κηδόμενον ἡμῶν καὶ πατρικῶς προϊςάμενον, ἐν τοῖς ἰδίοις. Ἀλλ' ἀποκεχώρηκα τοῦ δεῖνος καὶ ὀδυνᾶται. Διὰ τί γὰρ τὰ ἀλλότρια ἴδια ἡγήσατο; διὰ τί ὅτε σε βλέπων ἔχαιρεν, ὀυκ ἐπελογίζετο ὅτι θνητὸς εἶ, ἀποδημητικὸς εἶ; Τοιγαροῦν τίνει δίκας τῆς αὑτοῦ μωρίας. Σὺ δ' ἀντὶ τίνος, ἐπὶ τί κλᾷς σεαυτόν; Ἢ ὀυδὲ σὺ ταῦτα ἐμελέτησας; ἀλλ' ὡς τὰ γύναια τὰ ὀυδενὸς ἄξια, πᾶσιν οἷς ἔχαιρες, ὡς ἀεὶ συνεσόμενος, συνῆς, τοῖς τόποις, τοῖς ἀνθρώποις, ταῖς διατριβαῖς—. Seneca De Providentia Cap. II. p. 191: *Patrium habet Deus adverſus bonos viros animum, et illos fortiter amat.* IV. p. 197: *Hos itaque Deus, quos probat, quos amat, indurat, recognoſcit, exercet: eos autem, quibus indulgere videtur, quibus parcere, molles venturis malis ſervat.* Formulam τίς γὰρ οἶδεν in conſolatione adhiberi noluit Socrates, ejuſque exemplo Porphyrius citatus Cyrillo Adv. Julian. V. p. 167. A: Χρύσιππος δὲ Σωκράτει ἑπόμενος, οὐδὲ ἐπιλέγειν ἠξίου τοῖς γινομένοις τὸ, Τίς οἶδεν; ἀλλ' ὅτι, Πάντως τοῦτο ἄμεινον ἦν. Εἰ γὰρ μή ἐςι διοίκησιν βελτίονα τῆς θείας ὑπογράψαι, πάντως τὰ γινόμενα χρὴ νομίζειν, ὅτι οὕτως ἄμεινον ἔχει, ὡς ἔχει. Porphyrii verba pertinent uſque ad ἀοριςίας: quod editores non attendiſſe videntur. Sic in Euripideo, Τίς οἶδεν εἰ τὸ ζῆν μέν ἐςι κατθανεῖν, Τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν—· de quo multa Gatakerus Adverſ. Poſthum. p. 522. ſeq.

117. D. Οὐδὲν γὰρ δεινὸν—] Euripidis et ſupra citatus verſus p. 111. A. ſed congruenter modis, Δεινὸν γὰρ οὐδὲν τ. α. β.

117. D. κατὰ προηγούμενον λόγον—κατ' ἐπακολούθησιν] Poterat hæc brevius dicere κατὰ τὴν εἱμαρμένην, vel μοῖραν, vel ſimili vocabulo notante *fatum*, ut ſubinde in hoc libello: nunc fati partibus nominandis varietatem orationis et ornatum quæſivit. Diviſio ſumta e philoſophorum, maxime Platonicorum, ſcholis. Fatum ipſum eſt Lex, et προηγούμενος λόγος, *præcedens enunciatio*, veluti in Syllogiſmo *propoſitio*, quæ a novitiis *major* dicitur, eſtque illa univerſalis *Omnibus hominibus moriundum*: et complectitur eadem τὰ κατὰ μέρος, *res particulares et ſingulares*, ſi quidem in genus propoſitionis cadunt, veluti, *Sed filius Apollonii fuit homo*: Ergo κατ' ἐπακολούθησιν (*per conſequentiam*) *moriundum ei*

fuit. Hæc eſt verborum conſuetudo in hoc argumento. Plutarchus De Fato p. 569. D: *ἀκολούθως ὁ πολιτικὸς νόμος περί τε τοῦ ἀριστέως καὶ λειποτάκτου διαλέγεται καὶ περὶ τῶν ἄλλων ὡσαύτως· ἀλλ᾽ οὐ περὶ τοῦδε ἢ τοῦδε νόμιμόν ἐστι· ἀλλὰ τὰ μὲν καθόλου, προηγουμένως· τὰ δὲ ὑποπίπτοντα τούτων, ἑπομένως·—οὕτω καὶ ὁ τῆς φύσεως νόμος τὰ μὲν καθόλου προηγουμένως, τὰ δὲ καθ᾽ ἕκαστα ἑπομένως*. Dictiones hæ in hoc argumento uſurpantur. Ita Alexander Aphrodiſienſis De Fato p. 55. (edit. Londin. Anni 1658.) *Καίτοι εἰ μηδὲν μάτην ἡ φύσις ποιεῖ τῶν προηγουμένων, τὸ δὲ βουλευτικὸν εἶναι* (*περιηγουμένως* vulgo) *προηγουμένως ὑπὸ τῆς φύσεως, ἀλλ᾽ οὐ κατ᾽ ἐπακολούθημά τι καὶ σύμπτωμα τοῖς προηγουμένως γινομένοις γίνοιτο, συνάγοιτο ἂν τὸ μὴ εἶναι μάτην τοὺς ἀνθρώπους βουλευτικούς*. Ammonius Hermiæ fil. in Ariſtotel. *περὶ Ἑρμηνείας* II. p. 211. ejuſd. edit. *ἐξ ἀνάγκης ἀκολουθεῖ τοῖς προηγησαμένοις αἰτίοις*. Hierocles De Fato p. 14: *Οὐ γὰρ κατὰ τὸν προηγούμενον λόγον ἡ θεία κρίσις τοῖσδε μὲν ἡμῶν ἐμφέρει τὰ δεινὰ, τοῖσδε δὲ τὰς εὐπαθείας ἀποδίδωσιν, ἀλλ᾽ ἐξ ὑποθέσεως τῆς τῶν προβεβιωμένων ἀξίας*. Similiter in Commentar. in Aur. Carm. p. 296: —*τὸ Καρδίαν Μὴ Ἐσθίειν, προηγουμένως μὲν εἰς τὴν τοῦ θυμικοῦ κατάστασιν μὴ ἰέναι λέγει· κατ᾽ ἐπακολούθησιν δὲ καὶ τὴν τούτου τοῦ μέρους ἀποχὴν εἰσηγεῖται*. In his ſententiis *προηγούμενον*, *antecedens*, notat *præcipuam cauſſam* et *univerſale*; *ἐπακολούθημα*, *conſectarium*, valet *effectum* et *ſingulare*. Illud perperam cum *προηγμένῳ*, Stoicorum *producto*, confudit Uptonus Indice Epictet. et nuperus editor Stobæi Eclog. Lib. II. p. 70, 71. Sic mox idem ſcriptor ibidem p. 78: *Πλάτων ἐν τῇ εὐλογιστίᾳ τίθεται τὸ προηγούμενον ἀγαθὸν καὶ δι᾽ αὑτὸ αἱρετὸν, ἐν δὲ τῇ ἡδονῇ τὸ ἐπιγεννηματικὸν—ἐξ ἐπακολουθήματος*. Conferatur Lib. I. p. 184. Alcinous Doctrin. Plat. Cap. XXV. Ammonius l. l. p. 196. Alexander Aphrod. l. l. p. 20. 28. 36. 43. 103. 104. De Virtute edit. Ariſtot. Sylburg. T. II. p. 253. Porphyrius in Iſagoge ibid. T. I. p. 13. Philo Judæus De Divina Provid. apud Euſeb. Præp. Evang. VIII. p. 395. A. et 396. A: *σεισμοί τε καὶ λοιμοὶ, καὶ κεραυνῶν βολαὶ, καὶ ὅσα τοιαῦτα, λέγεται μὲν εἶναι θεήλατα, πρὸς δ᾽ ἀλήθειαν οὐκ ἔστι· θεὸς γὰρ οὐδενὸς αἴτιος κακοῦ τοπαράπαν, ἀλλ᾽ αἱ τῶν στοιχείων μεταβολαὶ ταῦτα γεννῶσιν, οὐ προηγούμενα ἔργα φύσεως, ἀλλ᾽ ἑπόμενα τοῖς ἀναγκαίοις καὶ*

τοῖς προηγουμένοις ἐπακολουθοῦντα. Legat. Ad Caj. p. 1017. D. et p. 1037. C. προηγούμενον ἔργον a παρέργῳ diſtinguit. Adeatur et J. A. Fabricius ad Sext. Empir. Adv. Mathem. IX. 189.

117. D. καὶ ὅτι οἱ πλεῖστοι θάνατοι] Subaudiendum νομιστέον ex antecedentibus. Nexus interruptus non debet corruptelæ ſuſpicionem movere. Sic mox E. καὶ ὅτι πολλοὶ— pendet ab antecedenti προειληφέναι.

117. E. στιγμαῖος] Sententiam notavimus p. 104. A. 113. A. Idem vocabulum de loco dicitur p. 1084. B.

117. E. ἐπιδημίας ἐν τῷ βίῳ.] Et hoc tralatitium eſt dictum. Hipparchus ap. Stob. Tit. CVI. p. 573: Ὡς πρὸς τὸν ξύμπαντα αἰῶνα ἐξετάζοντι, βραχύτατον ἔχοντες οἱ ἄνθρωποι τὸν τᾶς ζωᾶς χρόνον, κάλλιστον ἐν τῷ βίῳ οἱονεί τινα παρεπιδημίαν ποιησεῦνται. Alexis ap. Athen. p. 463. D. Grot. Excerpt. p. 589: Ἔγνωκα γοῦν οὕτως ἐπισκοπούμενος, Εἶναι μὲν ἐν ᾅδη πάντας ἀνθρώπους ὅλως· Ἀποδημίας δὲ τυγχάνειν ἡμᾶς ἀεὶ, Τοὺς ζῶντας ὥσπερ εἰς πανήγυρίν τινα ἀφιγμένους— totus ille locus ad præſentem rem pertinet: ſecundo verſu ita nobis hic quidem, noſtra opinione, apponendum videbatur pro vulgato Εἶναι μαινιώδη πάντα τ' ἄνθρωπον ὅλως. Æſchines Socraticus qui dicitur §. 3: —τὸ κοινὸν δήπου τοῦτο καὶ πρὸς ἁπάντων θρυλλούμενον, παρεπιδημία τίς ἐστιν ὁ βίος· ubi doctiſſimus Fiſcherus alios laudavit, qui de hoc dicto egerunt. Hinc et Philo Judæus De Agricult. colorem duxit p. 196. E: τῷ γὰρ ὄντι πᾶσα μὲν ψυχὴ σοφοῦ πατρίδα μὲν οὐρανὸν, γῆν δὲ ξένην ἔλαχε· καὶ νομίζει τὸν μὲν σοφίας οἶκον ἴδιον, τὸν δὲ σώματος ὀθνεῖον, ᾧ καὶ παρεπιδημεῖν οἴεται.

117. E. κακουχίαις—] Jam ſupra monitum idem et iisdem fere verbis p. 114. E.

p. 118. A. Δαιμονίη, μή μοι—] Iliad. Z. 486. Chryſippo uſurpatum narrat Diogenianus apud Euſeb. Præp. Evang. VI. p. 262. A, B. 263. A.

118. A. Γεινομένῳ ἐπένησε λίνῳ] Iliad. Υ. 128. Ω. 210.

118. B. Καλὸν δὲ καὶ μεμνῆσθαι τῶν λόγων—μηδὲν ὄφελος εἶναι τὴν τούτων ὑπόμνησιν] Et hic eſt locus communis in Conſolatorio argumento: Cicero Tuſc. III. 30: *Nam quod aiunt, pleroſque conſolationibus nihil levari, adjunguntque,*

conſolatores ipſos confiteri ſe miſeros, cum ad eos impetum ſuum fortuna converterit; utrumque diſſolvitur; ſunt enim iſta non naturæ vitia, ſed culpæ. Refertur hæc reſponſio ad confutandam reprehenſionem §. 29. poſitam: *Itaque Oileus ille apud Sophoclem, qui Telamonem antea de Ajacis morte conſolatus eſſet, is, cum audiſſet de ſuo (filio), fractus eſt: de cujus commutata mente ſic dicitur:*

Nec vero tanta præditus ſapientia
Quiſquam eſt, qui aliorum ærumnam dictis adlevans
Non idem, cum fortuna mutata impetum
Convertat, clade ſubita frangatur ſua;
Ut illa ad alios dicta et præcepta excidant.

Daviſius Græca Sophoclis verba appoſuit, ſervata in Stobæi Floril. p. 584. ut ex *Œdipo:* quæ certiore ratione ad *Ajacem Locrum* revocavit Brunckius T. II. p. 3. Eadem admonitione uſus eſt Servius Sulpicius ad Ciceronem Ep. IV. 5: *Denique noli te oblivisci Ciceronem eſſe, et eum qui aliis conſueris præcipere, et dare conſilium: neque imitare malos medicos, qui in alienis morbis profitentur ſe tenere medicinæ ſcientiam, ipſi ſe curare non poſſunt: ſed potius, quæ aliis tute præcipere ſoles, ea tute tibi ſubjice et apud animum perpende.* Teles apud Stobæum Floril. p. 577: καὶ εἰ μὲν τῶν γνωρίμων τινὸς υἱὸς ἢ γύνη ἀπέθανε, παρεκάλεσεν ἂν οἰόμενος δεῖν ἀνδρωδῶς καὶ θαρσαλέως καὶ μὴ βαρέως φέρειν· αὐτὸς δὲ τοῖς αὐτοῖς περιπεσὼν συμπτώμασιν, οὕτως οἴει δεῖν δυσφορεῖν. Exemplum medicorum, in hac admonitione frequentatum, exſtat in ſententia Philemonis in eodem Stobæi Titulo CXIII. p. 584: Ὅτι ῥᾷον ἄλλον παραινεῖν ἢ ἑαυτόν.

118. B, C. τὰ κοινὰ—κοινῶς φέρειν, καὶ ἀνθρώπινα ἀνθρωπίνως] Attigimus ad p. 102. A. ipſum præceptum ac dictionis formam. Hoc loco Menandri ſententiam tranſcripſit, ſervatam ſub ejus nomine in Stobæi Florileg. ed. Geſn. p. 615. Grot. p. 507. apud Cleric. p. 256.

Ἀνθρωπίνως χρὴ τὰς τύχας φέρειν, ξένε·
Τὰ κοινὰ κοινῶς δεῖ φέρειν συμπτώματα.

Et præceptum eſt loci Conſolatorii, ut intelligimus ex Cicerone Tuſc. III. 16: *—adverſis caſibus triplici conſolatione ſanetur: primum, quod poſſe accidere diu cogitaverit; quæ*

cogitatio una maxime moleſtias omnes extenuat et diluit: deinde, quod humana humane ferenda intelligit: deinde, quod videt, malum nullum eſſe, niſi culpam—.

118. C. παιωνέοις λόγυ φαρμάκοις—] Comparavimus huic dictum Longini De Subl. XVI. p. 110: παιώνειόν τινα καὶ ἀλεξιφάρμακον εἰς τὰς ψυχὰς τῶν ἀκυόντων καθιεὶς λόγον. Biblioth. Crit. Vol. I. Part. III. p. 48. Fontis communio apparet in Epiſtola Abderitarum ad Hippocratem. Edit. Charter. T. I. p. 23. C: ἴθι νῦν παιώνια νούσυ φέρων ἄκη· εὐκαρπίζει δὲ γῆ ῥίζας καὶ βοτάνας, ἀλεξιφάρμακα μανίας ἄνθη. Julianus Or. VIII. p. 240. B: κοινὸν εὑρίσκεσθαι χρὴ τῶν παρόντων—παιωνικὸν ἄκος. Epiſt. XV. p. 383. A: ἡμᾶς δὲ σοῦ ταῖς ἐπιςολαῖς, ὥσπερ παιωνείοις τισὶ φαρμάκοις συγκαθεύδομεν. Alterum vocabulum ἀλεξιφάρμακος, Plutarcho etiam frequentius, ſuis locis tractabimus. Cæterum pro μηδὲ τὸ ἀλγ. D. habet δι' ὧν δεῖ τὸ ἀλγ. quod nec ſpernam, nec deſiderem.

118. C. ἀμβολιεργὸν ἄταις φησὶ παλαίειν τὸ κυκώμενον τῦτο παρὰ πᾶσιν ἔπος.] Heſiodi Ἔργ. 413: Ἀεὶ δ' ἀμβολιεργὸς ἀνὴρ ἄτῃσι παλαίει. Utitur Epictetus Diſſert. II. 18. fin. Ἂν δ' ἅπαξ ἡττηθεὶς εἴπῃς ὅτι ὕςερον νικήσεις, εἶτα πάλιν τὸ αὐτὸ, ἴσθι ὅτι οὕτω ποθ' ἕξεις κακῶς καὶ ἀσθενῶς, ὥςε μηδ' ἐφιςάνειν ὕςερον ὅτι ἁμαρτάνεις· ἀλλὰ καὶ ἀπολογίας ἄρξῃ πορίζειν ὑπὲρ τοῦ πράγματος· καὶ τότε βεβαιώσεις τὸ τῦ Ἡσιόδου ὅτι ἀληθές ἐςιν, Ἀεὶ δ' ἀμβολιεργὸς ἀνὴρ ἄτῃσι παλαίει. Dionyſius Alexandrinus ap. Euſeb. Præp. Evang. XIV. p. 781. C. Vocabulum quamvis poeticum, ſed Heſiodeam Auctoritatem ſpectans Plutarchus adhibuit De Ser. Num. Vind. p. 548. D. Horatius *dilatorem* reddidit Art. Poet. 172. In voce κυκώμενον eſt quod cui novum et ſuſpectum accidat; ſiquidem alia hac notione uſurpantur, θρυλλούμενον, ᾀδόμενον, περιφερόμενον et tamen in illo plerique omnes noſtri codices conſentiunt: nec diverſi abeunt niſi Pol. Schott. Leonic. qui dant κυκλώμενον, cujus ne forma quidem juſta eſt: et Mez. Anon. T. V. B. κυκλεύμενον, melioris illud formæ ac notionis quam vel κυκώμενον, quod eſt *verſando mixtum*, quod nihili eſt, vel κυκλώμενον, ſiquidem non exſtat κυκλάω, ſed κυκλόω, *cingo, circumdo*, et κυκλέω, *in orbem verſo*: hujus metaphorica

ıotio, *celebrandi, frequentandi, in bominum multitudine et irculis jactandi*, rarior quidem, tamen huic loco plane ongruit. Sic Dionyſius Halic. De Eloquentia Demoſthe-is §. 56. p. 319: ὁ καθ' ἡμᾶς βίος—ταύτην ἀδιαφόρως κυκλεῖ ῆν λέξιν· *noſtra ætas—banc promiſcue uſurpat dictionem.* Phrynichus Eclog. Verb. et Nom. Attic. p. 144. de no-nine Ἐνάρετος· πολὺ παρὰ τοῖς Στωϊκοῖς κυκλεῖται τοὔνομα οὐκ ὂν ἀρχαῖον. Cognatæ poteſtatis eſt illud apud Ariſtidem Γ. II. p. 122: ταῦτα κυκλεῖς ἄνω καὶ κάτω· *bæc volvis ſurſum deorſum*, i. e. *bæc ubique inculcas, iteras*. Nec non eo-dem genere cenſeri poteſt locus Plutarchi Defect. Orac. p. 433. F: τὴν γῆν—κυκλεῖν ἐν αὐτῇ τὰς τοιαύτας—περιόδους· quocum comparavit Weſſelingius dictum Diodori Sic. I. 1: ἡ θεία πρόνοια τὴν τῶν ὁρωμένων ἄστρων διακόσμησιν—κυκλεῖ συνεχῶς ἅπαντα τὸν αἰῶνα. Similia quædam notat Abreſchius Dilucid. Thucyd. p. 825. Sed, quum Verba deſinentia in έω et όω multis in partibus eaſdem terminationes habeant, factum eſt, ut ſæpe ab interpretibus κυκλεῖν et κυκλοῦν confunderentur.

118. C. δυσάντητα] *Res quibus occurrere mali ominis eſt, infauſta:* expoſuit T. Hemſterhuſius ad Luciani Timon. p. 110: attigit D. Ruhnkenius Epiſtol. Crit. II. p. 273.

118. D. Ἀναξαγόραν—] Hujus exemplum, magis quam reliquorum, celebratum eſt in ſcholis philoſophorum: veluti in Chryſippi ſcholis, de quo refert Galenus de Hippoc. et Platon. VIII. 7. p. 151. E: διὸ καὶ τὸ τοῦ Ἀναξαγόρου παρείληφεν ἐνταῦθα, ὡς ἄρα τινὸς ἀναγγείλαντος αὐτῷ τεθνάναι τὸν υἱὸν, εὖ μάλα καθεστηκότως εἶπεν, "Ἤδειν θνητὸν γεννήσας·" καὶ ὡς λαβὼν τοῦτο Εὐριπίδης τὸ νόημα τὸν Θησέα πεποίηκε λέγοντα, Ἐγὼ δὲ παρὰ σοφοῦ τινος μαθὼν—. Euripidis locum ſupra in hoc libello habuimus p. 112. D. Panætius apud Plutarchum De Ira Cohib. p. 463. D. *monitum ad omnes alios vitæ caſus transferendum monuit.* Seneca Conſolat. ad Polybium Cap. XXX: *Quanto ille juſtior, qui nunciata filii morte, dignam magno viro vocem emiſit: "Ego cum genui tum moriturum ſcivi." Prorſus non mireris ex boc natum eſſe qui fortiter mori poſſet. Non accepit, tamquam novum nuntium, filii mortem: quid eſt enim novi, cujus tota vita nibil*

aliud quam ad mortem iter eſt? "*Ego cum genui tum mori-*" *turum ſcivi.*" *Deinde adjecit rem majoris et prudentiæ et animi:* "*Huic rei ſuſtuli.*" Hæc licet a Telamone dicantur, ut novimus ex Ciceronis Tuſc. III. 23. et 14. ut recte monuit Daviſius, dicuntur tamen a Tragico Latino, ut ſatis appareat ex proximo capite 24. ubi Cicero Euripidis e Theſeo orationem Latine reddens, hoc ipſum declarat, *licet enim, ut ſæpe facimus, in Latinum illa convertere:* quod argumento eſt antecedentem de Telamone ſententiam non eſſe ab ipſo converſam, ſed a Tragico Latino ſcriptam: hic vero decantatum hoc Anaxagoræ factum, ut credibile eſt, in Telamonem tranſtulit. Epictetus eodem ſpectat ſimpliciter memorans dictionem Diſſert. III. 24. p. 511: Μέγα γὰρ ἐπὶ πάντων τὸ, Ἤδειν θνητὸν γεγεννηκώς. Dion Chryſoſt. Or. XXXVII. p. 464. D: ἐρῶ λόγον, ὃν εἶπεν Ἀναξαγόρας υἱὸν ἀποβεβληκὼς, Ἤδειν θνητὸν γεγεννηκώς. Valerius Maximus V. 10. Extern. 3. *Nec Anaxagoras quidem ſupprimendus eſt. Audita namque morte filii, Nihil, inquit, mihi inexſpectatum, aut novum nuntias: ego enim illum ex me natum ſciebam mortalem.* Cum Plutarcho propius congruit Ælianus Var. Hiſt. III. 2. niſi quod duos memorat filios obiiſſe: forte ex hujus libelli lectione, et proximi de Pericle loci cum hoc loco confuſione ortum. Et alii memorarunt: Plutarchus Opp. Mor. p. 463. E. 474. D. Diogenes Laert. II. 13. duos et ipſe numerans filios: ad quem alia etiam teſtimonia contulit Menagius.

que animadverſa primariis viris: Berglero ad Ariſtoph. Lyſiſtr. 243. Gatakero ad M. Antonin. p. 171. Weſſelingio ad Diodor. Sic. T. II. p. 423. Valckenario ad Euripidis Hippol. p. 241: et copioſiſſime tractata Hemſterhuſio ad Luciani T. I. p. 485. et ſeq. quorum doctrina nobis annotatos locos occupavit pleroſque, tamen quoſdam intactos reliquit. Plutarchi ſunt, Sympoſ. p. 713. B: τὸ ἀξύνετον λόγου—ἐπιψάλλοντες καὶ καταυλοῦντες εὖ τίθενται. Præc. Reip. Ger. p. 826. B: εὖ τιθέμενος τὸ οἰκεῖον. Camillo p. 130. E: εἴ τι δύναιτο θέσθαι τῶν ἰδίων ἄμεινον, ἐν τοῖς κοινοῖς νοσοῦσιν. Marcello p. 310. F: πάντα θεμένοις καλῶς. Thucydidis IV. 17: ὑμῖν γὰρ εὐτυχίαν τὴν παροῦσαν ἔξεστι καλῶς θέσθαι. Euripidis Iphig. Aul. 401: Εἰ δὲ μὴ βούλει φρονεῖν εὖ, τἄμ' ἐγὼ θήσω καλῶς. 672: θέμενος εὖ τἀκεῖ. Scolion in Brunck. Analect. T. I. p. 154: —γενόμενα εὖ θέσθαι. Iſocratis Or. Adv. Lochitem p. 684: τὰ σφέτερ' αὐτῶν εὖ τίθεσθαι. Dionyſius Chalcus ap. Athen. XV. p. 669. E: Συμπόσιον κοσμῶν, καὶ τὸ σὸν εὖ θέμενος.

129. D. ὑμνήσει ποθῶν τὴν πολυτίμητον ὑγίειαν] Videor mihi alibi hoc legiſſe vel in poeta, vel in alio vetere ſcriptore. Subeſt etiam in ὑμνήσει, *celebrabit*, ambigua notio *lamentandi*: quam notarunt Spanhemius ad Juliani Or. I. initio p. 9. et Ruhnkenius ad Tim. 262.

129. E. ἐνσημανεῖται] Eraſmus non male reddidit, *ſecum annotabit*. De Genio Socr. p. 589. C: ἐνσημαίνεται τοῖς θείοις καὶ περιττοῖς ἀνδράσι τὸν τοῦ νοήσαντος λόγον, *ſignificat divinis et egregiis viris ſententiam cogitantis*. Ariſtides T. I. p. 336: ἐνσημηνάμενός τέ πως τῇ φωνῇ καὶ διαλιπὼν ἐξεπίτηδες, *notans quodammodo voce, et de induſtria obticens*. Seneca Epiſt. CXV. p. 455. dixit: *ut illa quæ ſenſeris magis applices tibi et veluti ſignes*.

129. E. πόσεσι καὶ προσφοραῖς] Meziriacus annotavit προπόσεσι καὶ συμπεριφοραῖς· et ſane Plutarchus hæc proxime ipſe interpretari videtur οἰνώσιν καὶ συμπεριφοράν: at videtur: nam vocabulum προσφοραῖς interpretatur τροφαῖς. Frequentiſſimum eſt προσφέρεσθαί τι, *edere*: at rarius προσφορά, *Eſus*, nec in Plutarchi ſcriptis alibi legere me meminí: adfert tamen aliunde exempla H. Stephanus Theſ.

L. Gr. T. IV. p. 119. et Fœſius Œcon. Hippocr. voc. Προσφέρειν. De vocabulo συμπεριφορὰ diximus ad p. 124. B. Eſt quidem et πρόποσις apud Plutarchum p. 127. E. 156. D. 616. E. 617. A. 644. D. *propinatio*. At πόσις frequentius etiam: 126. C. 176. A. 226. E. 673. A. 746. E. 991. A. Vit. 126. B.

129. E. ἐκ μὲν ἀφροδισίων καὶ κόπων ὄντας] εἶναι ἔκ τινος, *recentem eſſe ab aliqua re*, item dicitur ut γενέσθαι ἀπό τινος, de quo alibi agemus. Sic De Herodot. Malign. p. 862. A: ἐκ τῆς μάχης γεγενημένον, *ex pugna venientem*. Teles apud Stob. p. 535. ἐξ ἐφήβων ἐστὶ καὶ ἤδη εἴκοσιν ἐτῶν, *ex ephebis exceſſit, jam viginti annos natus*. In his conſtructionibus Verbum εἶναι ſæpe omittitur: v. c. ἐκ χειμῶνος, *quid facere, ſtatim poſt hiemem*. Nicia p. 536. C: Lyſandro p. 442. D: νόμισμα σιδηροῦν—ὄξει μεταβαπτόμενον ἐκ πυρὸς, *nummus ferreus ex igne candens, aceto tinctus*. Cicero Ep. Div. II. 15.

129. F. τροφῆς ἀκορίην—συντήρησιν] Ratio et oratio Hippocratem prodit, nec in eo codices variant, ut in antecedenti νούσων, pro quo νόσων dant A. E. Voſſ. vere necne non ſtatuimus: ſi vere, non habendum ſit pro Hippocrateo. At hujus dicti prior pars exſtat Epidemiorum VI. 4. 20: ἄσκησιν ὑγιής· ἀκορίη τροφῆς· ἀοκνίη πόνων· laudat Galenus Protrept. 12. T. II. p. 12. B: καὶ δὴ καὶ ὅτι ἄσκησις μὲν ὑγιείης, ἀκορίη τροφῆς, ἀοκνίη πόνων, Ἱπποκράτει καλῶς εἰρημένον, ἐπαινεῖται πρὸς ἁπάντων. In Gallia lapis repertus ita inſcriptus: *Veſci citra ſaturitatem, impigrum eſſe ad laborem, vitale ſemen conſervare, tria ſaluberrima*. Joſephus Scaliger eum comparavit cum hoc Plutarchi loco, Opuſcul. Var. p. 249.

p. 130. A. πλεῖον περίττωμα ποιεῖται] Stobæus p. 544. πλέον περιττώματα ποιεῖ, aliquanto rectius.

130. A. ἀναλαβόντες ἐξ ἀρχῆς—λέγωμεν] Hactenus præcepta univerſe ad omnes pertinentia expoſuit: nunc de novo quaſi initio diſputationem inſtituens peculiariter præcipit hominibus literarum doctrinarumque ſtudioſis: ἀναλαβόντες dicitur ſubaudiendo τὸν λόγον, *inſtaurare, retractare diſputationem*, quæ dictio frequentior eſt, et nobis tractata ad Ser. Num. Vind. p. 558. D. Sed et ſine λόγον, ſimiliter

huic loco, eſt apud Platonem Leg. XII. p. 694. A: —ἀναλαβὼν λέγοιμ' ἂν τὸ τοιόνδε. Ariſtidès Panathen. T. I. p. 138: μηδεὶς δὲ ἡμᾶς ἡγείσθω πέρα τοῦ δέοντος διατρίβειν μηδ' ἐπ' ἐξειργασμένοις ἀναλαμβάνειν, *nemo nos putet temere huic narrationi immorari, et peroratum argumentum denuo inſtaurare.* Adv. Myſteriorum Proditores T. II. p. 405: πάλιν δὲ ἀναλάβωμεν.

130. A. χρεία διὰ φωνῆς περαινομένη θαυμαστὸν οἷόν ἐστι γυμνάσιον] Διάλεξιν in exercitii generibus laudat Plutarchus De Seni Remp. Ger. p. 793. B: ἔνιοι δὲ καὶ σφαίρᾳ προσπαλαίοντες ἐλαφρῶς καὶ διαλεγόμενοι κινοῦσι τὸ πνεῦμα, καὶ τὸ θερμὸν ἀναρριπίζουσι: quod hoc loco deinceps ad *lectionem* refert. Cæterum οἷον elegantem habet uſum: v. c. Adv. Epicur. p. 1105. C: θαυμάσιον οἷον φρονοῦσιν τῇ ἀρετῇ. Vocis exercitationem dicendo, recitando, quam Græci ἀναφώνησιν vocant, commendat, ut ſalubrem, Cælius Aurelianus De Morb. Acut. I. 5. §. 164. II. 6. §. 93. de quo veterum uſu plura docet H. Mercurialis De Arte Gymnaſtica III. 7. et nos proxime p. 130. C.

130. A. σαρκοῦσαν] Verbum notavimus ad p. 79. C. ſed hic athletarum σάρκες reprehenduntur: ut ab Euripide in Antiopa Fragm. VII. —ὅσοι μὲν σαρκὸς εἰς εὐεξίαν Ἀσκοῦσι βίον. Galenus Protrept. Cap. XI: Σαρκῶν γὰρ ἀεὶ καὶ αἵματος ἀθροίζοντες πλῆθος, ὡς ἐν βορβόρῳ πολλῷ τὴν ψυχὴν ἑαυτῶν ἔχουσι κατεσβεσμένην. Quod reddit Hieronymus Adv. Jovinian. II. p. 54. G: *Galenus vir doctiſſimus, Hippocratis interpres, athletas, quorum vita et ars ſagina eſt, dicit in Exhortatione Medicinæ, nec vivere poſſe diu, nec ſanos eſſe, animasque eorum ita nimio ſanguine et adipibus quaſi luto involutas, nihil tenue, nihil cœleſte, ſed ſemper de carnibus et ructu et ventris ingluvie cogitare.* Sic anima dicitur σαρκοῦσθαι, cum e ſimplici et ſincera corporis cupiditatibus craſſitiem concipit De Ser. Num. Vind. p. 566. A: ubi de hoc Verbo quædam notavimus p. 117.

130. B. τὴν ἐκτὸς] Legendum τὰ ἐκτὸς, ut monuerunt jam Mez. et Reiſk.

130. B. ζωτικωτάτοις] *quæ maxime vitam continent:* generalis notio ad peculiares formas accommodata, aliquo-

ties exſtat apud Plutarchum Opp. Mor. p. 703. A. 886. D. 899. B. 958. E. 1002. C: item ζωτικώτατα, *pingere perfecte ad vivum*: et Vit. p. 793. C. ζωτικῶς ἔχειν, *vitalem eſſe*.

130. B. κυριωτάτοις] *quarum maxime eſt in reliquas partes dominium*. Sic p. 99. D. 63. C. 878. E. 5. E. 8. C. 1029. E. Weſſelingius ad Diodor. Sic. T. I. p. 65.

130. B. ἐνδιάθετον] Si opponitur αὐτοφυεῖ et φυσικῷ, *nativo* et *naturali*, in vitio cenſetur: at in laude, ſi *externo* et *ſuperficiei*, ut hoc loco. Videatur annotatio p. 44. A.

130. B. ἰσχύειν] Requiritur ἰσχὺν, quod notavit Mez.

130. B. παρεγκόπτειν] Verius videtur παρακάμπτειν, *adflectere*, id eſt, intendere partes fricatas eaſque fricanti opponere, quo certius eas fricet: Verbum in Lexicis omiſſum, uno Diodori Siculi loco firmavit Scottus in Appendice: Æliani Var. Hiſt. I. 19. verba pro vulgato παρακάμπτειν, magis poſtulant περικάμπτειν, ut docet J. Kuhnius in Indice: in hoc Plutarchi loco tuetur ſe et ſententia et analogia. Et παρεγκόπτειν in Lexicis omiſſum, hoc Plutarchi loco appoſuit idem Scottus in Appendice: ſed eſt alius locus ejuſdem in Fragm. De Anima, noſtræ editionis I. 4. qui præſenti huic dicto idem Verbum vindicare videatur: καὶ παρεγκόπτομεν ἔσθ' ὅτε τὸ πνεῦμα, κἂν τὰ μέρη τοῖς δεσμοῖς διαλαμβάνηται χερσὶ, σφόδρα πιέζομεν ἱστάμενοι πρὸς τὴν ἄλλωσιν τοῦ πάθους· *ſpiritum intercidimus, intercludimus*: qui locus huic eſt geminus. Similem fructum ex retentione ſpiritus in ejulatu pueros percipere ait Ariſtoteles Polit. VII. 17.

130. B. τηροῦντας] Hoc quidem ita ſuſpectum, ut cum hujus loci ſententia conciliari nequeat: requiritur τείνοντας, *intendentes*: quod et H. Mercurialis probat Art. Gymnaſt. III. 6. p. 205. ex Medicorum præceptis et Aliptarum uſu: quibus addimus Theophraſtum De Sudoribus p. 459: cui ἐν τοῖς ἀλειπτηρίοις memorantur —ἥτε τοῦ πνεύματος κάθεξις—ἅμα δὲ καὶ ἡ διάτασις τοῦ πνεύματος—. Sic Plutarcho mox dicitur D. διάτασις τοῦ πνεύματος.

130. C. ἀναγινώσκοντας ἢ ἀναφωνοῦντας] Mutandum ἢ in καὶ, ut ſit, *legentes et pronunciantes*, id eſt, *alta voce legentes*.

Hujuſmodi vocis agitationem Veteribus commendatam tuendæ reſtituendæve valetudini, modo vidimus, A: hæc eſt ἀναφώνησις, Celſo dicta *clara lectio*: I. 8: *Si quis vero ſtomacho laborat, legere clare debet: poſt lectionem ambulare—.* Ibidem 7: *At ſi laxius inteſtinum dolere conſuevit, quod colum nominant, cum id nihil niſi genus inflationis ſit, id agendum eſt, ut concoquat aliquis, ut lectione et aliis generibus exerceatur, utatur balneo calido, cibis quoque et potionibus calidis.* IV. 4: *—lectione uti vehementi: quæ primo impeditur a tuſſi, poſt eam vincit.* Ibidem 5: *lectiones.* Ibid. 12: *ſi levata tuſſis eſt, leni lectione uti.* Plinius Hiſt. Nat. XXVIII. 14: *His remediis annumeratur exercitatio, intentio vocis, ungi, fricari cum ratione.* Seneca Epiſt. LVI. p. 141: *—illum, cui vox ſua in balneo placet.* LXXVIII. p. 237: *Medicus tibi quantum ambules, quantum exercearis, monſtrabit: ne indulgeas otio, ad quod vergit iners valetudo: ut legas clarius, et ſpiritum, cujus iter et receptaculum laborat, exerceas.* Plinius Junior Epiſt. IX. 36. 3: *—paulum redormio, dein ambulo, mox orationem Græcam Latinamve clare et intente, non tam vocis cauſſa, quam ſtomachi, lego.* Adhibeatur et H. Mercurialis Art. Gymnaſt. VI. 6. et A. Fœſius Œcon. Hippocrat. voce Ἀναφώνησις: et nos modo A. ad verba χρεία διὰ φωνῆς περαινομένη. Cæterum ἀναφώνησις hoc ſenſu dicitur Plutarcho Adv. Stoicos p. 1071. C: περιπάτους τινὰς καὶ ἀναφωνήσεις καὶ τομὰς νὴ Δία καὶ φαρμακείας εὐλογίστους τέλη ποιούμενοι· hic ponitur item pro remedio valetudinis: at ſimpliciter in Bruto 995. C. *pronunciatio dicti clara voce*: item ἀναφώνημα. Vit. 416. D. 625. C: et ἀναφωνεῖν, Opp. Mor. 739. E. 809. D. 827. C. 1074. F. Vit. 10. A. 229. B. 896. D. 995. B. Atque hinc intelligendum Ciceronis acute dictum in Ejus Vita p. 874. D: Μάρκου δὲ Γελλίου δοκοῦντος οὐκ ἐξ ἐλευθέρων γεγονέναι, λαμπρᾷ δὲ τῇ φωνῇ καὶ μεγάλῃ γράμματα πρὸς τὴν σύγκλητον ἐξαναγνόντος, Μὴ θαυμάζετε, εἶπε, καὶ αὐτὸς εἷς ἐστι τῶν ἀναπεφωνηκότων· credebatur Gellius eſſe libertini generis, qui fere *præcones* erant, *præconium factitabant*; igitur acumen in ambiguitate Verbi ἀναφωνεῖν, quod eſt et *præconium factitare*, et *renuntiare quem creatum in comitiis magiſtratum*, et vocem

valetudinis cauſſa exercere, et *clara voce exclamare*. Eadem cernitur vis Præpoſitionis ἀνὰ in Verbo Ἀνακραγεῖν, apud Phrynichum Præparat. Sophiſtica MS. citatum eruditiſſimo Baſt. in Epiſt. Crit. p. 180: Ἀνακραγεῖν δύο σημαίνει· ϗ, πρὸ τοῦ ἀγῶνος ἀσκεῖν ἐπὶ τὸ βοᾷν τὴν φωνήν· καὶ τὸ ἄλλως ἀναβοῆσαι.

130. C. αἰώρα] *geſtatio*, omne genus motus, quo corpus ab humo in ſublime ſublatum movetur, equitatione tamen, ut videtur, excepta. Celſus II. 15. ubi item ab exercitatione, γυμνασία, ut hoc loco, diſtinguitur, III. 15. *pro exercitatione geſtatio eſt*: et IV. 5. *utilis exercitatio, geſtatio, navigatio, frictio*; quamquam et *navigatio* eſt forma generis geſtationis. Equitationis certe peculiariter mentio fit, non ut formæ generis geſtationis; et diſtinguitur a Plinio Epiſt. IX. 15: *Interdum tamen equum conſcendo, et patrem familiæ hactenus ago, quod aliquam partem prædiorum, ſed pro geſtatione, percurro*. Plato in Timæo p. 551. C: tres motus ac purgationes corporis diſtinguit: —ἡ μὲν διὰ τῶν γυμνασίων ἀρίστη· δευτέρα δὲ ἡ διὰ τῶν αἰωρήσεων κατά τε πλοῦς καὶ ὅπηπερ ὀχήσεις ἄκοποι γίγνωνται· τρίτον δὲ εἶδος κινήσεως σφόδρα ποτὲ ἀναγκαζομένῳ χρήσιμον, ἄλλως δὲ οὐδαμῶς τῷ νοῦν ἔχοντι προσδεκτέον, τὸ τῆς φαρμακευτικῆς καθάρσεως γιγνόμενον ἰατρικόν. Plutarchus Opp. Mor. p. 793. B. 798. D. 979. D. Scribitur ἐώρα apud Platonem Leg. VII. 628. A. ubi de variis generibus movendi corporis: τὰ σώματα πάντα ὑπὸ τῶν σεισμῶν τε καὶ κινήσεων κινούμενα, ἄκοπα ὀνίναται πάντων, ὅσα τε ὑπὸ ἑαυτῶν καὶ ἐν ἐώραις, ἢ καὶ κατὰ θάλατταν, ἢ καὶ ἐφ' ἵππων ὀχουμένων ἢ ὑπ' ἄλλων ὁπωσοῦν δὴ φερομένων τῶν σωμάτων κινεῖται· καὶ διὰ τούτων τὰς τῶν σίτων τροφὰς ϗ ποτῶν κατακρατοῦντα, ὑγίειαν ϗ κάλλος καὶ τὴν ἄλλην ῥώμην ἡμῖν δυνατά ἐστι παραδιδόναι· ubi et equitatio geſtationi ſubjicitur. Athenæum XIV. p. 618. F. ἐώραις. Porphyrium De Abſtin. IV. 8: μήτε περιπάτοις ἢ ἐώραις χρώμενοι διῆγον ἄνοσοι· ſed hæc ex deteriore pronunciatione orta ſunt, a qua profectum μετέωρος uſurpatur: probior ſcriptura eſt αἰώρα, ut recte monent Kuſterus ad Suidam T. I. p. 781. et Weſſelingius ad Diodor. Sic. T. II. p. 289. De re ipſa *geſtationis*, et nomine αἰώρα, adeantur et Stephanus Theſ. L. Gr. T.

I. p. 217. Fœſius Œcon. Hippocr. in voce Αἰώρα. I terpretes ad Suetonii Claud. 33. H. Mercurialis A Gymn. VI. 9, 10, 11.

130. C. διάλεξις] Notavimus p. 41. D.

130. C. περιπαθεῖς] *valde incitatos clamores, commoti et affectus plenos.* Plutarchus Opp. Mor. p. 1094. C. \ 483. F. 661. B. 706. C. 825. A. 911. B. 994. D. 1025. Caſaubonus ad Athen. p. 600.

130. D. σπαραγματώδεις] Hujus vocabuli unum hoc emplum profert Stephanus Theſ. L. Gr. T. III. p. 9 non item alterius formæ σπαραγμώδης, quam ex Hippocr promit Fœſius in voce. Corporis ex clamore σπαραγ dicitur Plutarcho in Sylla p. 475. C.

130. D. προσβολαὶ καὶ διατάσεις τοῦ πνεύματος] Legend προβολαὶ, cum Salmaſio, id eſt, *emiſſiones, projectiones:* n προσβολὴ eſt *oppugnatio, invaſio, aſſultus in rem, impetu quem*, de qua notione diximus ad p. 43. D. Διάτασις π ματος ſæpius et varie dicitur hoc libello: loca notavin ad p. 127. D. Hic eſt, *contentio vocis et ſpiritus, quæ clamando:* ut mox διάτασιν τοῦ πνεύματος. 134. C: δια σεις πνευμάτων. 131. A: ἐντεινώμεθα τῇ φωνῇ. Eadem eſt in διατείνεσθαι, *contentione vocis quid affirmare*, de alibi dicemus. Sic accipitur ab Ariſtotele Polit. VII. τὰς δὲ διατάσεις ϗ τοὺς κλαυθμοὺς οὐκ ὀρθῶς ἀπαγορεύουσιν οἱ λύοντες· συμφέρουσι γὰρ πρὸς αὔξησιν· γίνεται γὰρ τρόπον γυμνασία τοῖς σώμασιν· ἡ γὰρ τοῦ πνεύματος κάθεξις ποιεῖ ἰσχὺν τοῖς πονοῦσιν· ὃ συμβαίνει τοῖς παιδίοις διατεινομένοις· vertitur *ejulatus*, nec facile aliter accipi poteſt.

130. D. ῥήγματα ϗ σπάσματα] Illa in carne, hæc in n vis et fibris, cernuntur. Sæpe junguntur vocabula. N tavimus p. 69. D.

130. D. λιπαρᾷ ϗ ἀλεεινῇ τρίψει] *frictione calida cum ol* hujus generis eſt 130. C. ἄλειμμα τὸ πρὸς πυρὶ, *unctio ignem.* Celſus III. 16: *oleo ad frictiones adjicere calefi entia.* IV. 20: *—opus eſt exercitatione et frictione, ma meque in ſole vel ad ignem.* III. 11. Atque haud ſcio, ita intelligi debeat in Hippocrate: licet Fœſius Œc Hipp. voc. λιπαρῶς *leviter et molliter* reddat.

130. D. *ὡς ἀνυςόν ἐςι*] *quoad ejus fieri poteſt:* recte repoſuit Stephanus pro vitioſa ſcriptura *ὡς ἀνοιςόν ἐςι*, quæ eſt in Ald. Baſ. Xyl. quibuſcum etiam reliquæ collectiones conſentiunt, et codices A. E. Venet. Voſſ. in quibus eſt *ὡς ἂν οἰςόν ἐςι*. Eſt autem *ἀνυςὸς*, et formula *ὡς ἀνυςόν ἐςι*, frequens Plutarcho: ſic Opp. Mor. p. 14. C. 87. C. 101. A. 115. E. 393. D. 428. C. 484. D. 703. E. 719. C. 720. B. 723. B. 745. B. 826. B. 954. B. 1025. B. 1027. A. Vit. 75. D. 131. A. 365. F. Xenophon Exped. Cyr. I. 8. 8: *ὡς ἀνυςόν*. Democritus ap. Stob. p. 475. 4: alia forma *μάλιςα τῶν ἀνύςων*.

130. D. *τῶν σπλάγχνων ποιόμενον ἀφὴν—ἄκρων*] *quoad ejus fieri poteſt contrectans viſcera, dicendi contentione agitata et ſpiritu repleta, ſpiritumque ab his ad extremas corporis partes diducens et ubique æqualiter diffundens:* *σπλάγχνα*, ut Latinis *viſcera*, inprimis dicuntur etiam de partibus interioribus pectoris, corde, pulmonibus, hepate, liene, ut docet Fœſius Œcon. Hippocr. voce: ſed et de inteſtinis: utrumque genus agitatione vocis et ipſum agitatur. *Διομαλύνειν* ſine exemplo poſitum a Stephano in Theſ. L. Gr. T. III. p. 1290. hoc Plutarchi loco firmavit D. Scottus in Appendice: ſemel hic habet Plutarchus; ſemel et alteram formam *διομαλίζειν* in Catone Maj. p. 338. D. Longinus De Subl. Sect. XXXIII. notione neutra pro *æqualem eſſe*. Simplex *ὁμαλύνειν* ex Hippocrate apponit Fœſius Œcon. Hipp.

130. D. *Μέτρον δὲ τοῦ πλήθους—*] Vix dubitari poteſt, quin Plutarchus hæc ſcribens cogitaverit Pythagoricum præceptum in Aur. Carm. 32:

Οὐδ' ὑγιείης τῆς περὶ σῶμ' ἀμέλειαν ἔχειν χρή·
Ἀλλὰ ποτοῦ τε μέτρον καὶ σίτου γυμνασίων τε
Ποιεῖσθαι· μέτρον δὲ λέγω τόδ', ὃ μή σ' ἀνιήσει.

Eſt et apud Stobæum Tit. XCIX. p. 542.

130. D. *ἐν βάθει*] Dicuntur *σπλάγχνα*, viſcera et partes vitales, a quibus diſtinguuntur *τὰ ἄκρα*, extremæ partes. Plutarchus De Adul. et Amic. p. 63. C: *ζῶον ἐν βάθει τὰς κυριωτάτας δυνάμεις ἔχει*. Similiter de ſtatuis Coriolan. p. 232. B: *ῥῆξιν ἢ διάςασιν μορίων βιαιοτέραν ἐν βάθει γενομένην.*

Sic *διὰ βάθους* Sympoſ. III. p. 657. D: *παθῶν διὰ βάθους ποιοῦσα γαλήνην καὶ ἡσυχίαν.* De Stoic. Repugn. p. 1035. B: *διὰ βάθους ἐγκραθέντα τοῖς φυσικοῖς λόγοις.* Sed metaphorica ſunt. Proprie magis adhibetur *διὰ βάθους*. Opp. Mor. p. 943. E. 949. E. 951. B. 969. A. 1078. D.

130. E. *οὐδέν ἐστι πρᾶγμα*] pro *οὐδέν ἐστι δεινόν· nil hoc eſt negotii, nil quod timeas.* Plato Leg. VII. p. 630. B: *οὐδὲν πρᾶγμα* ponitur poſt et pro *μὴ μέγα διαφέρει.* Ariſtides T. II. p. 169. Alia dat Vigerius in Idiotiſm. Gr. L. III. 10. 8.

130. E. *Ὅθεν οὐδὲ πλοῦν—σκιαμαχοῦντος—*] Apparent veſtigia imitationis ad Platonis exemplum factæ, cum alia ſimiliter de exercitatione præcipientis, tum hoc: Leg. VIII. p. 643. C: *—εἴτε τις ἡμῖν συνέβαινε συγγυμναστῶν ἀπορία πλειόνων, ἆρ' ἂν δείσαντες τὸν τῶν ἀνοήτων γέλωτα, οὐκ ἂν ἐτολμῶμεν κρεμαννύντες εἴδωλον ἄψυχον, γυμνάζεσθαι πρὸς αὐτό; καὶ ἔτι πάντων τῶν τε ἐμψύχων καὶ τῶν ἀψύχων ἀπορήσαντές ποτε, ἐρημίᾳ συγγυμναστῶν, ἆρά γε οὐκ ἐτολμήσαμεν ἂν αὐτοὶ πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς σκιαμαχεῖν ὄντως; ἢ τί ποτ' ἄλλο τὴν τοῦ χειρονομεῖν μελέτην ἄν τις φαίη γεγονέναι;* Fons Socraticus deprehenditur apud Xenophontem Sympoſ. II. 19. in Socratis ſaltatione: *Ἦ τόδε γελᾶτε, εἰ μείζω τοῦ καιροῦ τὴν γαστέρα ἔχων, μετριωτέραν βούλομαι ποιῆσαι αὐτήν; Ἦ οὐκ ἴστε ὅτι ἔναγχος ἕωθεν Χαρμίδης οὑτοσὶ κατέλαβέ με ὀρχούμενον. Ναὶ μὰ τὸν Δί', ἔφη ὁ Χαρμίδης· καὶ τὸ μέν γε πρῶτον ἐξεπλάγην, καὶ ἔδεισα μὴ μαίνοιο· ἐπεὶ δέ σου ἤκουσα ὅμοια οἷς νῦν λέγεις, καὶ αὐτὸς οἴκαδε ἐλθὼν ὠρχούμην μὲν οὔ, οὐ γὰρ πώποτε τοῦτ' ἔμαθον, ἐχειρονόμουν δέ· ταῦτα γὰρ ἠπιστάμην.* In balneo recitare quid aut canere non infrequens fuiſſe intelligitur e Senecæ Epiſt. LVI: *cui vox ſua in balneo placet.* Horatii Sat. I. 4. 74: *—in medio qui Scripta foro recitent, ſunt multi, quique lavantes: Suave locus voci reſonat concluſus.* Canere quidem in balneo, ruſticitatis nota afficitur in Theophraſteis Characteribus, illo *ἀγροικίας*, ubi egregia in hanc rem docet Caſaubonus. At hæc ex temporibus et cauſſis judicanda ſunt. Cicero De Offic. I. 40: *Ut ſi quis, cum cauſſam ſit acturus, in itinere aut in ambulatione ſecum ipſe meditetur, aut ſi quid aliud attentius cogitet, non reprehendatur: at hoc idem ſi in*

nvivio faciat, inhumanus videatur, inſcitia temporis. A-
nimadvertendum *meditetur*, id eſt, μελετῴη, quod non ſo-
lum cogitando ſed et pronuntiando fit. Σκιαμαχία cujuſ-
modi ſit, ex Platonis loco diſerte cognoſcitur: plura pe-
antur a P. Fabro Agoniſtic. III. 13. Sæpius etiam σκια-
μαχεῖν dicitur tralatione, de contentione in ſtudio rerum
inanarum vel abſentium, item de inani pugnandi conatu:
Opp. Mor. 735. C. 900. E. 1114. A. Vit. 459. F. 516. B:
tem σκιαμαχία Opp. Mor. 514. D. Similiter σκιαμαχεῖν
Plato Apolog. Socr. p. 359. C. Ariſtides T. I. p. 216.
T. II. p. 365. 417.

130. F. Σωκράτης ἔλεγεν] Eodem loco Xenophontis Sym-
poſ. II. 18: Ἦ ἐπ' ἐκείνῳ γελᾶτε, ὅτι οὐ δεήσει με συγγυμναστὴν
ζητεῖν, οὐδ' ἐν ὄχλῳ πρεσβύτην ὄντα ἀποδύεσθαι, ἀλλ' ἀρκέσει μοι
οἶκος ἑπτάκλινος, ὥσπερ καὶ νῦν τῷδε τῷ παιδὶ ἤρκεσε τόδε τὸ οἴ-
κημα ἐνιδρῶσαι.

p. 131. A. ῥητόρων καὶ τῶν σοφιστῶν] Reddendum *oratorum*
ac ſophiſtarum, ut Eraſmus, Amyotus, Cruſerius: minus
accurate Xylander, *rhetorum* ac *ſophiſtarum*; ſi quidem
rhetor Latinis eſt eloquentiæ magiſter et idem fere, qui
Græcis σοφιστής: at ῥήτωρ, *orator*, eſt eloquens remp. tra-
ctans.

131. A. Νίγρος ὁ ἡμέτερος] Videtur idem eſſe, qui memo-
ratur Sympoſ. VI. 7: Νίκρος ὁ πολίτης ἡμῶν ἀπὸ σχολῆς ἀφι-
κτο συγγεγονὼς ἐνδόξῳ φιλοσόφῳ—· ubi Mez. corrigi vult
Νίγρος. Apud M. Senecam eſt rhetor, *Niger Brutidius*,
Controverſ. II. 9. ſed per temporum rationes ab hoc di-
verſus cenſendus.

131. B. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἄν τις ὕστερον εὐκαίρως ὑπομνήσειε]
Xylander vertit: *Sed de his inferius erat commodior monen-
di locus:* atque in hunc fere ſenſum cæteri acceperunt
interpretes. Mihi ſecus videtur. Neque enim locus huic
admonitioni opportunior infra quam hic: et ὕστερον ὑπο-
μνῆσαι eſt *ſera admonitio* ægrotanti adhibita vel ab amicis
vel a medico; ut omnino Plutarchum ſcripſiſſe putem
ἀκαίρως, *intempeſtive, ſero.* Hujuſmodi exemplum eſt in
Demoſthenis Or. pro Corona p. 347. C. Æſchinem re-
prehendentis: νῦν ἡμῖν λέγεις ὑπὲρ τῶν παρεληλυθότων; ὥσπερ

ἂν εἴ τις ἰατρὸς ἀσθενοῦσι μὲν καὶ κάμνουσιν εἰσιὼν, μὴ λέγοι μηδὲ δεικνύοι δι' ὧν ἀποφεύξονται τὴν νόσον, ἐπειδὴ δὲ τελευτήσειέ τις αὐτῶν καὶ τὰ νομιζόμενα αὐτῷ φέροιτο, ἀκολουθῶν ἐπὶ τὸ μνῆμα διεξίοι, εἰ τὸ καὶ τὸ ἐποίησεν ἄνθρωπος οὑτοσὶ, οὐκ ἂν ἀπέθανεν. Ἐμβρόντητε, εἶτα νῦν λέγεις;

131. B. —λουτρῷ χρῆσθαι, ψυχρῷ μὲν ἐπιδεικτικὸν μᾶλλον—] Hæc eſt oſtentatio, quam item vocat Plinius XXIX. 5: *—civitatem Charmis ex eadem Marſilia invaſit, damnatis non ſolum prioribus Medicis, verum et balineis: frigidaque etiam hibernis algoribus lavari perſuaſit. Merſit ægros in lacus. Videbamus ſenes conſulares uſque in oſtentationem rigentes.* Mos frigida lavandi ab Antonio Muſa commendatus, cognito nobis ex Horatio Epiſt. I. 15. 2. Plinio XXV. 38. Dione Caſſio LIII. 30. At calida ciborum concoctioni et ſtomacho prodeſſe credita, ut a Plutarcho, laudantur ab antiquis: veluti Platone Leg. VI. p. 617. E. ſuaviſſima narratione, cujus hæc eſt pars: πανταχῇ δὲ ἐν τοῖς τοιούτοις γυμνάσια χρὴ κατασκευάζειν τοὺς νέους, αὐτοῖς τε καὶ τοῖς γέρουσι γεροντικὰ λουτρὰ θερμὰ παρέχοντας· ὕλην παρατιθέντας αὔην καὶ ξηρὰν ἄφθονον, ἐπ' ὀνήσει καμνόντων τε νόσοις καὶ πόνοις τετρυμένα γεωργικοῖς σώματα δεχομένους εὐμαρῶς, ἰατροῦ δέξιν μὴ πάνυ σοφοῦ βελτίονα συχνῷ· ubi pro vulgato δ' ἕξιν, quod perperam a ſciolo ex medicorum conſuetudine fictum ſententiam turbat, legimus δέξιν: qui eſt pleonaſmus plane conſuetudinis Platonicæ δεχομένους δέξιν, *ut accipiant viros ſenes acceptione multo meliore quam qualis acceptio eſt medici non valde ſapientis.* Plautus Sticho IV. 1. 62. ſenilem ſignificat iſtum morem: *Poſtea ibo lavatum in pyelum: ibi fovebo ſenectutem meam.* Calidum balneum cibi in corpore concoctionem juvare, quod Plutarchus vult, item vulgari opinione Romæ uſurpatum, in vitio ponit Plinius XXIX. 8: cujus verba appoſuimus ad p. 127. E. Plura de Veterum balneis H. Mercurialis De Arte Gymn. I. 10.

131. D. ἄλειμμα δὲ τὸ πρὸς πυρὶ—] Unctio alterutro modo fiebat: Celſus I. 3: *—calido loco, vel in ſole vel ad ignem ungi.* Differt *unctio* a λιπαρᾷ καὶ ἀλεεινῇ τρίψει, de qua dictum eſt p. 130. D. Celſus II. 14. *Inter unctionem autem et frictionem multum intereſt. Ungi enim leniterque pertra-*

deri corpus etiam in acutis et recentibus morbis oportet, in remiſſione tamen et ante cibum: longa vero frictione uti neque in acutis morbis neque increſcentibus convenit, præterquam quum phreneticis ſomnus ea quæritur. Hoc mollitiei notam habebat: Adv. Epicur. p. 1099. C: πρὸς πῦρ ἀλειψάμενοι καὶ ἐν φορείοις ἀτρέμα διασεισθέντες.

131. D. ταμιεύεται γὰρ αὐτῷ τῆς θερμότητος] *Corpus enim ſibi promit, caloris quantum vult.* Non rationem habuerunt interpretes hujus ſignificationis in verbo ταμιεύεσθαι. Plutarchus De Solert. Animal. p. 972. A: τοῖς σκύμνοις χρῆσθαι καὶ λαμβάνειν ἀπ' αὐτοῦ ταμιευομένοις παραδίδωσι: *erinaceus uvis ſe involutans eaſque aculeis ſuis ſuſcipiens adfert eas in cavernam, præbetque catulis depromendas quaſi e cella.* Timoleonte 249. B: συνιδὼν ὁ Τιμολέων τὸν ποταμὸν αὐτοῖς ταμιεύοντα τοῦ πλήθους τῶν πολεμίων ἀπολαβεῖν ὅσοις ἐθέλοιεν αὐτοὶ μάχεσθαι, *cernens Timoleon fluvium ipſis diſpenſare, ut de hoſtium multitudine tantam partem ſumerent, quantæ ipſi vellent pugnare.* De Educat. p. 8. C: ταμιεύεσθαι τὸν τοῦ σώματος πόνον. Xenophon Cyropæd. III. p. 83. D: παραδόντες ἑαυτοὺς ἡμῖν ταμιεύεσθαι, ὥς' ὁπόσοις ἂν βουλώμεθα αὐτῶν μάχεσθαι. Item IV. p. 90. B: παρέχον ἡμῖν ταμιεύεσθαι, ὥςε ὁπόσοις ἐβουλόμεθα αὐτῶν μάχεσθαι. Theſſalus Hippocratis Filius Or. ad Athen. p. 8. E: κακὸν ἐξουσίη, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, οὐ γὰρ ἐπίςαται τὰ ἑωυτῆς μέτρῳ ταμιεύεσθαι. Dion Chryſ. Or. XI. p. 177. A: οὐδὲν οὐ ταμιευσάμενον ἐν τῷ ἀγῶνι, *qui nihil non in certamine expromſiſſet.* Ariſtides T. I. p. 453: ταμιεύσασθαι, καὶ μέχρι τούτου κακῶς διαθεῖναι (ita legend. pro διαθῆναι) παρὰ τὸν πόλεμον αὐτοὺς, μέχρι τοῦ πρὸς σύμβασιν ἐγχωρεῖν διατηρῆσαι. p. 462: τὸ μὴ εἶναι ταμιεύσασθαι τὸν πόλεμον κοινόν ἐςιν ἐπ' ἀμφοῖν—. 471: ταμιεύσασθαι τὸ δίκαιον.

131. D. κηλοῦμεν] Novum ſenſui accidit, quippe hic in bonam partem poſitum, cæterum ubique alias in deteriorem fere uſurpatum ſententiam, *demulcendi, deliniendi, cupiditatibus obſequendi, eaſque per voluptatem ſedandi*; quæ notio, haud ſcio, an abhorreat ab hoc loco, qui potius aliquam doctrinæ vim deſiderat, qua cupiditates *domentur, reprimantur, rationi ſubjiciantur:* quæ vis eſt in κολούομεν, quod fortaſſe auctor ſcripſerit, ipſi valde frequens, ut no-

tavimus ad p. 69. E: dico *fortaſſe*; ſiquidem et vulgatum habet aliquam ſpeciem, qua ſe tueatur, quod illa ſuperiore diſputatione p. 124. D. inſtituta dictum eſt de cupiditatibus non ſolum ſeveritate et imperio coercendis, ſed etiam lenitate indulgentiaque ducendis et ad rationem moderandis: quamquam et hoc jam ſignificatur Verbo κατεπραΰνομεν; ut altera diſputationis pars poſita in coercendis cupiditatibus hic ſine mentione prætermittatur, ſi κηλοῦμεν retineamus. Hujus vis Verbi *propria* eſt in deliniendo per auditum animo cantus et orationis ſuavitate: *tralata* de omni ratione demulcendi per voluptatem animi. Exempla, in primis Plutarchea, hæc apud ipſum cognoſcantur: Opp. Mor. p. 162. E. 163. C. 397. A. 704. F. 746. A. 874. B. 961. D. 1029. D. Vit. p. 222. A. 349. E. 371. F. 787. A. 810. D. 862. C. 922. B. 959. F. 987. B. Plato p. 664. D. 673. D. 647. D. Ariſtides T. II. p. 408. Cæterum et Tempus potius Imperfectum, quam Præſens, huic loco convenit, ut facile aſſentiar Reiſkio ponenti ἐκηλοῦμεν καὶ κατεπραΰνομεν: at non item deinceps ἄλλο τι χρὴ mutanti in οὐδὲν ἄλλο χρή.

131. D. ὥσπερ ἐκ δεσμῶν λελυμένῃ] Sic una Xylandrea editio, reliquæ λελυμένη, nec ex libris ſcriptis varietas annotata eſt: Mcz. et Reiſk. voluerunt λελυμέναις: at λελυμένῃ poteſt intelligi ſubaudiendo γαςρὶ ex proximo. Comparationem notavimus p. 37. C.

131. D. Κάτων] Plutarchus Apophthegm. p. 198. D: Κάτων ὁ πρεσβύτερος ἐν τῷ δήμῳ τῆς ἀσωτίας καὶ πολυτελείας καθαπτόμενος εἶπεν, Ὡς χαλεπόν ἐςι λέγειν πρὸς γαςέρα ὦτα μὴ ἐχούσαν· ubi alia notavimus item in Vita Catonis p. 340. A. De Eſu Carn. 996. D.

131. E. σύκων τὰ ξηρὰ] Dioſcorides I. 183: Σῦκα — ξηρὰ, τρόφιμα, θερμαντικὰ, διψητικώτερα, εὐκοίλια, ἄθετα δὲ ῥευματισμοῖς ςομάχου καὶ κοιλίας. Plinius XXIII. 63: *Siccæ fici ſtomachum lædunt: gutturi et faucibus magnifice utiles. Natura bis excalfaciendi.* De hac proprietate Hippocrates Diætæ II. p. 360: τὰ ξηρὰ σύκα καυσώδεα, διαχωρητικὰ δέ. Celſus II. 27.

131. E. μηδεμιᾶς προσδεῖσθαι σαρκοφαγίας] Ergo illam car-

nium abſtinentiam et hinc uſurpaſſe videtur, quam de induſtria commendavit in Diſputationibus περὶ σαρκοφαγίας p. 993. et obiter in Sap. Convivio p. 159. ſeq.

131. E, F. Πολλὰ γὰρ—ἀναδίδωσιν ἡ γῆ—] Locus communis in hoc argumento, item tractatus Ovidio Met. XV, 75:

Parcite, mortales, dapibus temerare nefandis
Corpora: ſunt fruges: ſunt deducentia ramos
Pondere poma ſuo, tumidæque in vitibus uvæ:
Sunt herbæ dulces: ſunt quæ miteſcere flamma
Mollirique queant: nec vobis lacteus humor
Eripitur, nec mella thymi redolentia florem.
Prodiga divitias, alimentaque mitia tellus
Suggerit atque epulas ſine cæde et ſanguine præbet.

p. 132. A. τὸ ἔθος τρόπον τινὰ φύσις οὐ παρὰ φύσιν γέγονεν—] Adhuc probo ſcripturam codicis E. —φύσις τοῦ παρὰ φύσιν, *conſuetudo quodammodo facta eſt natura ejus, quod contra naturam eſt*: id eſt, *conſuetudo quamvis a natura abhorrens, tamen eo uſque invaluit, ut naturæ vim auctoritatemque obtineret.* Acumen in eo poſitum eſt, quod *natura* habetur lex et norma agendi; et quod homini contra naturam eſt carnes edere: quod ait Plutarchus, De Eſu Carnium I. p. 994. F: οὐκ ἔστιν ἀνθρώπῳ κατὰ φύσιν τὸ σαρκοφαγεῖν. Cæterum neminem fugit proverbium *Conſuetudinem eſſe alteram naturam*: quod Eraſmus attigit Adag. p. 994. Ariſtoteles Ethic. ad Nicomach. VII. 11: διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τὸ ἔθος χαλεπὸν (μεταχινῆσαι), ὅτι τῇ φύσει ἔοικεν, ὥσπερ καὶ Εὔηνος λέγει,

Φημὶ πολυχρόνιον μελέτην ἔμεναι, φίλε, καὶ δὴ
Ταύτην ἀνθρώποισι τελευτῶσαν φύσιν εἶναι.

132. A. μέτριον δέ πως] Ut δέ πως auctoritate librorum revocavimus, ita μετρία reponere non quidem audemus, ut nullis in libris proditum, at verius tamen judicamus. Valckenarius Diatrib. p. 242. conjecit Εἴης μοι μέτρια θεὸς αἰὲ, Μηδ' ἀπολείποις. Muſgravius in Fragm. Incert. CXXIII. edidit, Εἴης μοι μετρία [Κύπρις], Εἴης, μηδ' ἀπολείποις. Utrumque offendebat δέπας, uterque aliud quid correctionis protuliſſet, ſi vetus δέ πως noviſſet. Sic de Venere alibi idem poeta. Iphig. Aul. 543: Μάκαρες, οἳ μετρίας θεοῦ Μετά τε

σωφροσύνας μετέχον Λέκτρων Ἀφροδίτας. et 554: Εἴη δή μοι μετρία μὲν χάρις, πόθοι δ' ὅσιοι. Helen. 1111: Εἰ δ' ἦσθα μετρία, τἄλλα γ' ἡδίϛη θεῶν Πέφυκας ἀνθρώποισιν. *Poculum amoris* tralate quidem dici poteſt hoc in argumento: ut a Plauto Truculent. I. 1. 22. *Si ſemel amoris poculum accepit mere, Eaque intra pectus ſe penetravit potio, Extemplo et ipſus perit et res et fides.* Plutarchus p. 505. E: περὶ τὸν καλὸν ἐκεῖνον ἐβάκχευσε κρατῆρα τοῦ ἔρωτος. Et λόγων κρατὴρ, 421. A. Sed nec δέπας videtur ſanum eſſe in Euripidis Fragm. ex Siſypho, —οὐρανοῦ δέπας, et verius σέλας: et hoc loco fictum dicamus a librario ex comparatione Veneris cum Vino. Ad ſententiæ ſimilitudinem accedit Plato Leg. VIII. p. 647. G: ἀσθενεϛέραν ἂν αὐτὴν (τὴν Ἀφροδίτην) δέσποιναν κτῷντο ὀλιγάκις χρώμενοι.

132. B. ἀσικχότατον] *minime ſatietatem faciens, appetitionem maxime conſervans.* Notavimus p. 87. B. Ita vinum aqua opportune temperatum, ut ait Plato Leg. VI. p. 622. D: καλὴν κοινωνίαν λαβὼν, ἀγαθὸν πόμα καὶ μέτριον ἀπεργάζεται.

132. B. ξενοπαθῇ] *inſolentia rei offendamur:* bene reddit Xylander: aliquoties Plutarcho adhibita vox. De Exilio p. 601. C: ἀδημονοῦμεν καὶ ξενοπαθοῦμεν. 607. E: δυσανασχετεῖ καὶ ξενοπαθεῖ. Sympoſ. IX. 733. E. Alcibiad. 205. D. Philopœm. 362. D. Eodem ſenſu ξενίζεσθαι πρός τι, bis dixit Jamblichus Vit. Pythag. §. 92.

132. B. ἀπαναίνηται] *recuſet:* hoc uno loco in Plutarchi ſcriptis exſtat: eſt Hippocrati frequens, et Homero aliquoties dictum, ut notat Fœſius Œcon. Hipp. voc. Et Ariſtides adhibuit T. I. p. 5. et 183.

132. C. ἡλιωθέντες] Vidimus ad p. 129. D.

132. C. εὐπάθειαν—ἡδυπάθειαν] Suavem animi ſenſum ἡδυπάθειαν nominare nolebant Stoici, ut reprehenſum ἡδονῆς, *voluptatis*, nomen vitarent, igitur εὐπάθειαν vocabant: quod intelligitur ex Plutarcho De Virt. Mor. p. 449. B. Diogene Laertio VII. 115, 116: quas Cicero Tuſc. IV. 6, 7. *conſtantias* appellat: ubi alia etiam adfert Daviſius. Eodem nomine εὐπαθείας Epicurei afficiebant ἡδονὴν, quam volebant in *abſentia doloris* conſtare; qua de re eſt Plutarchi repre-

henſio Adv. Epicur. p. 1089. E: igitur incidebant in veterem jam a Platone exploſum errorem Rep. IX. p. 507. B, C. eorum, qui medium inter voluptatem ac dolorem, *voluptatem* dicebant: quo nomine eos reprehendit Plutarchus ibidem p. 1091. D. Huc referendum eſt præſens præceptum, *de remittendo corpore* ἐκ τῶν πόνων *non in* εὐπάθειαν, *ſiquidem hæc eadem ſit quæ* ἡδυπάθεια, *ſed* εἰς τὸ μέσον ἡδονῆς καὶ πόνου. Cæterum εὐπάθεια etiam ſimpliciter, extra philoſopham ſectam ac ſcholæ conſuetudinem accipitur, *pro ſuavi ſenſu vel animi vel corporis:* v. c. apud Plutarchum. v. c. Opp. Mor. p. 131. F. 704. E. 746. E. Vit. p. 50. B. 58. D, E. 166. F. 395. F. 942. A. 956. E. Juncus ap. Stob. p. 611. Item ἡδυπάθεια Opp. Mor. p. 6. B. 61. D. 123. D. 136. A. 644. B. 705. B. E. 706. A. 732. D. 785. D. F. 831. F. 964. E. 990. B. 1100. C. Vit. 459. E.

132. D. πλήκτης] *vebemens*, quaſi *ictum inferens:* ſubinde in *vini* viribus numeratur: Sympoſ. III. p. 653. F: ἐξ ἕδρας τὰ σώματα μεθιστάναι πλήκτην ὄντα καὶ κινητικὸν ταραχῆς τὸν ἄκρατον. 650. F: θερμότατον ἄκρατον ἀποσβέννυσθαι, καὶ ἀποβάλλειν τὸ πλῆκτον καὶ πυρῶδες. IX. 735. E: τὸ πληκτίζον ἐκεῖνο καὶ μανικόν. Eodem pertinet illud Chæremonis apud Athenæum XI. p. 461. C: χαλεποὺς γὰρ καὶ πλήκτας τοὺς ἥρωας νομίζουσι—διὰ τὴν μέθην—. Et de viris manu fortibus uſurpatur Plutarcho: v. c. Vit. 185. B. 298. C. 336. E. 360. E. 403. D. 548. B. 971. E. De rebus aliis Opp. Mor. 920. B. Diogenis Laertii VI. 38. nondum ſatis expeditum eſt.

132. D. οἷς μάλιστα τὸ ὕδωρ—] Corrigendum puto οἵας μ. τ. ὕ. *quales maxime aqua adfert.*

132. D. ἤπιος γὰρ ἡ τοῦ ὕδατος ὑγρότης—] *blandus enim eſt aquæ humor:* in hac notione nominis ἤπιος exſtat notio originis, *affabilitatis*, ab ἔπω. In ſimili re ponitur Opp. Mor. p. 981. C. de aqua Ponti Euxini. Sic *tepidum*, et *jucundum, molle* eſt Ariſtidi T. I. p. 254. 295. 321. 351. et τὰ ἤπια, *beneficia* I. 46. i. e. *medicinæ*, ut Homericum ἤπια φάρμακα. Empedoclis ſupra p. 63. D: αἰθέρος ἤπιον ὕψος. Somnus ἤπιος Plutarcho Vit. 417. A. Ad animum et alia

transfertur Opp. Mor. 2. F. 182. A. 795. A. 1101. D. Vit. 185. E. 276. B. 239. B. 908. A. Ariſtides T. II. p. 399.

132. D. ἄσφυκτος] *pulſu carens vehementi, pulſum venarum non incitans*, occurrit notione a corpore ad animum tralata, ut σφυγμὸς, *pulſus venarum*. Voſſ. dat ἄφυκτος perperam: quod et De Virt. Moral. p. 446. D. vulgo editum, a nobis correctum eſt: τῆς δὲ σώφρονος ψυχῆς τὸ πανταχόθεν ὁμαλὲς καὶ ἄσφυκτον καὶ ὑγιαῖνον: item De Animi et Corp. Affect. p. 500. C: ἐὰν ἰάσιμον ᾖ τὸ χεῖρον καὶ κουφότερον καὶ ἄσφυκτον. Sic σφυγμὸς de agitatione animi, 134. C. 164. F. 474. E. 565. C. ὑποτροπαὶ παθῶν σφυγμοὺς ἔχουσαι καὶ πηδήσιν. 786. C. 1092. E. 1099. E. 1101. D. σφυγμὸν καὶ φόβον, ἢ καὶ δεισιδαιμονία κέκληται· 1128. D. Magis propria corporis ſignificatione: Opp. Mor. 136. E, F. 337. A. 581. F. 681. A. 1128. D. Vit. 686. B. 707. B. Plerumque notatur vehementior ſolito pulſus, ut diſerte Vit. 223. F. Cæterum propria medicorum notione σφυγμοῦ nil frequentius. Conjunctum eſt σφυγματώδες animi Adv. Epicur. p. 1088. E.

132. D. φορὰν] *impetum, vehementiam*, hac notione et de corpore et de animo dicitur. Opp. Mor. p. 27. F. 1017. A. 1122. D. Vit. 112. B. 177. A. 229. D. 375. B. 380. B. 387. B. 412. A. 469. A. 724. C, D. 791. A. 916. D. 951. D. 963. C. 975. D. 993. E. 999. F. 1054. E. Notavit aliquid Uptonus in Indice Epicteti.

132. E. τῷ Διονύσῳ νηφάλια θύομεν] De his eſt perdocta annotatio Scholiaſtæ Sophoclis ad Œdip. Col. 99. cujus una certe pars apponenda: Πολέμων δὲ ἐν τῷ πρὸς Τίμαιον, καὶ ἄλλοις τισὶ θεοῖς νηφαλίους θυσίας φησὶ γίγνεσθαι, γράφων οὕτως· "Ἀθηναῖοί τε γὰρ ἐν τοῖς τοιούτοις ἐπιμελεῖς ὄντες, καὶ τὰ πρὸς "τοὺς θεοὺς ὅσιοι, νηφάλια μὲν ἱερὰ θύουσι Μνημοσύνῃ, Μούσαις, "Ἠοῖ, Ἡλίῳ, Σελήνῃ, Νύμφαις, Ἀφροδίτῃ οὐρανίᾳ." Φιλόχορος δὲ καὶ περί τινων ἄλλων θυσιῶν τὸν αὐτὸν τρόπον δρωμένων φησὶν ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν Ἀτθίδων, "Διονύσῳ τε καὶ ταῖς Ἐρεχθέως θυ"γατράσι·" καὶ οὐ μόνον θυσίας νηφαλίους, ἀλλὰ καὶ ξύλα τινὰ ἐξέκαιον— quæ partim deſcripſit Suidas in Νηφάλια. Plutarchus eorum et alibi meminit: De Ira Cohib. p. 464.

C: ἡμέρας—ἀμεθύςυς καὶ ἀοίνυς διαγαγεῖν, ὥσπερ νηφάλια ϰ̀ μελίσπονδα θύοντα. Sympoſ. IV. p. 672. B: Ἕλληνές τε νηφάλια ταῦτα καὶ μελίσπονδα θύυσιν, ὡς ἀντίθετον φύσιν μάλιςα τοῦ μέλιτος πρὸς τὸν οἶνον ἔχοντος. Romulo p. 19. D: Porphyrius De Abſtin. II. 20. ex Theophraſto: τὰ μὲν ἀρχαῖα τῶν ἱερῶν νηφάλια παρὰ πολλοῖς ἦν· νηφάλια δ' ἐςὶν τὰ ὑδρόσπονδα· τὰ δὲ μετὰ ταῦτα μελίσπονδα· τοῦτον γὰρ ἕτοιμον παρὰ μελιτῖων πρῶτον ἐλάϐομεν τὸν ὑγρὸν καρπόν· εἶτ' ἐλαιόσπονδα· τέλος δ' ἐπὶ πᾶσιν τὰ ὕςερα γεγονότα οἰνόσπονδα. De Antro Nymph. §. 19. De hoc argumento ſuo more docte diſſeruit Ez. Spanhemius ad Callimachi Hymn. in Cererem 12. p. 757.

132. E. Ὁ δὲ Μίνως καὶ τὸν αὐλὸν ἀφεῖλε τῆς θυσίας] Pertinet hujus rei mentio ad Minois luctum in obitu Androgei filii ab Athenienſibus interfecti, de quo teſtis eſt Apollodorus III. 15. 7: Μίνως δὲ ἀγγελθέντος αὐτῷ τοῦ θανάτυ, (ita legendum pro M. δ. ἐπελθόντος αὐτῦ θ.) θύων ἐν Πάρῳ ταῖς Χάρισι, τὸν μὲν ςέφανον ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἔῤῥιψε, ϰ̀ τὸν αὐλὸν κατέσχε, καὶ τὴν θυσίαν οὐδὲν ἧττον ἐπετέλεσεν, ὅθεν ἔτι καὶ δεῦρο χωρὶς αὐλῶν καὶ ςεφάνων ἐν Πάρῳ θύυσι ταῖς Χάρισι. Quod non eſt confundendum cum ſimili facto Minois filio Glauco ſimul ſepeliendas addens ejus tibias, de quo Euripidis eſt verſus ex Polyido apud Plutarchum Adv. Epicur. p. 1104. D. Attigimus ſupra ad p. 16. C. ἀναύλυς θυσίας.

132. F. Τοὺς μὲν οὖν Λυδοὺς—] Sumtum ex Herodoto I. 94: ποιέειν δὲ ὧδε πρὸς τὸν λιμὸν ἐξευρόντας· τὴν μὲν ἑτέρην τῶν ἡμερέων παίζειν πᾶσαν, ἵνα δὴ μὴ ζητέοιεν σιτία· τὴν δὲ ἑτέρην σιτέεσθαι παυομένυς τῶν παιγνιέων· τοιύτῳ τρόπῳ διάγειν ἐπ' ἔτεα δυῶν δέοντα εἴκοσι—.

132. F. δεόμενον] Mez. δεομένῳ, probabiliter.

p. 133. A. διάγραμμα] *Figuræ Mathematicæ vel Muſicæ deſcriptio.* Sic Opp. Mor. p. 373. F. 491. A. 826. E. 930. E. 1018. A. 1020. C. 1093. D. 1094. A. Vit. 308. E. 448. A. Plato 705. A. alibi. Ariſtides T. II. p. 291.

133. A. λεηλατούμενον] *agi et ferri, vaſtari,* ſcita tralatio ex bellicis calamitatibus. Sic viri ignavi ſunt præda mulierum in Amatorio p. 753. F. —ἔλαθον γενόμενοι λεία γυναικῶν. Pyrrho 395. A: Χάονας καὶ Μολοσσοὺς τὴν ἀεὶ Μακεδόνων λείαν. Et Latine *prædam cui fieri.* Plautus Pſeud. IV.

7. 23: *Præda hæc mea eſt: ſcortum quærit, habet argentum.* Proprio ſenſu et ληλατεῖν, et ληλασία, frequens Plutarcho.

133. A. Σκύθης, ὅταν πίνῃ—] Idem prodit Plutarchus in Demetrio p. 897. C: Σκύθαι πίνοντες καὶ μεθυσκόμενοι παραψάλλουσι τὰς νευρὰς τῶν τόξων, οἷον ἐκλυόμενον ὑπὸ τῆς ἡδονῆς ἀνακαλούμενοι τὸν θυμόν: et ſpectat VII. Sap. Conviv. p. 163. F.

133. A. Τῶν μὲν γὰρ παρὰ τῷ Μενάνδρῳ νεανίσκων] Plutarchus Symp. VII. 5. p. 706. B: ὥσπερ ἀμέλει παρὰ τῷ Μενάνδρῳ, ἢ τῶν συμποτῶν ἕκαστος ἐπιβουλευόμενος ὑπὸ τοῦ πορνοβοσκοῦ, σοβαράν τινα παιδίσκην ἐπάγοντος αὐτοῖς, Κύψας καθ' ἑαυτὸν τῶν τραγημάτων ἔφλα. Imitatur in Sapient. Conv. p. 159. D: ὥσπερ ἄμελει ἄρτι μὲν οὔθ' ἑωρῶμεν ἀλλήλους οὔτ' ἠκούομεν, ἀλλ' ἕκαστος ἐγκεκυφὼς ἐδούλευε τῇ περὶ τὴν τροφὴν χρείᾳ—.

133. A. ἀπόψεις] Elegans vocabulum, cui non plane reſpondet, quamvis proxime accedens, Latinum *reſpectus*, id eſt, *adſpectus rei, in quam oculos ab alia re averſos convertimus.* Sic Luculli villæ et conclavia clauſa, unde ipſe proſpicere poſſet, in Ejus vita p. 521. C: τοὺς ἐν Νεαπόλει θαλάμους καὶ τὰς περικλείστους ἀπόψεις—· quæ opportune Iſ. Caſaubonus adhibuit Straboni XVII. p. 1152. A: κατοικία·—διαίτας ἔχουσα καὶ ἀπόψεις τοῖς καπυρίζειν βουλομένοις καὶ ἀνδράσι καὶ γυναιξὶν—. Pollux II. 58. ex Herodoto, et Æm. Portus Lexico Ionico. Sic ἀπόπτεσθαι Dionis Chryſ. Or. I. p. 11. B. Et ἄποπτος Plutarchi Camillo 151. F: Lucullo 497. F: Eumene 592. F. ἐξ ἀπόπτου.

133. B. ἀλειπτῶν—καὶ παιδοτριβῶν—] Nomina ſæpe promiſcue uſurpata quid differunt, a generis diſtributione repetendum. Genus eſt γυμναστής, præceptor et magiſter exercitiorum, qui ea docet et exercet alios, *exercitator:* hic exercet vel pueros, ſiquidem gymnaſtica fuit pars liberalis inſtitutionis, inde dictus παιδοτρίβης: vel inſtituit athletas, qui hanc artem gymnaſticam ejuſque partes omnes vel unam alteramve præcipue percipere et aliquando factitare vellent, dictus nomine generis γυμναστής, quorum pars etiam Medici haberi volebant, ſeque tuendæ augendæque ſanitatis artifices profitebantur: iidemque dicebantur ἀλεί-

τας, quod præcipuum eorum opus in *ungendo* poſitum putabatur: ſed et horum triplex erat genus, ut vel ad uctam, vel in balneo, vel ad valetudinis ac medicinæ uſum ungerent, quod poſtremum genus peculiari nomine *iatraliptæ* dicebantur. Pollux ἀλείπτην, ut minus probum vocabulum, repudiat, παιδοτρίβην et γυμναστὴν probat. III. 154. Atqui ἀλείπτην dicit Plutarchus Opp. Mor. 59. F. 130. B. 561. D. 662. A. Vit. 154. A. 958. C. Callicratidas ap. Stob. p. 486. 9. 13. Philo Jud. ap. Euſeb. Præp. Evang. VIII. p. 379. A. 382. C. Œnomaus ibid. V. p. 232. D: et pro *pædotriba* poni docet Spanhemius ad Ariſtophanis Nub. 973. Epictetus ſubinde adhibet locis notatis ab Uptono in Indice. Γυμναστὴν et Plato dixit raro, ſæpius dicens παιδοτρίβην, teſte Galeno Ad Thraſybulum D. et Iatrice et Hygiæne p. 30. A. dixit tamen et alibi et Leg. XI. 676. D. junxit cum ἰατρῷ: nam de artium ἰατρικῆς et γυμναστικῆς conjunctione non attinet monere, in qua commemoranda frequens eſt Plato Gorg. p. 288. A. Rep. III. p. 440. C. et alibi: Galenus T. VI. libro laudato et De Sanitate Tuenda: nomen γυμναστὴς eſt et apud Plutarchum Opp. Mor. 224. D. Vit. 348. B: et in ſimili comparatione apud Ariſtidem T. I. p. 306. II. 37. 93. 164. 171. 187. Nomen et munus παιδοτρίβου attigimus ad p. 8. C. dictum ſine dubio, a *fricando, et exercendo*, cognoſcatur ex aliis multis locis: v. c. Plutarchi Opp. Mor. 133. D. 747. B. 773. F. Ariſtotelis Polit. VIII. 3. Teletis ap. Stob. p. 535. Ariſtidis T. II. p. 93. 147. Plura etiam et alia petantur a Mercuriale De Arte Gymn. I. 12. Fabro Agoniſt. II. 6. et ſupra ad p. 8. C. laudatis Spanhemio ad Ariſtoph. Nub. 969. Perizonio ad Æliani Var. Hiſt. II. 6.

133. B. τὸν Ἴνδον ἀναλύων] Hoc nomine ſophiſma nondum legi in Veterum ſcriptis, nec legerat Menagius, quod ipſe fatetur ad Diog. Laert. II. 108. Fortaſſe corruptum eſt nomen et ſana ſcriptura fuit ἔνδον, *intus*, quamquam neque hoc vocabulum in ſophiſmatum formis legere me memini: poſſit certe hujuſmodi fuiſſe, quale eſt in Ariſtophanis Acharnenſibus, ubi de Euripide interroganti Di-

cæopoli *an intus ſit*, puer Cephiſophon reſpondet *cum intus et non intus eſſe*.

Δ. Ἔνδον ἐς' Εὐριπίδης;
K. Οὐκ ἔνδον, ἔνδον ἐςὶν, εἰ γνώμην ἔχεις·
Δ. Πῶς ἔνδον, εἶτ' ὐκ ἔνδον; K. Ὀρθῶς, ὦ γέρον·
Ὁ νοῦς μὲν ἔξω συλλέγων ἐπύλλια
Οὐκ ἔνδον· αὐτὸς δ' ἔνδον ἀναβάδην ποιεῖ
Τραγῳδίαν.

Huic perſimile illud Philonis Quis Rer. Div. Hæres p. 492. B: ἢ οὐκ ἂν εἴποιτε, τὸν μὲν τέλειον ἀρχιερέα, ὁπότε ἐν τοῖς ἀδύτοις τὰς πατρίυς ἁγιςείας ἐπιτελεῖ, ἔνδον εἶναί τε καὶ ἔξω· ἔνδον μὲν τῷ φανερῷ σώματι, ἔξω δὲ ψυχῇ τῇ περιφοίτῳ καὶ πεπλανημένῃ. κ. τ. λ. Fortaſſe ſana eſt ſcriptura, ut *Indus* genus fuerit Sophiſmatis: vel ex ambiguitate nominis *Indi* fluvium *Indum*, et hominem *Indum* notantis: vel item ex communione nominis inter duos fluvios Indos, alterum celebrem illum, alterum obſcurum Cariæ fluvium, de quo Ekhelius in Nummis Anecdot. p. 213. indeque nominatam *Indicam* regionem Cariæ: vel natum ex fabula, qualis eſt ea, quæ cum Æſopica de Epope fabula narrata in Ariſtophanis Avibus 471. comparatur ab Æliano De Nat. Animal. XVI. 5. addente ἔοικεν οὖν ἐξ Ἰνδῶν τὸ μυθολόγημα ἐπ' ἄλλυ μὲν ὄρνιθος, ἐπιρρεῦσαι δ' οὖν καὶ τοῖς Ἕλλησι· vel ex Æſopica, quam refert Themiſtius Or. XXXII. p. 359. B. de hero, qui ſervi *Indi* atrum colorem eluere ſtuduit: quæ fabula in vulgatis editionibus eſt LXXV. pro *Indo* ponens *Æthiopem*; unde Proverbium *Æthiopem lavare*, de quo Eraſmus p. 789. Cæterum ἀναλύειν *ſyllogiſmos*, *ſolvere*, *explicare*, frequens eſt in Dialecticorum ſcholis dictio: ſic Plutarchus Opp. Mor. p. 743. D. 777. B. 788. B. 1058. C. plura Uptonus in Indice Epicteti.

133. B. διαλέγεσθαι περὶ τῦ κυριεύοντος.] Hujus ſyllogiſmi ſubinde fit mentio. Plutarchus in ſimili argumento verſans, ejus diſceptationem a convivalibus ſermonibus excludit Sympoſ. I. 1. p. 615. A: ἔμοιγε πολλάκις εἰπεῖν επέςη πρὸς τοὺς ἕλκοντας εἰς τὰ συμπόσια τὸν κυριεύοντα, ὦ ἄνθρωπε τί ταῦτα πρὸς τὸν Διόνυσον; Adv. Stoicos p. 1070. C: ὥσπερ εἰς τὸν ψευδόμενον ἢ τὸν κυριεύοντα μετὰ τῆς διαλεκτικῆς ἐμβάλ-

λοντες τὸν περὶ εὐδαιμονίας τόπον, ἔλυσαν μὲν οὐδεμίαν ἀμφιβολίαν ἐν αὐτῷ, μυρίας δὲ ἐποίησαν. In Stoicis argumentationibus eum recenſet Lucianus Vitar. Auct. T. I. p. 562: τὸν θερίζοντα, καὶ τὸν κυριεύοντα, καὶ ἐπὶ πᾶσι τὴν Ἠλέκτραν, καὶ τὸν ἐγκεκαλυμμένον· ubi Moſes Solanus ignorans rationem, κεράτινον, *cornutum ſyllogiſmum*, ſubjicere tentat. Perite ac docte rem explicat Menagius ad Diogenem Laert. II. 108. complura ſophiſmatum genera exponens: erudite item J. Uptonus et Jac. Harriſius ad Epicteti Diſſ. I. 19: et ante hos dudum veteris Dialecticæ doctiſſimus interpres Adamus Burſius in libro perraro *Dialectica Ciceronis* inſcripto p. 452. Videtur inventum Diodori Croni ab eoque in loco de Fato, certe περὶ δυνατῶν adhibitus fuiſſe: ſed unde κυριεύοντος nomen acceperit, non ſatis apparet: utrum ab *imperando*, exemplo ducto a Diophanto, Themiſtoclis filio, de quo monuimus ad p. 1. C. ex Facciolati Acroaſi II. p. 25: an a *dominio* ſui vel *fati*, unde idem Facciolatus κυριεύοντα ad ignavam refert Acroſ. V. p. 57. de hoc igitur non ſtatuimus.

133. C. ἐγκέφαλον τοῦ φοίνικος γλυκὺν] Plinius H. N. XIII. 9: *Dulcis medulla earum (palmarum) in cacumine: quod cerebrum appellant.* Ubi Guillandinus hunc Plutarchi locum commemorat.

133. C. τρωγάλιον ἐν δείπνῳ γλυκὺ—] Rectius pro ἐν dant ἐπὶ E. Venet. Voſſ. Jannot. T. *ad cœnam*: videtur ex Pindari dicto manaſſe, δείπνου δὲ λήγοντος γλυκὺ τρωγάλεον, memorato in Athenæi XIV. p. 641. C. indeque ab Euſtathio ad Odyſſ. A. p. 1401. 49: Clemente Alexandrino Strom. I. p. 319. D. qui, forte idem Plutarchum imitans, hoc transfert ad ſermones doctos convivales, Strom. VI. p. 695. B: τῆς Ἑλληνικῆς ἐφάπτεται φιλοσοφίας οἷον τρωγάλιόν τι ἐπὶ τῷ δείπνῳ παροψώμενος. De uſu vocabuli τρωγάλιον docte diſſerit Athenæus l. c. cui adhibeatur Pollux VI. 79: Suidas et Heſychius in voce, ad hunc J. Albertius: item Meurſius Miſc. Lacon. II. 12. p. 57: Spanhemius ad Ariſtophanis Plut. 798.

133. C. ἐξελόντες] Haud ſcio, an verius legatur ἐξελῶντες,

[illegible] quæ de forma notavimus p. [illegible]

[illegible] videtur, de quo diximus p. [illegible]

[illegible] Poſterius μὴ certe [illegible]

[illegible] Et in Periclis Vita [illegible] exponit vim vocabuli Valckenarius [illegible] p. 218: et nos quædam [illegible] p. 285.

[illegible] Homero: Plutarchus Phocione [illegible] Or. II. p. 28. C.

[illegible] Plutarchus Sympoſ. V. 1. p. [illegible] χαρίεντας εὐθὺς μετὰ τὸ [illegible] φερόμενοι, καὶ [illegible] In hanc laudem valet dictum [illegible] apud Diogenem Laertium II. [illegible] λόγος· ubi Athenæus X. p. [illegible] ex eodem carmine prodens, hæc [illegible] ὅτι ζητήσας [illegible] ἐν μέσῳ λόγος. De [illegible] proprie ſic dictis, multa habet Athenæus XIV. p. [illegible] et XV. p. 685. Celſus I. 2: *in[illegible] omneſque pene* [illegible] accommodat præceptum: *ſecunda* [illegible] *in imbecillo coaceſcit.* Alii alia.

133. F. ὑπεροδέξιον] *Superiorem, potentiorem*: vocabuli vim diligenter notavit H. Stephanus Theſ. L. Gr. T. I. p. 961. Plutarchus Symp. I. p. 619. F: χεῖρα καὶ φωνὴν ὑπεροδέξιον ἔχοντι καὶ ἀκάλυπτον. Numa p. 73. D: ἐγκρατῆ καὶ ὑπεροδέξιον τῆς κακίας τὴν ἀρετὴν κολάζουσαν. Arato 1030. A: Ἀπόλλωνα ὑπερδέξιον.

133. F. Ἀριστοτέλης] Non in iis, quæ ſuperſunt, libris: et Mercurialis De Arte Gymn. IV. 11. p. 285. Ariſtotelis præceptum non niſi ex hoc loco refert: poterat item memorare V. 12. p. 339. ubi argumentum denuo tractatur.

p. 134. A. *καταφερόμενος*] Scilicet *in ſomnum*; notavimus ad p. 71. C.

134. A. *ὥσπερ εἴρηται*] Refertur ad commendationem legendi ac recitandi, quæ eſt p. 130. A—E.

134. A. *ὥσπερ οἱ πολλοὶ—*] De hac ſæculi iſtius conſuetudine Seneca Epiſt. CXXII. Conſolat. ad Helviam IX. p. 113: *Undique convehunt omnia nota faſtidienti gulæ. Quod diſſolutus deliciis ſtomachus vix admittat, ab ultimo portatur Oceano. Vomunt ut edant, edunt ut vomant: et epulas, quas toto orbe conquirunt, nec concoquere dignantur.* Plinius H. N. XIV. 28: *—ingentia vaſa corripere, velut ad oſtentationem virium, ac plene infundere, ut ſtatim vomant: rurſusque hauriant, idque iterum tertiumque.* XXIX. 8: *Potus deinde jejunorum ac vomitiones et rurſus perpotationes.* Suetonius Vitellio 13: *epulas trifariam ſemper, interdum quadrifariam diſpertiebat: in jentacula, et prandia, et cœnas, comiſſationeſque: facile omnibus ſufficiens vomitandi conſuetudine:* ubi operæ pretium eſt legere Caſaubonum: et ad Ej. Claudium 33.

134. B. *κοπτόμενα ῥεῖθρα*] Non ſunt flumina ſciſſa, et in rivos diducta, quippe quæ ita ſedantur et leniuntur, ut Plutarchus notat p. 93. E. ſed *agitata* et *percuſſa* remis, contis, aliave ratione, quibus continuo deinceps et vacuus fit locus et repletur.

134. D. *κόκκους τινὰς Κνιδίους*] *coccum Gnidium* in purgantibus recenſet Celſus V. 4: memorat ibidem 8. 18. Dioſcorides M. M. IV. 173. Plinius XIII. 35. XXVII. 46.

134. D. *ἀσυγκρίτους*] Meziriacus notavit *ἀσυγκράτους*· quod magis proprium eſt hac in re: et Plutarcho adhibitum Opp. Mor. p. 418. D. 1112. C.

134. D. *εἰ δ' ἀνάγκη ποτὲ καταλάβοι.*] Verbum *καταλαμβάνειν* et ad hujus loci ſententiam neceſſarium, et ad uſum elegans, notavimus p. 64. D.

134. E. *τὴν ἀπέρασιν*] Non eſt mutandum cum Meziriaco in *ἀπέλασιν*, quaſi *expulſionem*. Omiſſum ab H. Stephano, ſiquidem Theſ. L. Gr. T. III. p. 238. in Theophraſto De Cauſſis Plant. II. 10: *τοῦτο δὲ παθόντα καὶ ἀπέρασίν τινα ἔλαβεν ὑγροῦ καὶ πνεύματος καὶ τὸ θερμὸν εἰσδέχεται,* voluit corrigi

πέρασιν, quod in Heinſianam editionem receptum eſt: atqui eodem vocabulo utitur Theophraſtus II. 16: ἔϛι δὲ ἐν τῇ τελειώσει ὁ πόνος καὶ ἡ ἀπέρασις, ubi Heinſiana denuo veram ſcripturam commutavit cum falſa ἀπέρασις. D. Scottus ex hoc Plutarchi loco retulit in Appendicem Stephani. Eſt *excernendi actio, effluvium, demiſſio, dejectio*, a Verbo ἀπερᾶν item Lexicis ignoto, ſed cognito cum aliunde, v. c. Alciphrone III. 7: Ἀκεσιλάος ὁ ἰατρὸς—ἀπερᾶν ἀπηνάγκασεν· ubi Berglerus inquit, *Verbum probum, ſed Lexicis ignotum*: ſed quin ἀπηνάγκασεν ex ſimplici ἠνάγκασεν ortum ſit, addito per librarii errorem ἀπ' ex ἀπερᾶν, equidem nullus dubito: tum ſimilitudine et auctoritate cognati ἐξερᾶν, *excernere*, expoſiti a Stephano in Indice p. 890. et notati a Fœſio in Œcon. Hippocrat. voc. et notandi a nobis ad p. 904. B. et p. 1073. D. 1088. E. in ignoto nomine διέραμα.

134. E. χαλαϛραίοις πλυνόμενα μᾶλλον ἐκπλύνεται—] *lota nitris magis eluuntur quam tincta in aqua*: ἐκπλύνειν ſimul vim habet *deterendi*, ut ipſe pannus aliquid ſuarum partium amittat: χαλαϛραῖα cognita ex Plinio H. N. XXXI. 10. 1: *Optimum copioſumque* (*nitrum*) *in Litis Macedoniæ, quod vocant Chalaſtricum, candidum, purumque, proximum ſali*: cui adhibeatur Salmaſius Hyl. Iatr. p. 222. Weſſelingius ad Diodor. Sic. T. II. p. 578: nobilitatum item Platonis mentione Rep. IV. p. 449. C. Suidas ex Timæi Gloſſ. Plat. Χαλαϛραῖον· νίτρον ἀπὸ Χαλάϛρας τῆς ἐν Μακεδονίᾳ λίμνης, quem locum, ut ſolet, egregie illuſtrat Ruhnkenius noſter. Ita *lotis* opponuntur ὑδατόκλυϛα, *veſtes in aqua elutæ*: quo nomine Plutarchus iterum uſus eſt in Quæſt. Rom. p. 270. F: ἐν δὲ Ἄργει λευκὰ φοροῦσιν ἐν τοῖς πένθεσιν, ὡς Σωκράτης φησὶν, ὑδατόκλυϛα.

134. E. ὑφιϛαμένης δὲ κοιλίας] Interpretes fere in hunc ſenſum acceperunt, *ſi alvus durior, adſtrictior fuerit*: Cruſerius, *quod ſi conſiſtat alvus*: ſic Celſus I. 8: propius ad Græci rationem verbi accedit *ſubſiſtat*, quod eſt VI. 11. *ſi alvus nutrici ſubſtitit, ducenda eſt.* Hippocrates De Dentitione p. 267: ἡ κοιλίη ξυνίϛαται.

p. 135. A. ὥσπερ εἴρηται] p. 128. E.

135. B. *οὐκ ἀνθρώπου, ἀλλ' ὀστρέου τινὸς ζωῇ προσεοικὸς*] A Platone fluxit, Philebo p. 76. E: *ζῆν δὲ οὐκ ἀνθρώπου βίον ἀλλά τινος πλεύμονος ἢ τῶν ὅσα θαλάττια μετ' ὀστρέων ἔμψυχά ἐστι σωμάτων.* Phædro p. 346. D: *—ἀσήμαντοι τούτου ὃ νῦν δὴ σῶμα περιφέροντες ὀνομάζομεν ὀστρέου τρόπον δεδεσμευμένοι·* quod ſequitur Plutarchus De Exilio p. 607. D. Philo Jud. De Humanitate p. 701. A. ubi Mangeyus quædam notat. Porphyr. De Gradibus edit. Cantabrig. p. 233: *ψυχῇ—τὸ γεῶδες ὄστρεον περικειμένῃ, ἀνάγκη ἐπὶ τῆς γῆς ἐνίσχεσθαι.* Priorem locum Platonis citat Athenæus III. p. 97. C. ubi Caſaubonus hunc Plutarchi locum adhibet: imitatus eſt Syneſius De Regno p. 14. D: *βίον ζῶντας θαλαττίου πνεύμονος*: ubi plura Petavius: et nos alibi dicemus.

135. B. *εἰς ἐπίσκιόν τινα βίον καὶ σχολαστὴν καὶ μονότροπόν τινα*] *in vitam umbratilem, otioſam, ſolitariam*: bis poſitum *τινα* ne quis a librariis omnino veniſſe credat, faciunt multa hujus uſus exempla, de quo monuimus ad Ser. Num. Vind. p. 564. D. prioris editionis p. 106.

135. B. *οὐ κατά γε τὴν ἐμὴν, ἔφη, γνώμην·*] *ἔφη* notat alterius dictum, ut alibi *φησὶ*, de quo diximus p. 119. F. Videor mihi dictum iiſdem verbis alibi legiſſe: factum certe eſt ex Homerico Iliad. I. 108: *Οὔτι καθ' ἡμέτερόν γε νόον·* quod Scholiaſtes Venetus reddit, *οὐ κατὰ τὴν ἐμὴν γνώμην.* Scholiaſtes Vetus, *οὐ κατὰ τὴν ἡμετέραν γνώμην.*

135. C. *Ἥκιστα δὲ τὴν ἀργίαν ὑγιεινὴν ὑποληπτέον, εἰ τὸ τῆς ὑγιείας τέλος ἀπόλλυσι.*] Pro *ἀργίαν* dant *ὑγίειαν* Voſſ. et Exempl. Turneb. quod acuminis ſpeciem habet, nec tamen hic probandi. Bono ſubinde ſenſu dicuntur *ἀργία, ἀπραξία, ἀπραγμοσύνη, σχολὴ, ἡσυχία*, ut hoc loco de vita literata et otioſa philoſophorum, ad quos hæc referunt. De hac notione *ἀργίας*, vulgo minus obſervata, monuimus in Annot. Select. Hiſtor. Gr. ad Xenophontem p. 373: ubi addidimus *plura alias*. Hæc *plura* nunc prodamus. Pertinet huc Euripidis ſententia, Medea 294:

Χρὴ δ' οὔ ποθ' ὅστις ἀρτίφρων πέφυκ' ἀνὴρ,
Παῖδας περισσῶς ἐκδιδάσκεσθαι σοφούς.
Χωρὶς γὰρ ἄλλης, ἧς ἔχουσιν, ἀργίας,

Φθόνον πρὸς ἀςῶν ἀλφάνυσι δυσμενῆ.

i. e. *præter reliquam vacationem et omiſſionem negotiorum.* Lacedæmonii eam ſibi laudi ducebant, eaque cenſentur, ut illic notavimus. Sic Iſocrates in Buſiride p. 389: εἰ γὰρ ἅπαντες μιμησαίμεθα τὴν Λακεδαιμονίων ἀργίαν καὶ πλεονεξίαν, εὐθὺς ἂν ἀπολοίμεθα διὰ τὴν ἔνδειαν τῶν καθ' ἡμέραν, καὶ διὰ τὸν πόλεμον τὸν πρὸς ἡμᾶς αὐτούς. Et tamen, ut eſt apud Ælianum Var. Hiſt. II. 5. Λακεδαιμόνιοι δεινὴν ἐποιοῦντο τοῦ χρόνου τὴν φειδὼ, ταμιευόμενοι πανταχόθεν αὐτὸν εἰς τὰ ἐπειγόμενα, καὶ μηδενὶ τῶν πολιτῶν ἐπιτρέποντες μήτε ῥαςωνεύειν μήτε ῥαθυμεῖν· ubi recte Schefferus: *Ignavum otium hic intelligit. Nam alias vel maxime indulgebant otio: hoc eſt, nullas artes exercebant manuarias, nullam mercaturam, aut id genus: ſolis exercitiis gymnaſticis terebant tempus*—. Eodem valet Socratis dictum ibidem proditum X. 14: Σωκράτης ἔλεγεν, ὅτι ἡ ἀργία ἀδελφὴ τῆς ἐλευθερίας ἐςί· καὶ μαςτύριον ἔλεγεν, ἀνδρειοτάτους καὶ ἐλευθεριωτάτυς Ἰνδοὺς ϗ Πέρσας, ἀμφοτέρυς δὲ πρὸς χρηματισμὸν ἀργοτάτυς εἶναι· Φρύγας δὲ καὶ Λυδοὺς ἐργαςικωτέρυς, δυλεύειν δέ· quo loco vulgare χηματισμὸν nolim, cum Kuhnio ac Perizonio, alteri lectioni, χρηματισμὸν, præferre. Martialis XII. 4. *ingenuam pigritiam* dixit, otium literatum in ſcribendis libris conſumtum: *Tu facis ingenium: tu, ſi quid poſſe videmur, Tu das ingenuæ munera pigritiæ.* Illa, quæ diximus, erant media vocabula, in utramque partem accepta, at hæc abſolute reprehenſa, *inertia, ignavia, pigritia*, ῥαθυμία, νωθεία, νωθρότης.

135. C. Οὔτε γὰρ Ξενοκράτης μᾶλλον διυγίαινε Φωκίωνος, ὅτι Δημητρίυ Θεόφραςος·] Quod recepimus διυγίαινε, in Lexicis deſideratur: tamen et ipſa loci ſententia poſtulat, et eſt apud Jamblichum Vit. Pythag. §. 102: ῥᾴδιον εἶναι διυγιαίνειν τὴν ὑπάρχυσαν φιλίαν: idem §. 232. Demetrium Phalereum fuiſſe diſcipulum Theophraſti, notum eſt: at Phocionem Xenocratis, minus vulgo quidem celebratur: prodit tamen diſerte Plutarchus in Phocione p. 743. D eum primo Platonem, deinde Xenocratem audiviſſe: et Adv. Colotem p. 1126. eum et Chabriam ex Academia prodiiſſe: et Diogenis Cynici auditorem eum prodit Dio-

genes Laertius VI. 76. a quo reprehendendi et adverſandi morem tenuiſſe videtur, ſi quidem hic mos præcipua fuit pars Cynicæ rationis.

135. C. *'Επίκουρον—σαρκὸς εὐςάθειαν*] Effatum Epicureæ ſcholæ. Plutarchus Adv. Epicur. p. 1089. D: *τὸ γὰρ εὐςαθὲς τῆς σαρκὸς κατάςημα ϗ τὸ περὶ ταύτης πιςὸν ἔλπισμα τὴν ἀκροτάτην χαρὰν καὶ βεβαιοτάτην ἔχει τοῖς ἐπιλογίζεσθαι δυναμένοις*: ibidem 1090. A: ſimilem et fere eamdem ſententiam aliis verbis expreſſam, memorat ut Metrodori ibidem p. 1087. D. et Adv. Colotem p. 1125. B: —*Μητρόδωρος λέγων, τὰ καλὰ πάντα ϗ σοφὰ ϗ περιττὰ ψυχῆς ἐξευρήματα τῆς κατὰ σάρκα ἡδονῆς ἕνεκα ϗ τῆς ἐλπίδος τῆς ὑπὲρ ταύτης συνεςάναι, ϗ πᾶν εἶναι κενὸν ἔργον τὸ μὴ εἰς τοῦτο κατατεῖνον*: quod ipſum videtur ab Athenæo citari XI. p. 546. F. —*'Επίκουρος δέ φησιν, ἀρχὴ ϗ ῥίζα παντὸς ἀγαθοῦ ἡ τῆς γαςρὸς ἡδονή· καὶ τὰ σοφὰ τὰ* (lege *καὶ*) *περισσὰ ἐπὶ ταύτην ἔχει τὴν ἀναφοράν*. Ergo idem dixit diſcipulus, quod magiſter, nec hoc vel aliis philoſophis, minus etiam in Epicureis mirandum. Sed diſertius Cicero hoc ipſum effatum ter Metrodoro aſſignat: Offic. III. 33: *Vita omnis beata corporis firma conſtitutione, ejuſque conſtitutionis ſpe explorata, ut a Metrodoro ſcriptum eſt, continetur*. Fin. II. 28. Tuſc. II. 6. ubi copioſe aliorum adfert teſtimonia Daviſius. Cleomedes Cyclicæ Theoriæ II. p. 466: *σαρκὸς εὐςαθὲς κατάςημα ἀγαπώντων καὶ τὸ περὶ ταύτην πιςὸν ἔλπισμα*: ibidem p. 474: —*σαρκὸς εὐςαθῆ καταςήματα λέγοντι, καὶ τὰ περὶ ταύτης πιςὰ ἐλπίσματα*. Cæterum, et ipſum Epicurum et ejus familiares vitam adverſa valetudine vexatam degiſſe, conſtat: et Plutarchus id ſpectat, quod ipſe alibi dixit Adv. Epicurum p. 1089. E: —*προσέπιπτεν ἀνδράσι νῦν ἔχουσι ςραγγουρικὰ πάθη ϗ δυσεντερικὰ. ϗ φθίσεις ϗ ὕδρωπες, ὧν τοῖς μὲν αὐτὸς 'Επίκουρος συνηνέχθη, τοῖς δὲ Πολύαινος, τὰ δὲ Νεοκλέα καὶ 'Αγαθόβουλον ἐξήγαγε*. De ipſius Epicuri morbis ac doloribus ipſe apud Diogenem Laertium X. 22: Ciceronem Fin. II. 30. Epiſt. ad Diverſ. VII. 26.

135. C. *ἔφη*] Scilicet Plutarchus: ex cujus ſchola hæc referre fingitur Zeuxippus. Videatur nota noſtra ad Exordium libelli p. 122. A.

135. D. Πλάτων παρῄνει τοῖς νέοις] Non exſtat in ejus ſcriptis: convenit tamen cum præcepto, in Leg. I. p. 572. E: φημὶ τὸν ὁτιοῦν ἀγαθὸν μέλλοντα ἄνδρα ἔσεσθαι, τοῦτο αὐτὸ ἐκ παίδων εὐθὺς μελετᾷν δεῖν παίζοντά τε καὶ σπουδάζοντα ἐν τοῖς τοῦ πράγματος ἑκάστοις προσήκουσι·—καὶ πειρᾶσθαι διὰ τῶν παιδιῶν ἐκεῖσε τρέπειν τὰς ἡδονὰς καὶ ἐπιθυμίας τῶν παίδων, οἷ ἀφικομένους αὐτοὺς δεῖ τέλος ἔχειν.

135. D. τὸ σῶμα παρατείνοντας] Meziriacus annotavit παρατείροντας, quod nec uſu, nec in Lexicis fertur. Vulgatum elegans et uſitatum notione *fatigandi, diſtendendi*, ſed fere Paſſivo verbo v. c. a Plutarcho Conſol. Apollon. p. 117. F. Apophthegm. 195. D. Solone 82. A: plura attulit Ruhnkenius ad Tim. Gloſſ. Platon. Παρατενεῖς· ἀπολεῖς, ἐπὶ πλέον παρελκύσεις· quod tamen Activi forma nec in Platone obſervatum eſt, et alibi quoque raro uſurpatur: v. c. apud Xenophontem Cyropæd. I. 3. 11. παρατείναιμι τοῦτον, ὥσπερ οὗτος ἐμὲ παρατείνει ἀπὸ σοῦ κωλύων. Philo Jud. T. II. p. 117. F: παρατείνει λιμῷ τοὺς γαστέρας. Attigit et Paſſivi exempla Valckenarius ad Euripidis Phœniſſ. p. 567.

135. D. ἀποκναίοντες] Expoſuimus ad p. 48. D.

135. D. ἐπηρεάζοντες] *Vexantes, infeſtantes, per invidiam et contumeliam*: non infrequens, ſed tamen ſolitarium, nec ſimplici ἠρεάζειν, nec origine, aut aliis compoſitis, cognitum: J. D. Lennepius veriſimiliter repetit ab ἐρέω, unde exſtitit ἐραίδω, Etymologico L. Gr. p. 281: indidem ἔρμα p. 290. Verbi vim accurate notavit Ariſtoteles Rhetoric. II. 2: τρία δ' ἐστὶν εἴδη ὀλιγωρίας, καταφρόνησίς τε καὶ ἐπηρεασμὸς καὶ ὕβρις·—καὶ ὁ ἐπηρεάζων φαίνεται καταφρονεῖν· ἔστι γὰρ ὁ ἐπηρεασμὸς, ἐμποδισμὸς ταῖς βουλήσεσιν, οὐχ ἵνα τι αὐτῷ, ἀλλ' ἵνα μὴ ἐκείνῳ. Hæc notio cernitur in locis Plutarchi: Sympoſ. I. p. 621. E. Reip. Ger. Præcept. 816. C: accommodate ad præſentem ſententiam: ἧττον κολούων ἄν τις ἀξίωμα συνάρχοντος, ἢ πράξεσιν ἐχούσαις φιλοτιμίαν ἐπηρεάζων, ἢ πάντα συλλήβδην ἀνατιθεὶς ἅμα καὶ περιάγων ὑπ' αὐθαδείας εἰς ἑαυτὸν, ἐκείνου δ' ἀφαιρούμενος, ἐπιεικὴς ἂν φανείη καὶ μέτριος. De Audiendi Ratione p. 43. C: ὁ τῇ κλειδὶ τὰ ξύλα σχίζειν, τῇ δὲ ἀξίνῃ τὴν θύραν ἀνοίγειν πειρώμενος, οὐκ ἐκεῖνα δόξειεν ἂν ἐπηρεάζειν, ἀλλ'

αὐτὸν ἀποστερεῖν τῆς ἑκατέρου χρείας καὶ δυνάμεως. Coriolano p. 234. D: —οὐκ ἐπὶ κέρδεσιν, ἀλλὰ δι' ὕβριν καὶ περιφρόνησιν τοῖς πένησιν ἐπηρεάζων. T. Flaminio p. 379. B: ἐπηρεάζων τοῖς ἀριστοκρατικοῖς, ἔπεισε τὸν δῆμον ταῦτα ψηφίσασθαι. Lucullo p. 520. B: κατέβαινε δ' εἰς—τὴν σύγκλητον, εἰ Πομπηΐου τινὰ δέοι σπουδὴν ἢ φιλοτιμίαν ἐπηρεάσαι—. Ageſilao p. 599. E: τῶν ἐντυγχανόντων καὶ δεομένων οὓς αἴσθοιτο Λυσάνδρῳ μάλιστα πεποιθότας, ἀπράκτους ἀπέπεμπε· καὶ περὶ τὰς κρίσεις ὁμοίως οἷς ἐκεῖνος ἐπηρεάζοι, τούτους ἔδει πλέον ἔχοντας ἀπελθεῖν. Rarius dictum ἐπηρεάζειν ἑαυτῷ, in Fabio Max. p. 185. B: ἤλπιζε μηδενὸς μαχομένου μηδ' ἐρεθίζοντος τὸν Ἀννίβαν, αὐτὸν ἐπηρεάσειν ἑαυτῷ καὶ κατατριβήσεσθαι περὶ τὸν πόλεμον. Aliorum locos numero notaſſe ſatis eſt: v. c. Ariſtidis T. I. p. 523. 563. 566. T. II. p. 308. 329. Poſt Stephanum Theſ. L. Gr. Indic. p. 915. 916. copioſe de hoc Verbo egit Waſſius ad Thucydidem I. 26: multa dedit Wetſtenius ad Matthæi V. 44. De Nomine ἐπήρεια infra dicemus.

135. E. Δημόκριτον—καὶ Θεόφραστος—] Utriuſque ſententiam integrius uberiuſque appoſuit Plutarchus De Anima, Fragm. I. 2: quæ ibi legantur. Theophraſti dictum adhibuit etiam Porphyrius De Abſtinentia IV. 20. p. 373: —πολὺ τὸ ἐνοίκιον, ὥς φησί που Θεόφραστος, τῷ σώματι διδούσης τῆς ψυχῆς—: attigit etiam Franc. Patricius Diſcuſſion. Peripatet. X. p. 101. et Jer. Marklandus ad Euripid. Suppl. 535. comparans cum dictione ἐνοικῆσαι βίον. Quid ſit κάκωσις et ejus δίκη, notavimus ad p. 121. E: quibus adhibeatur Harpocration in voce Κακώσεως, et H. Valeſius p. 42. Quod Theophraſtus hoc edixit ἐν μεταφορᾷ, non eſt hæc rhetorica figura *metaphora*, qua vocabulum propter ſimilitudinem ad aliam rem ſignificandam transfertur, ſed *tranſlatio* criminis in alium, reciprocatio, qua accuſatio in accuſatorem retorquetur: cujuſmodi notio eſt *tranſlationis* apud Quinctilianum III. 6. Apud Græcos minus obſervata ſignificatio: eſt quidem *mutatio motus* apud Plutarchum De Facie Lunæ p. 923. C: magis obſervata in Verbo μεταφέρειν: De Audiendi Ratione p. 40. C: δεῖ μεταφέρειν τὴν εὐθύνην ἐφ' ἑαυτοὺς ἀπὸ τοῦ λέγοντος—. Phocione, initio 741. F: de Demadis dicto —ἔλεγε συγγνώμης ἄξιος

εἶναι πολιτευόμενος τὰ ναυάγια τῆς πόλεως· τοῦτο δ' εἰ καὶ τῷ ῥήματι θρασύτερον εἴρηται, δόξειεν ἂν ἀληθὲς εἶναι μετενεχθὲν ἐπὶ τὴν Φωκίωνος πολιτείαν.

135. E. Ἰάσων—] Pheræorum tyrannus, de quo diximus p. 89. C. Eamdem hujus ſententiam refert Plutarchus Præcept. Reip. Ger. p. 817. F: Ἰάσονος τοῦ Θεσσαλῶν μονάρχου γνώμην ἀπομνημονεύουσιν ἐφ' οἷς ἐβιάζετο καὶ παρηνώχλει τινὰς ἀεὶ λεγομένην, ὡς ἀναγκαῖον ἀδικεῖν τὰ μικρὰ τοὺς βουλομένους τὰ μεγάλα δικαιοπραγεῖν—. Et Ariſtoteles prodit Rhetoric. I. 12: ὥσπερ ἔφη Ἰάσων ὁ Θετταλὸς, δεῖν ἀδικεῖν ἔνια, ὅπως δύνηται καὶ δίκαια πολλὰ ποιεῖν.

p. 136. A. νεωλκίᾳ] *Subductio navigii*, frequentius etiam ſtatio in portu, cum otio et ſecuritate vitæ comparatur. Ariſtonymus apud Stobæum Tit. XCV. p. 521: —πλῷ ἔοικε τῷ παρὰ γῆν ὁ τῶν πενήτων βίος· ὁ δὲ τῶν πλουσίων τῷ διὰ πελάγους· τοῖς μὲν γὰρ ῥάδιόν ἐςι κ͵ πεῖσμα βαλεῖν, καὶ προσχεῖν, καὶ νεωλκῆσαι· τοῖς δ' οὔ. Anacharſidis prodit dictum Diogenes Laertius I. 104: ἐρωτηθεὶς τίνα τῶν πλοίων εἰσὶν ἀσφαλέςερα, ἔφη τὰ νενεωλκημένα. Athenæus ut a Stratonico pronunciatum refert, idque majore cum acuminis ſignificatione VIII. p. 350. B: ἐρωτηθεὶς δὲ ὑπό τινος τίνα τῶν πλοίων ἀσφαλέςατά ἐςι, τὰ μακρὰ ἢ τὰ ςρογγύλα; Τὰ νενεωλκημένα εἶπεν.

136. A. Ἄδηλος ἵππῳ—] Simonidis notavimus p. 84. D.

136. A. ῥαςώνης τὸ μέσον ἡδυπαθείας κ͵ κακοπαθείας—] Refertur ad præceptum p. 132. C.

136. A. θλιβόμενον] Abhorret a conjunctione cum τηκόμενον, *liquefactum*, quod plane deſiderat λειβόμενον, *diffluens*, *deſtillans*. Similiter Plutarchus Sympoſ. V. p. 681. B: —ὥςε ῥεῖν κ͵ λείβεσθαι τὸν ἐρωτικὸν ὅταν ἐμβλέπῃ τοῖς καλοῖς οἷον ἐκχεόμενον εἰς αὐτούς·—εἴτε ἄρα φῶς, εἴτε ῥεῦμα τοὺς ἐρῶντας ἐκτήκει καὶ ἀπόλλυσι μεθ' ἡδονῆς. Plato Rep. III. p. 442. C: —ὥσπερ σίδηρον ἐμάλαξε—τὸ μετὰ τοῦτο ἤδη τήκει κ͵ λείβει, ἕως ἂν ἐκτήξῃ τὸν θυμόν—. Haud ſcio, an ad iſtam amoris vim Plautus retulerit illud in Trinummo II. 1. 17: *Quam extemplo ſaviis ſagittatis percuſſus eſt, ilico res foras Labitur, liquitur*—. i. e. λείβεται: et an in Latino *delibutus* eadem diffluendi notio inſit, veluti Plinii H. N. IV. 12: *Senium*

ta delibutum, et ſimilibus dictis. De *tabe* Ælianus Fragm. ὅπομπος.

136. B. Ἡράκλειτος—] Diogenes Laertius IX. 3: —περιπεσὼν εἰς ὕδερον, κατῆλθεν εἰς ἄστυ, καὶ τῶν ἰατρῶν αἰνιγματωδῶς ἐπυνθάνετο, εἰ δύναιντο ἐξ ἐπομβρίας αὐχμὸν ποιῆσαι. Philoſtratus Vita Apollonii I. p. 11: ταυτὶ μὲν σαφέστερα, οἶμαι, τῆς Ἡρακλείτου σοφίας ἐχρησμῴδει· ὁ μὲν γὰρ δεῖσθαι, ἔφη, τοῦ ποιήσοντος ἐξ ἐπομβρίας αὐχμὸν, εἰσελθόντος αὐτὸν τουτὶ τοῦ πάθους, καὶ ξυνετά που λέγων οὐδὲ δῆλα. Frequentem conjunctionem vocabulorum αὐχμὸς et ἐπομβρία notavit Daviſius ad Maximum Tyr. p. 571.

136. C. ναῦται] Horum tale ingenium, ut hodieque videmus, ita in Veterum ſcriptis legimus. Tale eſt apud Plutarchum De Seni Rep. Tractand. p. 785. D: de iis qui ſimiles ſunt ἀφροδίσια ναύταις ἄγουσι πάντα τὸν λοιπὸν ἤδη χρόνον, οὐκ ἐν λιμένι τὴν ναῦν ἔχουσιν, ἀλλ' ἔτι πλέουσαν ἀπολείπουσιν. Dion Chryſ. Or. XXXII. p. 360. B: καὶ τῶν πλεόντων ἰδεῖν ἐστι, χειμῶνος μὲν ἐπιπεσόντος ἢ σφοδροῦ τοῦ πνεύματος, οὐδὲ τοὺς ἀσελγεστάτους αἰσχρόν τι ποιοῦντας, ἀλλὰ πρὸς μόνῳ τῷ πλεῖν ὄντας· ἐν δὲ τῇ γαλήνῃ καὶ τῶν ναυτῶν καὶ τῶν ἐπιβατῶν ἐπιπλάζουσαν τὴν ὕβριν, κἂν μὴ ὦσιν ἀκόλαστοι. Libanius Progymnaſm. p. 125. A: πλωτῆρες δὲ τὰ πολλὰ ἀργοὶ κεῖνται, τοῦτο μὲν χειμῶνος (καὶ πάλιν forte delendum, ut ex proxime ſequentibus ortum) ἐν καπηλείῳ καὶ καπνῷ, τοῦτο δὲ θέρους, ὅταν ἂν εὐτυχῶσιν· εἰ γὰρ ἐξ οὐρίων φέρονται, κάθηνται ἐπὶ τῶν καταστρωμάτων, πίνοντες συνεχῶς καὶ ἐσθίοντες ἔξω τοῦ μετρίου· καὶ ταῦτα εἰωθε τοῖς σώμασι νοσήματα ἐντίκτειν.

136. C. Ἐπαμινώνδαν] Alibi hoc proditum me legere non memini.

136. D. Τιβέριόν ποτε Καίσαρα] Particulam ποτε omittunt L. et Voſſ. non particulam τοίνυν: ut jam in meis Excerptis diſerte video: quam tamen reſpuit ipſa loci ſententia, nullum cum antecedentibus nexum præ ſe ferens; niſi ſi ſtatuamus, quædam excidiſſe monita de neceſſitate cognoſcendi ſui cuique corporis et conſtitutionis, quæ monita præmiſſa hanc poſt ſe particulam τοίνυν requirerent. Eamdem de Tiberio rem credibile eſt a Plutarcho ejus Vita nunc perdita proditam fuiſſe. Tacitus An-

nal. VI. 46: *Sed graveſcente valetudine, nihil e libidinibus omittebat, in patientia firmitudinem ſimulans: ſolituſque eludere medicorum artes, atque eos qui poſt triceſimum annum ad internoſcenda corpori ſuo utilia vel noxia alieni conſilii indigerent.* In numero annorum cum Tacito facit Suetonius Vit. Tiberii: 68: *Valetudine proſperrima uſus eſt: tempore quidem principatus pæne toto prope illæſa: quamvis a trigeſimo ætatis anno arbitratu eam ſuo rexerit, ſine adjumento conſiliove medicorum.* Ad quem locum veriſſime monet Caſaubonus perperam facere Lipſium in hoc Plutarchi loco ὑπὲρ τριάκοντα corrigere tentantem; ſiquidem Plutarchus in eodem dicto referendo eumdem numerum ponit, De Seni Gerenda Rep. p. 794. B: οὐ γὰρ, ὡς Τιβέριος ὁ Καῖσαρ ἔλεγε, τὸ τὴν χεῖρα τῷ ἰατρῷ προτείνειν ὑπὲρ ἑξήκοντα ἔτη γεγονότα αἰσχρόν ἐστιν—. Neque enim ita quiſque locus immutandus eſt, ut alii eamdem rem aliter tradiderunt. Cæterum, Socratis ſimile exſtat præceptum apud Xenophontem Mem. Socr. IV. 7. 9. Προέτρεπε δὲ σφόδρα καὶ ὑγιείας ἐπιμελεῖσθαι τοὺς συνόντας, παρά τε τῶν εἰδότων μανθάνοντας ὅσα ἐνδέχοιτο, καὶ ἑαυτῷ ἕκαστον προσέχοντα διὰ παντὸς τοῦ βίου, τί βρῶμα, ἢ τί πῶμα, ἢ ποῖος πόνος συμφέρει αὐτῷ, καὶ πῶς τούτοις χρώμενος ὑγιεινότατ' ἂν διάγοι· τὸν γὰρ οὕτω προσέχοντα ἑαυτῷ ἔργον, ἔφη, εἶναι εὑρεῖν ἰατρὸν τὰ πρὸς ὑγίειαν συμφέροντα αὐτῷ μᾶλλον διαγιγνώσκοντα ἑαυτοῦ· ubi Erneſtus Taciti locum appoſuit.

136. F. τῶν εὐστομάχων ἢ τῶν εὐστόμων] Utrumque in hoc argumento uſitatum eſt vocabulum. Plutarchus Sympoſ. IV. p. 663. C: τὸ καθάριον—καὶ τὸ εὐστόμαχον, καὶ τὸ εὐῶδες, καὶ ὅλως τὸ ἥδιον ἐφέλκεται καὶ ποιεῖ βρωτικωτέρους ἡμᾶς καὶ ποτικωτέρους· ubi item corrigendum εὔστομον, *quod ori jucundum eſt.* Dioſcorides M. M. I. 139. ubi εὐστόμαχος et κακοστόμαχος opponuntur: ibid. 151. II. 1. 168. et ſæpe. Athenæus VIII. p. 355. D, E. 356. A. E. Εὔστομος Plutarchus Sympoſ. II. p. 635. B: εὔστομόν τι καὶ δηκτικὸν ἔχοντα τῶν ὡραίων τὰ πλεῖστα. Dioſcorides II. 111: alias hujus nominis notiones alibi notabimus.

p. 137. A. δυσκοίλιον ἢ εὐκοίλιον] Dioſcorides I. 139. II. 1. Athenæus VIII. p. 355. C, D. 356. B. E: uterque paſſim.

137. A. ζωμοῦ ἄρτυσις] *condilura juſculi*. Alibi Plutarcho
μὸς eſt μέλας ille Spartanorum: hoc loco lautius et de-
atius genus notatur; ſive λευκὸς, ſive μέλας: de utroque
: Caſauboni animadverſio ad Athenæum p. 259. et 656:
de variis generibus multa tradit Pollux VI. 54—63.

137. A. ἑαυτὲς—ἀρτύοντες] *Se ipſi condientes*, audax me-
phora, niſi continuo explicaretur, ac duceretur ex di-
ione non ignota καταρτύειν ἑαυτὸν, τὴν φύσιν, *apiare, con-
tuere ſe ipſum:* de qua diximus ad p. 38. D.

137. B. ἀμεταμέλητον] Plane cum diſputationis ſenten-
ı congruit. Sic Adv. Epicurum p. 1093. C: οὐ μόνον
γα καὶ πολὺ τὸ εὐφραῖνον, ἀλλὰ ϗ καθαρὸν ϗ ἀμεταμέλητόν ἐϛι.
ato Timæo p. 538. F: ὅταν τις ἀναπαύσεως ἕνεκα τοὺς περὶ
ν ὄντων ἀεὶ καταθέμενος λόγες, τοὺς γενέσεως πέρι εἰκότας,
μεταμέλητον ἡδονὴν κτᾶται, μέτριαν ἂν ἐν τῷ βίῳ παιδιὰν ϗ φρό-
ιν ποιοῖτο. Leg. IX: p. 657. D: —τὸ πεπραγμένον αὐτοῖς
ιεταμέλητον γίγνηται. Antiſthenes ap. Athenæum XII.
513. A: Ἀντισθένης δὲ τὴν ἡδονὴν ἀγαθὸν εἶναι φάσκων, προσ-
ηκε τὴν ἀμεταμέλητον. Socrati ſimile aſſignat Stobæus Tit.
I. p. 552: Σωκράτης ἐρωτηθεὶς τί εὐδαιμονία, Ἡδονὴ ἀμετα-
μέλητος ἔφη. Porphyrius Vita Pythagoræ §. 39. Διτὴν γὰρ
ιαι διαφορὰν ἡδονῶν· τὴν μὲν, γαϛρὶ καὶ ἀφροδισίοις διὰ πολυτε-
ίας κεχαρισμένην ἀπείκαζε ταῖς ἀνδροφόνοις τῶν Σειρήνων ᾠδαῖς·
ν δ' ἐπὶ καλοῖς καὶ δικαίοις, τοῖς περὶ τὸ ζῆν ἀναγκαίοις, ὁμοίως
παραχρῆμα ἡδεῖαν, καὶ εἰς τὸ ἐπιὸν ἀμεταμέλητον· ἣν ἔφασκεν
οικέναι Μεσῶν τινι ἁρμονίᾳ. Alia de hoc vocabulo protulit
ıtakerus Adverſar. Poſthum. XXX. p. 747—750. in his,
t Menandri apud Athenæum XII. Ἀγαθὸν ἀμεταμέλητος
ν ἡδονή· quod perperam ex illo Antiſthenis dicto ſuſce-
tum videtur. Supra ἀμετάβλητον p. 99. E. habuit, quo ſe
ıeretur.

137. B. προσκρούματα] *offenſiones, damna:* Eraſmus mi-
m quid ſecutus reddit, *qui mutatione volarum offendun-
r.* Voſſianus codex dat προσκρέσματα: utraque forma in
ıris fertur, ita quidem ut fere ſemper alteram habeat
o varia lectione: Πρόσκρουμα eſt Opp. Mor. p. 141. B.
t. 226. A. 257. C. 455. A. apud Ariſtidem T. I. p. 441.
5. Πρόσκρεσμα; Opp. Mor. p. 77. A. 459. B. 461. B.

825. A. D. 862. D. 1106. B. Vit. 163. E. 526. E. 7
C. apud Epictetum Diſſ. IV. 12. p. 670.

137. C. ἐξελέγχοντες τὰ σαθρὰ καὶ ὕπουλα τοῦ σώματ
Bene ad ſenſum reddit Xylander ἐξελέγχοντες, *in apert*
conjicientes morbum. Exquiſitior hæc eſt notio Verbi, *imb*
cillitatem vel pravitatem alicujus experiri ſuo ipſum incom
modo: aliquid ſuo ipſum damno cognoſcere, ex occulto in ape
tum proferre: animadvertit eam Petavius ad Syneſii E
LVII. p. 52: " *eſt autem,* inquit, ἐξελέγχεσθαι, *imbecillitat*
" *convinci, irritum deprehendi. Sic Plut. in Bruto,* οὐ δέομ
" πάλιν ἄλλας ἐλπίδας ἐξελέγχειν καὶ παρασκευάς·" quæ verb
exſtant p. 1002. F. Vulgo non ſatis obſervata ab inter
pretibus notio: valet ſæpe apud Plutarchum: v. c. D
Audiendi Ratione p. 42. E: μηδὲν αἰτεῖν ἄλλο μηδ᾽ ἐξελέ
χειν· *nil aliud requirere, nec ejus abſentiam arguere:* h
libro p. 131. C: εὐθὺς ἐξελεγχομένου πικρῶς παντὸς ἁμαρτ
ματος· *quum ſtatim omne peccatum acerbis pœnis arguet*
Ad Principem Indoct. p. 782. E: τοὺς μὲν ἐπιληπτικούς,
ἐν ψύχει τινὶ γένωνται καὶ περιενεχθῶσιν, ἴλιγγος ἔχει καὶ σάλος ἐ
ελέγχων τὸ πάθος αὐτῶν· *eorum affectionem in apertum mal*
vertiginis et agitationis excutiens. De Rep. Seni Geren
p. 793. C: τὸ γῆρας ἐξελεγχόμενον, *ſenectus ſuæ imbecillita*
convicta. De Vitand. Ære Alieno p. 827. E: τὰς αὐτ
ἀφορμὰς ἐξελέγξαντες, *quum ſuas ipſi copias defeciſſe expe*
eſſent. Catone Min. p. 788. E: ἄχρις οὗ τὴν ἐσχάτην τύχ
τῆς πατρίδος ἐξελέγξωσι· *donec ultimam patriæ fortunam e*
perti eſſent. Ariſtid T. I. 494: ἡ μὲν Λακεδαιμονίων
ρώτατα καὶ ὑφ᾽ ὑμῶν ἤδη σχεδὸν ἐξεληλεγμένη. p. 530: ὑφ᾽
τούτου μόνον ἐξηλέγχθησαν τοῦ διαστῆναι· *ſola hac re victi et i*
firmitatis ſuæ convicti ſunt, quod inter ſe diſſenſerunt. S
milem poteſtatem animadvertimus in πειρᾶσθαι et *experi*
p. 49. D. In Demoſthenis dicto Or. Philipp. p. 19. C
εὑρήσει τὰ σαθρὰ τῶν Φιλίππου πραγμάτων αὐτὸς ὁ πόλεμος, po
erat εὑρήσει reddi ἐξελέγξει· diximus quid de hac ſentent
in Biblioth. Crit. Vol. I. Part. III. p. 43: quibus add
tur Ariſtides T. II. p. 67: ὡς ἀληθῶς δῆλα, οὗ τὸ σαθρὸν
αὐτῶν. In ſimili uſu cum de corpore, tum de animo,
toto homine dicitur, *putridus, infirmus, diffluens.* Pluta

pp. Mor. p. 88. C: [illegible] τῇ ψυχῇ, [illegible] τα πα-
Dione 967. E: [illegible] τῷ λόγῳ τα παλαιὰ τῆς [illegible]
—. Alcibiade p. 193. C: Socratis, ἐλέγχοντος τὰ πα-
ῆς ψυχῆς αὐτοῦ. Jungitur cum ὕπουλος Opp. Mor. 61.
[illegible] παθῶν ἢ ὕπουλον. Alia exempla videantur,
A. 64. D. 458. E. 475. D. 476. D. 550. C. 600.
9. C. 721. E. 782. E. Vit. 1064. D. Plato Leg. V.
. D. Musonius apud Stob. p. 371. 31. Aristides
p. 101. De nomine ὕπουλος notavimus p. 44. A.
a potestas *ulceris, sub cicatrice latentis*, frequens illa
t quod hic exponatur.

. C. ἄνδρες φιλόλογοι καὶ πολιτικοὶ πρὸς οὓς ὑπέστηκεν ἡμῖν
;] Ad hos enim pertinet hic libellus, ut monuimus
ordium p. 122. A: ὑπέστηκεν ὁ λόγος, *institutus est dis-*
, poterat quoque ἐστὶ, γίνεται, *est, fit*: sed exquisitius
erat. Sic Polybius VIII. 2: ὑπὲρ ὧν ὁ νῦν δὴ λόγος
, *de quibus nunc dicimus*. Dicitur quidem de rebus
tibus ὑφεστῶτα, τὰ ὑφεστηκότα: at hujus loci ſententia
ab *instituendae orationis* notione: cujuſmodi uſurpat
des: v. c. T. II. ὑπεστήσατο ὑπόθεσιν· *argumentum ora-*
instituit: p. 183. λόγος—ὑπεστήσατο. 224. τὴν ὑπόθεσιν
[illegible].

. C. γηγενὴς ἐλυμπίων συνεξαμιλλᾶσθαι καὶ συνεξανύειν—]
i et Corporis cognomina fluxerunt a Platone Leg. V.
4. D: ψυχῆς γὰρ σῶμα ἐντιμότερον οὗτος ὁ λόγος φησὶν εἰ-
[illegible]· οὐδὲν γὰρ γηγενὲς ὀλυμπίων ἐντιμότερον. Verba
μιλλᾶσθαι et συνεξανύειν, *pariter contendere, pariter in*
ſe eniti, in hac forma rarius, in ſimplici aut Præpo-
is conjunctione magis frequentius occurrunt. Illud
phano in Theſ. L. Gr. omiſſum, ex hoc loco appoſuit
ottus in Appendice: hoc non item appoſuit, licet
phano in Indice poſitum ſine auctoritate, et in hoc
um priore Verbo oblatum: habet Dion Chryſ. Or.
p. 206. C: συνεξανύειν καὶ συνεκπονεῖν ſed corruptus et
olatus, ſiquidem omnis illa pars, quæ inter ἀκριβῶν
ῶν δὴ legitur, aliunde huc intruſa videtur.

7. C. ὁ βοῦς πρὸς τὴν ὁμόδουλον κάμηλον] Eadem fabula,
ratione, et inſcriptione ἵππος καὶ ὄνος, exſtat in Æſo-

picis CXXV. ubi et J. Hudſonus hanc Plutarcheam mentionem appoſuit.

137. D. *ὁ Πλάτων παρῄνεσε*—] Plutarchus hæc memoriter citat, nec ex uno Platonis præcepto: præcipuus locus eſt in Timæo, cujus in fine monita promuntur tuendæ ſanitatis in his etiam, quæ pertineant ad homines doctrinæ ſtudioſos, cujuſmodi eſt hoc, p. 551. A: *μία δὲ σωτηρία πρὸς ἄμφω, μήτε τὴν ψυχὴν ἄνευ σώματος κινεῖν, μήτε σῶμα ἄνευ ψυχῆς· ἵνα ἀμυνομένω* (forte, *ἁμιλλωμένω*) *γίγνωνται ἰσοῤῥόπω καὶ ὑγιᾶ*: hactenus ſatis preſſe ſecutus eſt hunc Platonis locum, at proximam ejus partem plane verbis et ſenſu immutat, ita ut tamen veſtigia citationis appareant: eſt autem hæc: *τὸν δὲ μαθηματικὸν ἤ τινα ἄλλην σφόδρα μελέτην διανοίᾳ κατεργαζόμενον καὶ τὴν τοῦ σώματος ἀποδοτέον κίνησιν, γυμναστικῇ προσομιλοῦντα· τόν τε αὖ σῶμα ἐπιμελῶς πλάττοντα, τὰς τῆς ψυχῆς ἀποδοτέον κινήσεις μουσικῇ καὶ πάσῃ φιλοσοφίᾳ προσχρώμενον· εἰ μέλλοι δικαίως τις ἅμα μὲν καλὸς, ἅμα δὲ ἀγαθὸς ὀρθῶς κεκλῆσθαι*: aliam particulam et *συνωρίδος* mentionem ſumſit ex nobiliſſima illa animi cum equorum biga comparatione, quæ eſt in Phædro p. 344. E. ſeq.

137. E. *ὑγίειαν ἀποδιδόντας*] Poterat hoc alterum *ἀποδιδόντας* vel omitti cum Reiſkio, vel in *ἀπολαβόντας* mutari: certe debetur erranti librario, fortaſſe id ex illo duplici Platonis *ἀποδοτέον* ſuſcipienti. Sed oppoſitio *ἀποδιδόντας* et *ἀπολαβόντας* plane congruit in præſentem ſententiam: eademque eſt in Plutarchi Fab. Max. p. 178. F. *ἀπέλαβε*— *πολλῶν ἀποδόντων*—.

137. E. *πρὸς κτῆσιν ἀρετῆς καὶ χρῆσιν*] Quod pro *γνῶσιν* recepimus, *κτῆσιν* majorem habet et a libris et a ſententia commendationem. Sæpe cum *χρήσει* conjungitur. Plato Menex. p. 404. E. Plutarchus De Fortitud. Alex. p. 337. C: *οὐκ ἐν τῇ κτήσει τῶν ἀγαθῶν, ἀλλ' ἐν τῇ χρήσει τὸ μέγα ἐστίν*. De Frat. Am. p. 483. E: *χρῆσιν δὲ καὶ κτῆσιν ἐν μέσῳ κεῖσθαι κοινὴν*—. Catone Maj. p. 355. B: *χαίρειν ἐάσαντες τὴν κτῆσιν, ὧν τὴν χρῆσιν ἀπεδοκίμαζον*. Lucullo p. 519. F: *ἥ τε χρῆσις ἦν φιλοτιμοτέρα τῆς κτήσεως*. Ageſilao p. 796. D: *συνηχολ*[illegible] *θησε τοῦ πλούτου τῇ μὲν κτήσει πλεονεξία καὶ μικρολογία, τῇ χρήσει καὶ ἀπολαύσει τρυφὴ καὶ μαλακία καὶ πολυτέλεια*—. Vi[illegible]

Homeri §. 137: οὐδὲ γὰρ τὴν κτῆσιν μόνην τῆς ἀρετῆς, ἀλλὰ ϗ τὴν χρῆσιν ϗ τὴν ἐνέργειαν εἶναι καλόν: ex Peripateticorum placitis: quibuſcum congruit Ariſtotelis ſententia Ethic. Nicomach. IV. 1. Notum eſt illud Curii ad Ciceronem Epiſt. ad Div. VII. 29: *Sum enim χρήσει μὲν tuus: κτήσει δὲ Attici noſtri: ergo fructus eſt tuus, mancipium illius.* De dictione πρὸς, vel εἰς, κτῆσιν ἀρετῆς, diximus ad p. 3. A.

137. E. ἀκώλυτον] Vocabulum Stoicis frequens: hinc Plutarchus Adv. Stoic. p. 1050. C. 1056. C, D, E: Epictetus fere ubique celebrat, cujus loca notavit J. Uptonus in Indice.

ANIELIS WYTTENBACHII

ANIMADVERSIONES

IN

PLUTARCHI

PRÆCEPTA CONJUGALIA.

VIS eſt materia libelli, ſuavior etiam forma. Mate-ntinetur præceptis conjugii prudenter concorditer-egendi: forma ejuſmodi eſt, non ut præcepta expli-: docta et ſubtili diſputatione, ſed ut ex hiſtoria, fa-omnique puerili inſtitutione proponantur exempla illa et manifeſta, in quibus admonitio præceptorum eluceat ac veluti in oculos incurrat: tanta quidem erſpicuitate, brevitate, ad intelligendum facilitate, ſuadendum efficacitate et evidentia, ad delectandum te, ut nil hoc libello ad ingenium et ætatem recens ;um, quibus ſcriptus eſt, accommodatius excogitari Pollianus et Eurydice, modo ex puerili ætate prod-, Plutarchi, ut videtur, inſtitutione uſi, certe Eury-ut intelligitur ex verbis in epilogo poſitis p. 145: iunde nobis, niſi ex hoc Plutarchi libello, cogniti In Græcia eos natos, inſtitutos, matrimonio jun-libelli ratio ſignificare videtur. Eurydicen filiam chi fuiſſe, ſuſpicatur J. Jonſius De Scriptorib. Hiſt. II. 6. 18. p. 29: nullo argumento, ut recte monet itor, et Menagius Diſſert. de Mulieribus Philoſophis

§. 15. p. 489. addita Diogeni Laertio T. II. nam ſi ad filiam ipſe ſuam ſcripſiſſet Plutarchus, credibile eſt eum certiora hujus neceſſitudinis indicia proditurum fuiſſe. Aliam etiam adfert rationem Fabricius Bibl. Gr. Vol. III. p. 330: quod Plutarchus in Conſolatione ad Uxorem, de obitu filiolæ Timoxenæ, cognominis ipſi matri, bimulæ mortuæ, prodat hanc ipſis poſt quatuor filios unicam natam fuiſſe filiam; igitur non eſſe veriſimile aliam deinde eum ſuſcepiſſe filiam, ſi quidem a prioris obitu ad alterius nuptias viginti minimum anni intercedere debuiſſent. Quæ ratio, ut per ſe parum valet, ita illi a nobis poſitæ addita, paululum momenti adfert. Neque vero de illa cogitandum eſſe Eurydice, cujus mentio eſt in libello De Educatione p. 14. E, cum res ipſa oſtendit, tum diverſitas auctorum, ætatum, perſonarum: illa, quæcumque fuit, certe fuit antiqua; hæc Plutarchi æqualis: illa jam adultorum mater filiorum literas didiciſſe dicitur, hæc virgo puellari in ætate literis imbuta eſt. Polliani ætas ſignificatur p. 145. *ut babentis* ὥραν ἤδη φιλοσοφεῖν, *jam ætatem philoſophandi*, ſumta virili veſte, expleto plerumque anno decimo ſexto: qua de ſtudiorum mutatione diximus ad p. 37. B, C. Rationem hujus libelli ipſe declarat Plutarchus p. 138. C: ὧν οὖν ἀκηκόατε πολλάκις ἐν φιλοσοφίᾳ παρατρεφόμενοι, κεφάλαια συντάξας ἔν τισιν ὁμοιότησι βραχείαις, ὡς εὐμνημόνευτα μᾶλλον εἴη, κοινὸν ἀμφοτέροις πέμπω δῶρον—: *eorum quæ vos in philoſophia obiter inſtituti ſæpe audiviſtis, capita brevibus in ſimilitudinibus complexus, quo facilius memoria teneantur, commune ambobus donum mitto:* quibus in verbis animadvertendum eſt παρατρεφόμενοι, *obiter inſtituti:* nam adhuc fuerant τρεφόμενοι de induſtria et propoſito inſtituti in puerili diſciplina, literis, poetis, quæ ad Grammaticum pertinent: de philoſophia non niſi *per occaſionem* et *obiter* audiverant, quam notionem declaravimus p. 37. F.

ΓΑΜΙΚΑ ΠΑΡΑΓΓΕΛΜΑΤΑ.] Memoratur in Lampriæ Catalogo Num. CXIII: Sopatri Eclogis apud Photium Cod. CLXI. p. 341. 13. Stob. Tit. LXXII. p. 441—443. LXXXIII. p. 483. Macarium Chryſocephalum, Roſeto p. 10. in Villoiſoni Anecdotis Gr. Et eumdem hunc librum

ignificat Hieronymus Adv. Jovinianum I. p. 38: T. II. Ed. Francof. *Scripſerunt Ariſtoteles, et Plutarchus, et noſter Seneca de Matrimonio libros: ex quibus et ſuperiora nonnulla ſunt, et iſta quæ ſubjicimus:* et narrat quædam itidem hic lecta. Fuit autem περὶ γάμου locus in philoſophia haud contemnendus. Et *Xenophon* eum tractavit in Œconomico. Et *Ariſtoteles* in libris de Œconomia; ſiquidem hos libros ſignificat Hieronymus loco dicto, et ipſum argumentum hanc partem poſtulabat; ut Leonardus Arretinus, illorum librorum Latinus interpres, adjiciendis capitibus *de officio mariti et uxoris*, haud temere auctoritatem vel codicis Græci, vel antiquæ traditionis ſecutus videatur. *Theophraſti*, ſcribit Hieronymus Adv. Jovinianum I. p. 36. H. *fertur aureolus liber de nuptiis, in quo quærit an vir ſapiens ducat uxorem*; indeque elegantiſſimæ diſputationis haud exiguam partem Latine verſam apponit: atque veriſimile eſt ex hoc libro petita eſſe dicta Theophraſti apud Stobæum p. 441. et 483. quod monuit item Fabricius Bibl. Gr. Vol. II. p. 246. In eodem argumento verſantur Stobæi complures Tituli LXV. uſque ad LXXIV: quorum LXX. hoc ipſo nomine, Γαμικὰ Παραγγέλματα, inſcriptus eſt, et multas habet Plutarchi ex hoc libello ſententias: nonnullas etiam habet Titulus LXXXIII. Οἰκονομικὸς, cujus argumentum re ipſa et genere cum Γαμικοῖς Παραγγέλμασι conjunctiſſimum eſt. His igitur Stobæi Titulis non ſolum breves et illuſtres exſtant ſententiæ, ſed etiam uberiores diſputationes vel diſputationum partes, plane egregiæ, veluti *Antipatri, Hieroclis, Nicoſtrati, Muſonii, Dionis, Phintyis* et *Perictionæ*, Pythagoricarum, *Jamblichi:* cujus eſt item in Vita Pythagoræ §. 48—59. luculentus ex Antiquis excerptus locus.

p. 138. B. —τὸν πάτριον θεσμὸν, ὃν ὑμῖν ἡ τῆς Δήμητρος ἱέρεια συνειργνυμένοις ἐφήρμοσεν] Hujus ritus non ſatis explorata eſt ratio. Convenit quidem θεσμὸς Cereri, ut θεσμοφόρῳ, *legiferæ:* ſed convenit quoque aliis et numinibus et rebus. Porro, nec Cererem nuptiarum præſidem, nec ejus antiſtitam illarum ſacris aut præfuiſſe aut adhibitam fuiſſe traditum novimus. Hæc eſt triplex hujus loci difficultas.

Igitur aliquando ſuſpicatus ſum, hunc πάτριον θεσμὸν, non ad publica ſacra pertinuiſſe, ſed ad privata et *gentilitia*, συγγενικά· veluti Romulus, teſte Dionyſio Halicarnaſſeo A. R. II. 30. *raptas virgines Sabinas* Romanis viris συνήρμοττε κατὰ τοὺς πατρίους ἑκάστης ἐθισμοὺς, *patrio uniuſcujuſque more*: ubi ἑκάστης ſignificat, diverſos eas habuiſſe *patrios*, id eſt, *gentilitios*, *mores*. Maximus Tyrius Diſſ. XXVI. 3. p. 313: οὗτος θεῶν γαμηλίων τε καὶ ὁμογνίων καὶ γενεθλίων θεσμός—. horum certe ὁμόγνιοι, *gentilitii*, ſunt pars privatæ ac domeſticæ religionis. Et ἐθισμὸς genere et origine conjunctus eſt θεσμῷ: ſunt enim θέω et ἔθω non niſi formæ ejuſdem Verbi: θεσμὸς antiquius quam νόμος vocabulum: hoc an Homeri ætate uſurpatum fuerit dubitatur; ut monet haud indoctus ſcriptor libri, qui falſo Plutarchi nomine fertur De Vita Homeri §. 175. p. 379. edit. Galei, et p. 239. edit. Erneſti: at θεσμὸς eſt Odyſſ. Ψ. 296. idque de *conjugio*, Ἀσπάσιοι λέκτροιο παλαιοῦ θεσμὸν ἵκοντο. Sic et poſtea dictum: v. c. Perictionæ ap. Stob. LXXXIII. p. 488. de uxoris officio: θεοὺς δὲ σέβειν δεῖ, ἐς εὐελπιστίην εὐδαιμονίης, νόμοισί τε καὶ θεσμοῖσι πειθομένην πατρίοισι. Ælianus antiquitatem ſubinde affectans, Var. Hiſt. XII. 47: de Ariſtomache uxore Dionis expulſi ab alio viro in matrimonium ducta: βιασθεῖσα τὸν θεσμὸν τῆς πρὸς αὐτὸν εὐνῆς οὐ διεφύλαξεν. Sed et aliis de legibus dicitur antiquiſſimis: v. c. Plutarcho, Romul. p. 23. D. ἱεροῖς τισι θεσμοῖς. Solone ex ipſius Lege p. 88. F. 89. A. 92. B. 504. C: Harpocration voce θεσμός: de Draconis, ut eſt apud Ælianum Var. Hiſt. VIII. 10. a Kuhnio et Perizonio explanatum. Certe poſtea quoque θεσμὸς, ut θέμις, et θεμιτὸν, magis ad divinum jus, *fas*, pertinuit: νόμος contra, ad humanum jus. Hoc ſenſu ponitur a Plutarcho Conſol. Apollon. p. 111. D. τοῖς τῆς εἱμαρμένης καὶ προνοίας θεσμοῖς, *fati ac providentiæ legibus*: et accommodate ad præſentem locum, De Occulte Viv. p. 1130. A: τὸν μὲν ἥλιον Ἀπόλλωνα κατὰ τοὺς πατρίους καὶ παλαιοὺς θεσμοὺς νομίζοντες, *ſecundum patria et vetera inſtituta*. Omnino νόμος magis ad *legem ſcriptam*, θεσμὸς magis ad *legem non ſcriptam*, *morem inſtitutaque majorum*, referebatur. Sed plura aliorum loca referre, aut reliquas hu-

jus vocabuli notiones explicare, nunc non attinet. Eſt vero diſcrimen inter πάτριον et πατρικὸν, illud eſt *patrium*, ad patriam et civitatem pertinens: hoc *paternum*, ad patrem, avos, proavos, majores ejuſdem gentis ſpectans, cujus forma quædam πατρῷον, leviore etiam intervallo diſtans a πατρικῷ. Igitur ſi τὸν πάτριον θεσμὸν intelligimus *gentilitia ſacra*, linguæ uſus deſideret πατρικόν. At neque diſcrimen hoc ita conſtanter obſervari a Scriptoribus, docent Grævius et Jenſius ad Luciani Soloeciſtam T. III. p. 561: neque præſentem locum tueri non poſſumus, ſi eum de publicis civitatis ſacris accipiamus. Et πάτρια quidem eſſe τὰ τῆς πόλεως ἔθη, quod tradit Ammonius Dc Differentia Vocab. p. 111, univerſe verum eſt, eaque fere una notione hoc nomen uſurpavit Plutarchus, adeo quidem ſæpe, ut longum ſit omnes ejus referre locos. Attamen res habet aliquam exceptionem. Nam Dionyſius Hal. l. I. A. R. II. 30. πατρίους ἐθισμοὺς, *mores nuptiarum gentilitios* nominavit: et Plutarchus in Æmil. Paulo p. 275. C. αὕτη γὰρ Ἀππίοις ἡ πολιτεία πάτριος· *hic enim erat mos Appiorum in rep. gerenda*, ut optimatium partem tuerentur: hoc erat *gentile inſtitutum*: ergo dicendum fuerat πατρικὴ πολιτεία, ſecundum quidem illam Grammaticorum normam: lectio tamen ſana nec ſollicitanda eſt; quamquam aliquando librarii errarunt: veluti in Pericle p. 168. E: τοὺς δὲ στρατηγοὺς, ὅταν ὀμνύωσι τὸν πατρικὸν ὅρκον, ἐπομνύειν ὅτι δὶς ἀνὰ πᾶν ἔτος εἰς τὴν Μεγαρικὴν ἐμβαλοῦσι· ubi codex Moſcuenſis rectius dat πάτριον. Plato Leg. III. p. 586. D: οὐδὲ γὰρ γράμματά ἐστί πω τοῖς ἐν τούτῳ τῷ μέρει τῆς περιόδου γεγονόσιν, ἀλλ' ἔθεσι καὶ τοῖς λεγομένοις πατρικοῖς νόμοις ζῶσιν. Cratinus apud Athen. XV. p. 667. F: ἐν πατρικοῖσιν νόμοις, non apparet, utrum de *paternis*, an de *patriis*, dicat. Sed Plato alibi eoſdem πατρίους νόμους vocat: Leg. VII. p. 629. D: τὰ καλούμενα ὑπὸ τῶν πολλῶν ἄγραφα νόμιμα· καὶ οὓς πατρίους νόμους ἐπονομάζουσιν·—δεσμοὶ γὰρ οὗτοι πάσης εἰσὶ πολιτείας· quo ne quis inductus mutandi cupidus, loco præſenti πάτριον δεσμὸν corrigere tentet, res ipſa ſatis monet. XII. p. 693. B. νόμος ὁ πάτριος eſt tradita antiquitus opinio de animorum immortalitate: ſimiliter Epinomide p. 702. E: ut πάτριος

λόγος Plutarcho in Pelopida p. 286. C: *οὐ γὰρ ἐν τοῖς ἐκ μεταβολῆς ἀθανάτοις γενομένοις γεννητοῖς ὁ πάτριος λόγος τὸν θεὸν τοῦτον* (*Ἀπόλλωνα*) *ἀπολείπει δαίμοσιν·* quod l. c. De Occulte Viv. p. 1130. A. *πατρίους* καὶ *παλαιοὺς θεσμοὺς* dixerat. Difficile ſane eſt ritum hunc antiſtitæ Cereris nuptialem cum *publicis* Græcorum vel Romanorum ſacris conciliare. Ceres non fertur in *Nuptialibus Diis*: Plutarchus Quæſt. Rom. p. 264. A. quinque numerat non magis ex Romanis quam Græcis inſtitutis; *πέντε δεῖσθαι θεῶν τοὺς γαμοῦντας οἴονται, Διὸς τελείου, Ἥρας τελείας, καὶ Ἀφροδίτης, καὶ Πειθοῦς· ἐπὶ πᾶσι δὲ Ἀρτέμιδος*—. Muſonius ap. Stob. Tit. LXIV. p. 413. *Junonem, Venerem, Amorem.* Eudoxus dubitabat teſte Plutarcho De Iſid. et Oſir. p. 377. A. *πῶς οὔτε Δήμητρι τῆς τῶν ἐρωτικῶν ἐπιμελείας μέτεστιν, ἀλλὰ τῇ Ἴσιδι·* pertinuit hæc dubitatio adverſus eos, qui Cereris et Iſidis eadem numina eſſe putabant, quæ fuit multorum opinio, ut conſtat ex Herodoto II. 156. Apollodoro II. 1. 3. Diodoro Sic. I. 14. V. 68. Clemente Alexandr. Strom. I. p. 322. D. aliiſque citatis Jablonſkio Panth. Æg. III. 1. 17. Itaque et hoc nomine Cereri adjungi poterat tutela rei amatoriæ et nuptialis: et, ut ſolet, aliis etiam nominibus numina invicem transformantur. *Ceres* eadem habetur, quæ *Juno*, ut ait Auguſtinus De Civit. Dei VII. 16. Eadem eſt Iſis, Rhea, dyas: *γάμος*, et trias: ſecundum Nicomachum in Arithmeticis apud Photium Cod. CLXXXVI. Virgilius Æn. IV. 58. de Didone nuptias quærente —*mactant lectas de more bidentes Legiferæ Cereri, Phœboque, patrique Lyæo, Junoni ante omnes, cui vincla jugalia curæ*: ubi eſt docta diſputatio Servii de cauſſa, quare Deos nuptiis contrarios invocaverit, in his Cererem: in primis opportuna hæc annotatio: *alii dicunt, favere nuptiis Cererem, quod prima nupſerit Jovi et condendis urbibus præſit, ut Calvus docet, "Et leges ſanctas docuit, et cara jugavit Corpora con-" "nubiis, et magnas condidit urbes."* Quæ probabilior eſt explicatio, quam reliquæ ibidem traditæ: quarum unam ſub Servii perſona refert Macrobius Saturnal. III. 12. fin. Cognomina Cereris *θεσμοφόρος*, *legifera*, nemini ignotum: *θεσμία*, ſingulare, novimus ex Pauſania VIII. 15. cui idem

reſtituendum; Τρισαύλης καὶ Δαμιθάλης ἐποιήσατο μὲν Δήμητρος ναὸν, θέσθαι δὲ ὑπὸ τῷ ὄρει τῇ Κυλλήνῃ: quibus in verbis, ΘΕΣΘΑΙ ΔΕ, ex vera ſcriptura ΘΕΣΜΙΑΣ, depravatum eſſe, et ſententia et literarum veſtigia clamant. In Plauti Aulul. II. 6. 5. *Cereri nuptias facere*, dicuntur per jocum, qui vinum ad nuptias non adferunt; ſiquidem ei non libabatur vinum, quod notat Macrobius Sat. III. 11: ſed hoc quomodocumque accipiatur ſecundum vel Lambini vel Taubmanni diſſentientes rationes; equidem haud ſcio, an ſubſit illi Comici dicto proverbium, quo ſignificaretur, *aliquid Cereri cum nuptiis interceſſiſſe conjunctionis*. Ex eodemque genere ſuſpicor cenſendum eſſe locum Juvenalis VI. 50. Cereris, Junonis, et nuptiarum mentionem conjungentis: *Tarpeium numen adora Pronus, et auratam Junoni cæde juvencam. Paucæ adeo Cereris vittas contingere dignæ, Quarum non timeat pater oſcula. Necte coronam Poſtibus, et denſos per limina tende corymbos.* Cereris apud Romanos *ſacerdos Græca*, ſubinde memoratur a Livio, et Dionyſio Hal. A. R. I. 33: *Græcum Sacrum*, a Cicerone Leg. II. 9. Verrin. IV. 51. Balb. 24. Ejuſdem in Græcia et Athenis antiſtitæ celebrantur, de quibus eleganter diſſeruit amiciſſimus noſter Sanctocrucius in opere pereruditо de Myſteriis, *ſur les Myſteres du Paganiſme* Sect. IV. Artic. II. p. 147.

138. B. συνειργνυμένοις] *in conjugalem thalamum incluſis*, ut vertit Xylander, aliquanto magis reſpondet alteri lectioni, perfectum tempus exhibenti, συνειργμένοις, ut dant B. Pol. Jannot. Verbum in hac re adhibuit Plutarchus Gryllo p. 989. A: ὁ Μενδήσιος ἐν Αἰγύπτῳ τράγος λέγεται πολλαῖς καὶ καλαῖς συνειργνύμενος γυναιξὶν οὐκ εἶναι μίγνυσθαι πρόθυμος. Romulo p. 20. A: τῷ θεῷ—τὴν Λαρεντίαν—συνεῖρξεν. Alexandro p. 665. C. συνείρχθησαν εἰς τὸν θάλαμον. Solone p. 89. C. τὴν νύμφην τῷ νυμφίῳ συγκαθείργνυσθαι. Reſtituendum videtur Hierocli De Nuptiis apud Stobæum Tit. LXV. p. 416. 3: ζεῦγος ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς συγκαθειμαρμένων ἀλλήλοις καὶ καθιερωμένων θεοῖς γαμηλίοις, γενεθλίοις, ἐφεςίοις· vulgatum notat *fato ſibi invicem deſtinatos*, minus convenit loci ſententiæ, quam συγκαθειργμένων.

138. B. *συνυμεναιοῦντα*] Singulare a Scotto relatum in Appendice.

138. B. *ἱππόθορον*] Plutarchus Sympoſ. VII. 5. p. 704. F: *ἵπποις δὲ μιγνυμέναις ἐπαυλεῖται νόμος, ὃν ἱππόθορον ὀνομάζουσιν.* Clemens Alexandrin. Pædagog. II. p. 164. A: *ταῖς δὲ ἵπποις μιγνυμέναις οἷον ὑμέναιος ἐπαυλεῖται νόμος αὐλῳδίας· ἱππόθορον τοῦτον κεκλήκασιν οἱ Μουσικοί.* Eodem pertinet Ælianus Nat. Animal. XII. 44: *Λέγει δὲ Εὐριπίδης καὶ ποιμνίτας τινὰς ὑμεναίους· ἔστι δὲ ἄρα τοῦτο αὔλημα, ὅπερ οὖν τὰς μὲν ἵππους τὰς θηλείας εἰς ἔρωτα ἐμβάλλει καὶ οἶστρον ἀφροδίσιον, τοὺς δὲ ἄῤῥενας μίγνυσθαι αὐταῖς ἐκμαίνει. Τελοῦνται μὲν ἱππικοὶ γάμοι τὸν τρόπον τοῦτον, καὶ ἔοικεν ὑμέναιον ᾄδειν τὸ αὔλημα.* Euripidis dictum exſtat in Alceſtide 588. Conferantur Interpretes Heſychii in voce. T. II. p. 65.

138. B. *περὶ τὰς ὀχείας*] A. *ἐπὶ τ. ὀ.* magis proprie.

138. B. *φιλοσοφίᾳ δὲ πολλῶν λόγων*] Philoſophiæ proprius eſt locus *de Nuptiis* et *Matrimonio:* quod modo notavimus ad Exordium hujus libri.

138. B. *ᾧ καταδοῦσα*] B. E. Anon. Exempl. Turn. *ᾧ καταδέουσα*, *quo conſtringens:* utrumque in re amatoria et magica dicitur. Sic eſt *καταδεῖν* apud Athenæum XV. p. 670. C: *καταδέδενται γὰρ οἱ ἐρῶντες.* Dion. Caſſ. L. 5: *τούς τι παρ' αὐτῷ δυναμένους οὕτω καὶ κατεγοήτευσε καὶ κατέδησεν·* hinc *κατάδεσις*, Platoni Leg. XI. p. 683. D. *μαγγανείαις τέ τισι καὶ ἐπῳδαῖς καὶ καταδέσεσι:* et ibid F. *καταδέσεσιν, ἢ ἐπαγωγαῖς, ἤ τισιν ἐπῳδαῖς:* item *καταδεσμὸς* Rep. II. p. 424. C. H. Steph. Theſ. L. Gr. T. I. p. 964. Sed vulgatum *καταδοῦσα*, *accinens*, *incantans*, magis convenit tralationi nominum *muſicæ*, *harmoniæ*, *λόγου*: et ſimiliter loquitur Plutarchus Sympoſ. VIII. p. 745. E: *λήθην δὲ ἐμποιοῦσα (ἡ μουσικὴ ταῖς ψυχαῖς) κατέχει καὶ κατᾴδει θελγομένας.* Reip. Ger. Præc. p. 819. D. *καταδόμενοι καὶ καταφαρμακευόμενοι.* De Anim. Procreat. p. 1029. C: *τὰ θεῖα εἴρουσι καὶ κατᾴδουσι.* De Recta Aud. Rat. p. 46. E: *σοφιστῶν ἀνωφελεῖς καὶ ἀνοήτους, ἡδείας δὲ φωνὰς καταδόντων.* Dion Chryſ. Or. XXXV. p. 435. C: *οἵτε ὄρνιθες κατᾴδουσιν.*

138. B. *ἐπὶ βίου κοινωνίᾳ συνιόντας εἰς τὸ αὐτὸ*] Animadvertenda eſt *κοινωνίας* uſus in hac re proprius. Phintys ap-

Stob. p. 444: *συνελεύσεσθαι ἐπὶ κοινωνίᾳ βίω τε καὶ τέκνων γενέσει—*. Callicratidas p. 486: *ὁ γάμος ἐπὶ βίω κοινωνίᾳ συνίσταται*. Plato Leg. VI. p. 622. B. *εἰς παίδων κοινωνίαν καὶ γένεσιν*. IV. 602. G: *γάμων σύμμιξις καὶ κοινωνία*. VIII. p. 644. F. Muſonius ap. Stob. p. 425. Hierocles ibid. 415. 56. Athenæus XIII. p. 609. C. Xenophon. Œcon. VII. 18. Iſocrates Nicocle p. 59: *γυναῖκας λαβόντες καὶ κοινωνίαν ποιησάμενοι παντὸς τοῦ βίου*. Plutarchus Opp. Mor. p. 329. F. 439. E. Vit. 39. A, B. 48. F. 49. A. 76. D, E. 656. F. 691. E. 771. B. 980. D. Julianus Imp. Or. I. p. 7. C. III. 109. B.

138. C. *ἐν φιλοσοφίᾳ παραιρεφόμενοι*] Expoſuimus ſupra ad Exordium libelli.

138. C. *κεφάλαια*] Expoſuimus ibidem.

138. C. *ἐμμέλειαν ἡρμοσμένην—*] Vocabula muſica per tranſlationem de nuptiis et matrimonio uſurpantur. Illud tractavimus ad Ser. Num. Vind. p. 30. quæ eſt noſtris paginis 550. F. Hoc ita ponitur infra p. 144. Alexandro p. 665. B: *λέγεται δὲ Φίλιππος—τὸν γάμον οὕτως ἁρμόσαι*, *nuptias contraxiſſe*. Catone Min. p. 762. D: *ἡρμόσατο Λεπίδαν*, *duxit uxorem Lepidam*. Pindarus Pyth. IX. 21: *Ἀφροδίτα—ξυνὸν ἁρμόζοισα—γάμον· communes nuptias concilians*. Herodotus III. 137: *ἥρμοσται γυναῖκα*, *duxit uxorem*. VI. 65. Callicratidas ap. Stob. p. 426: *δεῖ δὲ τὸν μωσικὸν μιμέεσθαι—καὶ γάμον συναρμόζεσθαι ποτὶ τὸν ἴδιον τόνον τᾶς ψυχᾶς*. Soſiades ibid. p. 47: *οἰκέτας αἰδοῦ· πένων ἅρμοζε· υἱοὺς παίδευε·* ita ferebatur ante Schowium, qui dedit, *πένης ὢν ἅρμοζε·* at credibile eſt veram ſcripturam fuiſſe *γάμον ἅρμοζε*. Dionyſius Hal. A. R. II. 24: *ἄνδρα συναρμόσαντες εἰς γυναῖκα μίαν*; niſi acute ſit dictum poſito *εἰς* pro *καὶ*, hoc ipſum reponendum videatur. Herodianus Hiſt. R. V. 6. 4. *ἁρμόζοντα γάμον* proprie et ex hac ſimul notione dixit. Julianus Imp. Or. I. p. 7. C: *τοὺς γάμους ἥρμοσαν*. Or. III. p. 109. D. 123. D. Pollux III. 35.

138. C. *οἱ παλαιοὶ τῇ Ἀφροδίτῃ τὸν Ἑρμῆν συγκαθίδρυσαν—τήν τε Πειθὼ καὶ τὰς χάριτας—*] Veneris comitatum eumdem tradit Phurnutus De Nat. Deor. Cap. XXIV. p. 197: *Ἀφροδίτη—παρέδρους τε καὶ συνέδρους τὰς Χάριτας ἔχει καὶ τὴν Πειθώ*,

καὶ τὸν Ἑρμῆν, διὰ τὸ πειθοῖ προσάγεσθαι καὶ λόγῳ καὶ χάρισι τοὺς ἐρωμένους· ἢ διὰ τὸ περὶ τὰς συνουσίας ἀγωγόν. *Suadam* adjungit Gratiis Heſiodus Ἔργ. 73: eamque unam ex Gratiis fecit Hermeſianax teſte Pauſania IX. 35: quocum comparari debet Seneca Benef. I. 2. *Mercurius una ſtat* (cum Gratiis): *non quia beneficia oratio commendat; ſed quia pictori ita viſum eſt.* Plura legantur in eruditiſſimi Larcheri libro de Venere, Gallice ſcripto, et inſcripto *Mémoire ſur Vénus*, p. 298.

138. D. Ὁ Σόλων ἐκέλευε—] Ejuſdem legis meminit Plutarchus in Solone p. 89. C: ex his locis retulit Petitus in Leg. Attic. p. 547. Mala Cydonia, ex Cretæ urbe Cydonia, in primis ferebantur: Pollux VI. 47. Heſychius T. II. p. 369. Plinius H. N. XV. 10. ubi Harduinus interpretatur *des coins.*

138. D. ἀσφραγωνιᾷ] Diſſentiunt libri: B. et Mez. ἀσπαραζωνιᾷ: E. Ald. Baſ. Xyl. ἀσφαραγωνιᾷ: Pol. Jannot. ἀσπαράγων ἰᾷ, forte a correctore volente *aſparagorum violas:* vox quidem non alibi lecta: res eadem ſignificatur a Theophraſto nomine ἀσπαραγίας Hiſt. Plant. VI. 3. quocum hunc Plutarchi locum contulerunt H. Stephanus Theſ. L. Gr. Indice p. 553. L. Saracenus ad Dioſcoridis II. 152. p. 43. Conferantur Interpretes ad Heſychium T. I. p. 577. Kuſterus ad Suidam ἀσφάραγον Atticis vindicantem. Plutarchus ἀσπάραγον dicit Sympoſ. IV. p. 663. D. Cæſare 716. B. et ſpinoſum genus memorans Ser. Num. Vind. p. 553. C. γεωργὸς οὐκ ἐκκόπτει τὴν ἄκανθαν, ἂν μὴ λάβῃ τὸν ἀσπάραγον.

138. D. διὰ τὸν ὄμφακα τὴν σταφύλην ἑτέροις προϊεμένων] Ducta comparatio e Proverbio Σικελὸς ὀμφακίζεται· de quo Zenobius V. 84: μετήνεκται δὲ ἀπὸ τῶν Σικελῶν, τὰς ἀβρώτους ὄμφακας κλεπτόντων· μέμνηται ταύτης Ἐπίχαρμος. Diogenianus VIII. 15. Suidas voce Σικελός. Pertinet huc Tibulli III. 5. 19: *Quid fraudare juvat vitem creſcentibus uvis.* Ariſtæneti Ep. II. 7. amator virginis, περικρατῶν ὀμφάκινα τοῦ στέρνου τὰ μῆλα; cujus hera ei objicit Σικελὸς ὀμφακίζεσθαι δοκεῖς, παρατρυγῶν παιδισκάριον καὶ τοῦ φιλήματος ἀμαθές· ita enim veriſimiliter emendavit Flor. Chriſtianus.

138. D. πληγὴν τῆς μελίτης—] Fluxit item a Proverbio, quod notavimus ad Ser. Num. Vind. p. 7. ex Platonis Phædone p. 390. F: ὥσπερ μέλιτla τὸ κέντρον ἐγκαταλιπὼν οἰχήσομαι. Ad præſentem ſententiam accedit dictum ſub Epicteti nomine proditum apud Maxim. et Anton. p. 720. et in Gnomis MSS. Biblioth. Lugd. Ὥσπερ μέλιτlαν οὐ διὰ τὸ κέντρον μισεῖς, ἀλλὰ διὰ τὸν καρπὸν τημελεῖς· οὕτω καὶ φίλον μὴ δι' ἐπίπληξιν ἀποςραφῇς, ἀλλὰ διὰ τὴν εὔνοιαν ἀγάπα.

138. E. θρυαλλίδι καὶ] Abeſt in A. Ald. Baſ. Xyl.

138. F. ἱδρυθεὶς] E. ἱδρυνθείς.

p. 139. A. Αἱ βυλόμεναι—βλέπυσι] Habet Stobæus Tit. LXXXIII. p. 483.

p. 139. C. Ἡρόδοτος εἶπεν] Supra citatum p. 37. C. ubi ſedem Herodoteam I. 8. notavimus. Ex hoc Plutarchi loco ſumſit Hieronymus Adv. Jovin. I. p. 38: *Scribit Herodotus, quod mulier cum veſte deponat et verecundiam.*

139. D. καὶ προαίρεσιν] Vulgo ἢ καὶ προαίρεσιν· quod debetur frequenti errori, qui literas N et H et permutavit, et alteram ex altera protulit: de quo monuimus ad p. 96. A.

139. D. Ὁ ἥλιος τὸν Βορέαν ἐνίκησεν] Fabula in Æſopicis fertur Num. CCCVII. ed. J. Hudſoni. Sophocles eam argumentum fecit Epigrammatis, quod refert Athenæus XIII. p. 604. F: verſibus Græcis illigavit Babrius, citatis Suida in voc. Σισύρα, indeque relatis ab eruditiſſimo Tyrwhitto in Diſſert. de Babrio p. 23: et in Syntypæ Fabulis ab eruditiſſimo Matthæo editis exſtat Num. LV. Latinis verſibus reddidit Avianus Fab. IV. In re haud diſſimili mendam ſuſcepiſſe videtur Ariſtides Or. Sacra V. T. I. p. 359. ὁ βορέας ἐπαιγίζων ἀνέςελλε τὸ εἰς τοὐπίσω καὶ παρεῖχεν ἱδρῶτα θαυμαςὸν ὅσον—. Canterus vertit, *cum—incumbens Boreas reditum defenderet, ac maximum excitaret ſudorem:* articulus τὸ, et ipſa ſententia deſiderat ἀνέςελλε τὸ ἱματίον εἰς τοὐπίσω.

139. E. Ὁ Κάτων ἐξέβαλε—] Item memorat Plutarchus in Catone Maj. uberius et feſtive p. 346. C: βυλῆς ἐξέβαλεν ὑπατεύσειν ἐπίδοξον ὄντα Μανίλλιον, ὅτι τὴν αὐτῦ γυναῖκα μεθ' ἡμέραν ὁρώσης τῆς θυγατρὸς κατεφίλησεν· αὐτῷ δ' ἔφη τὴν γυναῖκα

[illegible] τὰν [illegible] γενομένης [illegible], καὶ μετὰ [illegible] τοῦ Διὸς βροντῶντος. Famum novum illa Cenſura, de qua Livius XXXIX. 42. Pighius Annal. Magiſt. Rom. anni DLXIX.

139. E. Δεῖ τὰς μὲν ἐντεύξεις—ἀναπεπταμένῃ] Denuo mihi de hujus conſtitutione loci cogitanti videtur legendum eſſe Δεῖ τὰς μὲν ἐντεύξεις—παῤῥησίᾳ δὲ χρῆσθαι φανερᾷ καὶ ἀναπεπταμένῃ· quod et nexus exempli ac præcepti, et vocabulum ἀναπεπταμένη παῤῥησία, nonniſi malo ſenſu frequentatum, requirere videtur. Eadem ratio ſervari poterat, δὲ mutato in καί: ſed oppoſitio diſertior exſtat in Δεῖ οὖν. Certe hanc ſententiam exſpectamus: *Oportet igitur congreſſus et amplexus facere occultos: admonitione autem, querela, et loquendi licentia, non uti manifeſta et aperta.* Plato Phædro p. 342. D: in vituperio amatoris παῤῥησίᾳ κατακορεῖ καὶ ἀναπεπταμένῃ χρωμένου. Plutarchus Sympoſ. p. 712. A: ἥτε περὶ τὰ σκώμματα ϗ βωμολοχίας εὐχέρεια, δεινῶς κατάκορος ϗ ἀναπεπταμένη, ϗ γέμουσα ῥημάτων ἀκόσμων καὶ ἀκολάστων ὀνομάτων. Philoſophand. cum Principib. 777. F: ὄχλοις ϗ θεάτροις πάνδημον ϗ ἀναπεπταμένην δόξαν. De Stoic. Repugn. p. 1050. C. Chryſippus reprehenditur, quod τῇ κακίᾳ—ἀναπεπταμένην παῤῥησίαν δίδωσιν. Themiſtocle p. 122. E: Τιμοκρέων—ἀσελγεστέρᾳ ϗ ἀναπεπταμένῃ μᾶλλον εἰς τὸν Θεμιστοκλέα κέχρηται βλασφημίᾳ. Libanius Orat. De Imp. Juliani Ira §. 19. apud Fabric. Bibl. Gr. Vol. VII. p. 223: ἀναμεμῖχθαι σκώμματά τινά τισιν ἑορταῖς ὁμολογῶ· ἀλλὰ πρῶτον μὲν κοῦφα καὶ φορητά, ϗ οὐκ ἀπὸ γλώττης ἀναπεπταμένης, οὐ γὰρ (forte ἔτι τα) εἰς ὁμοίους ἀποῤῥιπτούμενα—.

139. F. ἐσόπτρου κατεσκευασμένου χρυσῷ ϗ λίθοις.] Luxuriem in ſpeculis notat Seneca Quæſt. Nat. I. 17: *Ætas illa ſimplicior et fortuitis contenta nondum in vitium beneficium detorquebat, nec inventum naturæ in libidinem luxumque rapiebat: —nondum argenti nitor, ſed fragilis viliſque materia— Poſtea jam rerum potiente luxuria, ſpecula totis paria corporibus auro argentoque cœlata ſunt, denique gemmis adornata—* Speculi materiam argentum novimus ex Plauto Moſt. I. 3. 111. Plinio H. N. XXXIII. 9. Plutarchi præceptum retulit Stobæus p. 431.

139. F. σεσηρυῖαν] Videatur annotatio p. 46. D.

139. F. ἡμαρτημένον] Rarior forma. Plutarchus Opp. Mor. p. 66. A. 398. F. 1042. C. Plato Leg. VII. p. 632. G. Menander ap. Stob. p. 171. 41. Jamblichus Vit. Pythag. §. 233. ἡμαρτημένως. Plato Leg. X. p. 667. A. ἐξημαρτημένως.

p. 140. A. —τὰς γραμμὰς ϰ τὰς ἐπιφανείας—] Eadem exempli forma et materia eſt p. 63. B.

140. A. Τοῖς τῶν Περσῶν βασιλεῦσιν] Eumdem Plutarchus morem narrat Sympoſ. I. p. 613. A: λέγουσι μὴ δεῖν ὥσπερ οἰκοδέσποιναν ἐν οἴνῳ φθέγγεσθαι φιλοσοφίαν· ϰ τοὺς Πέρσας ὀρθῶς φασι μὴ ταῖς γαμεταῖς ἀλλὰ ταῖς παλλακίσι συμμεθύσκεσθαι ϰ συγχεῖσθαι. Quod hinc ſumſit Macrobius Saturnal. VII. 1. Notavit et B. Briſſonius De Regno Perſ. II. 127. hunc locum: et de Regum cum pellicibus et μουσουργοῖς conſuetudine et epulis I. 95. 110. ſeq.

140. B. ὀρθῶς τοῦτό γε αὐτὸ ποιοῦντες] Quod dixi αὐτοὶ legendum videri, habui rationem conſuetudinis elegantiorum Scriptorum, de qua notavi in Epiſtola Critica ad D. Ruhnk. p. 26. et 27. ubi hunc ipſum locum citavi.

140. B. Οἱ φιλόμουσοι τῶν βασιλέων—κοσμίαν.] Retulit Anonymus ſcriptor Ἀπομνημονευμάτων, in apographo Gronoviano codicis Florentini. Poſteriorem partem ἀνὴρ φιλοσώματος—κοσμίαν, habet Stobæus p. 483.

140. C. Λάκαινα παιδίσκη—] Plutarchus Apophthegm. Lacænarum p. 242. B: Λάκαινα ἐρωτηθεῖσα εἰ ἀνδρὶ προσελήλυθεν, Οὐκ ἐγώ, εἶπεν, ἀλλ' ὁ ἀνὴρ ἐμοί.

140. D. Οἱ δὲ θεοί, φίλοι πρῶτοι καὶ μέγιστοι] Hermogenes apud Xenophontem Sympoſ. IV. 47. ſeq. laudatus Plutarcho Adv. Epicur. p. 1103. B.

140. D. ἀποκεκλεῖσθαι τὴν αὔλειον] *oportet iis aulæ januam occluſam eſſe*: fere proverbii inſtar eſt. Plutarchus Sympoſ. p. 617. A: δέδια μὴ δοκῶμεν τῇ αὐλείῳ τὸν τῦφον ἀποκλείοντες, εἰσάγειν τῇ παραθύρῳ. Pompeio 643. E: τοῖς ἥκουσιν ἀποκλείσας τὴν αὔλειον ἑτέραις θύραις ᾤχετο ἀπιών. Idem ſæpe τὴν αὔλειον dicit Opp. Mor. p. 265. A. 516. E. 594. E. 597. D. 710. C. Vit. 107. E. 485. C. 865. A: plene αὐλείους θύρας Opp. Mor. p. 239. A. Harpocration, Αὔλειος ἡ ἀπὸ

τῆς ὁδοῦ πρώτη θύρα τῆς οἰκίας, ad quem locum multa Veterum dicta citat Valeſius, itemque Taylorus ad Lyſiam De Cæd. Eratoſthenis p. 11. indeque Toupius Emend. Suid. T. I. p. 34. ſeq. unde apparet τὴν αὔλειον in primis terminum uxoris fuiſſe. Addatur et Dorvillius in Notis ad Chariton. p. 31.

140. D. οὐδενὶ γὰρ θεῶν ἱερὰ κλεπτόμενα] B. E. T. P. MS. θεῶν: A. E. MS. T. P. κρυπτόμενα. At vulgatum κλεπτόμενα exquiſitius eſt; quippe dicitur improprie de omni facto, quod clam ac diſſimulanter ſit. Sic in eodem argumento de religione, præter publicam, privatim inducta Plato Leg. X. p. 674. F. ἵνα μὴ καὶ ταῦτα κλέπτοντες πράξεσιν, ἱερά τε καὶ βωμοὺς ἐν ἰδίαις οἰκίαις ἱδρυόμενοι, λάθρα τοὺς θεοὺς ἵλεως οἰόμενοι ποιεῖν θυσίαις τε καὶ εὐχαῖς, εἰς ἄπειρον τὴν ἀδικίαν αὐξάνοντες, αὑτοῖς τε ἐγκλήματα πρὸς θεῶν ποιῶνται, καὶ τοῖς ἐπιτρέπουσιν οὖσιν αὐτῶν βελτίοσι: ſimiliter IX. p. 661. C: δικαστήρια φαῦλα καὶ ἄφωνα, κλέπτοντα τὰς αὐτῶν δόξας κρύβδην τὰς κρίσεις διαδικάζει· *prava et muta judicia ſuas ſententias abſcondentia, cauſſas dijudicant.* Plutarchus Defect. Orac. p. 431. F. κάθαρσιν τοῦ κλέπτοντος· *purgationem impedimenti viſui officientis.* Cæſare 707. E: ἔκλεπτεν ἑαυτὸν, *abſcondidit ſeipſum, interfectoribus ſe ſubduxit.* Timoleonte p. 244. C: λάθρα κλέπτων καὶ παρεισάγων τὴν συμμαχίαν, *diſſimulans et clam introducens auxilia.* Arato p. 1031. E. κλέψαι τὰ πράγματα. Ariſtides Panathen. T. I. p. 166: κλέψαι τὴν συμβᾶσαν ἐπὶ τοῦ πολέμου συμφορὰν, *diſſimulare belli cladem.* Eadem ratione κλέμμα eſt *factum diſſimulatum*: de quo notavimus p. 62. D.

140. D. Ὁ Πλάτων φησὶν—ἀνῃρῆσθαι] Habet Stobæus Tit. LXX. p. 441. Platonis locus eſt Rep. V. p. 461. E: Ἡ δέ γε τῶν τοιούτων ἰδίωσις διαλύει· ὅταν οἱ μὲν περιαλγεῖς, οἱ δὲ περιχαρεῖς γένωνται, ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς παθήμασι τῆς πόλεώς τε καὶ τῶν ἐν τῇ πόλει. Τί δ' οὔ; Ἆρ' οὖν ἐκ τοῦδε τὸ τοιοῦτον γίγνεται, ὅταν μὴ ἅμα φθέγγωνται ἐν τῇ πόλει τὰ τοιάδε ῥήματα, τό τε ἐμὸν, καὶ τὸ οὐκ ἐμόν; καὶ περὶ τοῦ ἀλλοτρίου κατὰ ταυτὰ τοῦτο λέγωσι τὸ ἐμὸν καὶ τὸ οὐκ ἐμὸν, αὕτη ἄριστα διοικεῖται. Eamdem ſententiam laudat Plutarchus De Frat. Amor. p. 484. B: Πλάτων παρῄνει τοῖς πολίταις τὸ ἐμὸν ἐξαιρεῖν καὶ τὸ οὐκ ἐμόν—. Amatorio p. 767. D: ἐκ τῆς Πλατωνικῆς πόλεως τὸ ἐμὸν οὐχ

ἔξει καὶ τὸ οὐκ ἐμόν. Jamblichus Vit. Pythag. §. 167 : ἀρχὴ τοίνυν ἐςὶ δικαιοσύνης μὲν (f. ἡμῖν) τὸ κοινὸν καὶ ἴσον, καὶ τὸ ἐγγυτάτω ἑνὸς σώματος καὶ μιᾶς ψυχῆς ὁμοπαθεῖν πάντας, καὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ (f. τῷ αὐτῷ) τὸ ἐμὸν φθέγγεσθαι καὶ ἀλλότριον· ὥσπερ δὴ ϗ Πλάτων μαθὼν παρὰ τῶν Πυθαγορείων συμμαρτυρεῖ.

140. E. ὥσπερ οἱ ἰατροὶ λέγουσι] Similitudinem ex diſputationis Platonicæ modo citatæ loco deinceps hoc proximo ſuſcepit : Καὶ ἥτις δὴ ἐγγύτατα ἑνὸς ἀνθρώπου ἔχει· οἷον ὅταν που ἡμῶν δάκτυλός του πληγῇ, πᾶσα ἡ κοινωνία ἡ κατὰ τὸ σῶμα πρὸς τὴν ψυχὴν τεταμένη εἰς μίαν σύνταξιν τὴν τοῦ ἄρχοντος ἐν αὐτῇ, ᾔσθετό τε καὶ πᾶσα ἅμα ξυνήλγησε μέρους πονήσαντος ὅλη· ϗ οὕτω δὴ λέγομεν ὅτι ὁ ἄνθρωπος τὸν δάκτυλον ἀλγεῖ·—. Pertinet huc Epigramma Anthologiæ I. 46. 9 : Καὶ γὰρ δέξιον ὄμμα καιόμενον ὄμματι λαιῷ Πολλάκι τοὺς ἰδίους ἀντιδίδωσι πόνους. De dextrorum ſiniſtrorumque conſenſu, ejuſque cauſſa, univerſe docet Ariſtoteles De Animalium Inceſſu Cap. VI.

140. E. ἐπάλλαξιν] *alternis nexibus* bene reddit Xylander: eſt quaſi *mutatio per vices vinculorum et mutuo facta*. Sic de *mutuis connubiis* Herodotus I. 78. dixit γάμων ἐπαλλαγήν· ubi videatur Weſſelingius et citatus ab eo Albertius ad Heſychium voc. Ἐπαλλάξαντες. Conjuncta eſt notio *permutationis rerum, ut diſcerni nequeant:* apud Xenophontem Mem. Socr. III. 8. 1. recte ab Erneſto acceptum ; de diſputantibus, qui dicuntur φυλαττόμενοι μή πη ὁ λόγος ἐπαλλαχθῇ· *caventes ſibi ne diſputatio verborum captione et permutatione pervertatur*. Sic De Venat. V. 20. VI. de *veſtigiis leporum perplexis*. Porphyrius De Grad. §. 35. p. 241. δεῖ τοίνυν ἐν ταῖς σκέψεσι κατακρατοῦντας (vulgo κατακρατοῦντες) τῆς ἑκατέρου ἰδιότητος, μὴ ἐπαλλάττειν τὰς φύσεις. Supra p. 45. D. notavimus ἐπάλλαξιν μηρῶν. Ariſtidi T. I. p. 289. reddendum ἐπαλλὰξ pro ἀπαλλάξ.

140. E. ἑκατέρων—ἀμφοτέροις] *ex utriſque—ambobus :* de qua differentia dicemus ad p. 177. F.

140. F. τὸ κρᾶμα] In vino ad potum temperando major pars erat aquæ : de quo dicemus ad Sympoſ. III. 9.

p. 141. A. Ὁ Ῥωμαῖος—] Eſt in Stobæo p. 442. Geminus et re et admonitione locus eſt Plutarchi in Æmilio Paulo p. 257. B : —ἔοικεν ἀληθής τις εἶναι λόγος περὶ γάμου

λύσεως γενόμενος· ὡς ἀνὴρ Ῥωμαῖος ἀπεπέμπετο γυναῖκα· τῶν δὲ φίλων νουθετούντων αὐτὸν, Οὐχὶ σώφρων; οὐκ εὔμορφος; οὐχὶ παιδοποιός; προτείνας τὸ ὑπόδημα, κάλτιον αὐτὸ Ῥωμαῖοι καλοῦσιν, εἶπεν, Οὐκ εὐπρεπὴς οὗτος; οὐ νεουργής; ἀλλ᾽ οὐκ εἰδείη τις ὑμῶν, καθ᾽ ὅ, τι θλίβεται μέρος οὑμὸς πούς. Τῷ γὰρ ὄντι μεγάλαι μὲν ἁμαρτίαι ἀναπεπταμέναι γυναῖκας ἀνδρῶν ἄλλας ἀπήλλαξαν· τὰ δ᾽ ἔκ τινος ἀηδίας καὶ δυσαρμοστίας ἠθῶν μικρὰ καὶ πυκνὰ προσκρούματα, λανθάνοντα τοὺς ἄλλους ἀπεργάζεται τὰς ἀνηκέστους ἐν ταῖς συμβιώσεσιν ἀλλοτριότητας. Ex Plutarchi hoc libello ſumſit Hieronymus Adv. Jovinian. I. p. 38. A: *Legimus quemdam apud Romanos nobilem, cum eum amici arguerent, quare uxorem formoſam et caſtam et divitem repudiaſſet, protendiſſe pedem, et dixiſſe eis: et hic ſoccus, quem cernitis, vobis videtur novus et elegans, ſed nemo ſcit præter me, ubi me premat.* Quod diximus in Notatione Emendationum, hoc dictum a Plutarcho, in Vita Æmilii Pauli, huic tribui, ſecus eſt, ut ipſa verba declarant. Varietas ſcripturæ καλτίκιος non niſi ex confuſione duarum formarum pronuntiandi κάλκιος et κάλτιος nata videtur: librarii et *caligam*, καλλίγιον, cum iiſdem illis nominibus permutarunt. Qua de confuſione aliquid notavit Weſſelingius ad Diodor. Sic. T. II. p. 625: Plutarchus alibi κάλτιος dixit Rep. Ger. Præc. p. 813. E. Cæſar. 631. E: καλτίκιος legitur De An. Tranq. p. 465. A. De confuſione vocum πρόσκρουσμα et πρόσκρουμα notavimus p. 137. B. Simplex κρέσμα non frequentatur: at κροῦμα eſt *pulſatio chordæ*, *ſonus*, item κροῦσις: at πρόσκρουσις, *offenſio*; igitur præferam, notione hac offenſionis, formam πρόσκρουσμα. Hoc loco, cod. A. dat νοσήματα, in Stobæo.

141. B. Ὁ βασιλεὺς Φίλιππος—] Haud ſcio, an nuſquam alibi legerim. Olympiadis dictum convenit cum dictis Menandri, ap. Cleric. p. 229.

Ἔνεστ᾽ ἀληθὲς φίλτρον εὐγνώμων τρόπος,
Τούτῳ κατακρατεῖν ἀνδρὸς εἴωθεν γυνή·

item,

Ὅταν φύσει τὸ κάλλος ἐπικοσμῇ τρόπος
Χρηστὸς, διπλασίως ὁ προσιὼν ἁλίσκεται.

Afranius, cujus toga dicitur conveniſſe Menandro, in Vo-

piſco, apud Nonium Marcellum I. 1. p. 2:

Si poſſent homines delinimentis capi,
Omnes haberent nunc amatores anus;
Ætas, et corpus tenerum, et morigeratio,
Hæc ſunt venena formoſarum mulierum.
Mala ætas nulla delinimenta invenit.

141. C. ἄμαχον—εὔνοιαν] Habet Stobæus p. 442. et ἀμήχανον pro ἄμαχον, ut T. Vulgatum præferam ob librorum conſenſum. Sic Plutarchus Sympoſ. IV. p. 667. C. ἄμαχος φιλοφροσύνη, *comitas inexpugnabilis, cui nil reſiſtere poteſt.* De Diſcern. Adul. et Am. p. 67. B: ἄμαχος ὁ τόνος τῆς παῤῥησίας οὗτός ἐςι, καὶ τῇ γλυκύτητι τοῦ νουθετοῦντος ἐπιτείνων τὸ πικρὸν καὶ αὐςηρὸν τῆς νουθεσίας. Antonio p. 940. C. Cleopatra timebat, ne Octavia, τοῦ τρόπου τῇ σεμνότητι καὶ τῇ Καίσαρος δυνάμει προσκτησαμένη τὸ καθ' ἡδονὴν ὁμιλεῖν ϗ θεραπεύειν, ἄμαχος γένηται ϗ κρατήσῃ παντάπασιν τοῦ ἀνδρός—. Similiter pulchritudo, ἄμαχος, Pompeio p. 620. A: φοβηθεὶς τὴν εὐμορφίαν αὐτῆς ἄμαχόν τινα καὶ περιβόητον οὖσαν. Ariſtænetus I. 24. Ælianus Var. Hiſt. XIII. 1. Sed et ἀμήχανος eodem ſenſu dicitur, *de vi vel benevolentia, cui nulla machina et arte reſiſti poteſt.* Plutarcho Septem Sap. Conviv. p. 163. B: ἀμήχανόν τινα τοῦ βοηθῆσαι τῇ παρθένῳ προθυμίαν ἐν τῷ τότε πάθει λαβών—. Plato Symp. p. 334. E. ἀμήχανον κάλλος. Utrius vocabuli hac notione exempla dedit Abreſchius ad Ariſtæneti l. c. Lect. p. 140.

141. C. Πάλιν ἡ Ὀλυμπιὰς—δακτύλοις] Ex Phylarcho narrat Athenæus XIII. p. 609. C: Καλλίςη δ' ἦν καὶ Παντίκα ἡ Κυπρία, περὶ ἧς φησι Φύλαρχος ἐν τῇ δεκάτῃ τῶν ἱςοριῶν, ὅτι παρ' Ὀλυμπιάδι οὖσαν τῇ Ἀλεξάνδρου μητρὶ ᾔτει πρὸς γάμον Μόνιμος ὁ Πυθίωνος· ϗ ἐπεὶ ἦν ἀκόλαςος ἡ γύνη, ἔφη ἡ Ὀλυμπιὰς, Ὦ πονηρὲ, τοῖς ὀφθαλμοῖς γαμεῖς καὶ οὐ τῷ νῷ. Similiter dixerat Euripides in eodem argumento, Fragmento CLI: —κἂν ἄμορφος ᾖ πόσις, Χρὴ δοκεῖν εὔμορφον εἶναι τῇ γε νοῦν κεκτημένῃ. Οὐ γὰρ ὀφθαλμὸς τὸ ταῦτα κρῖνόν ἐςιν, ἀλλὰ νοῦς. Digitis uxorem ducere exponit ipſe Plutarchus, *ſupputantem divitias uxoris ac dotem.* Sic de avaro Dion Chryſ. Or. IV. p. 74. B: ἁρπακτικὸν βλέπων, ἀεὶ κινῶν τοὺς δακτύλους, ἤτοι

τὴν αὐτοῦ λογιζόμενος οὐσίαν, ἢ τῶν ἄλλων τινός—. Palladas Antholog. II. 50. 9. 10.

141. C. Ὁ Σωκράτης ἐκέλευσε—τὸ εἶδος] Sententiam complures prodiderunt vel ſuo, vel Socratis, vel aliorum nomine, quos citant Caſaubonus et Menagius ad Diogenem Laertium II. 33. in Socratis eam dictis recenſentem. Bianti tribuitur apud Stobæum Tit. III. p. 46. ubi lectionem marginis Geſneriani confirmant codices Schowii p. 97: Plutarcho in Sent. Max. et Anton. p. 566. Εἰς κάτοπτρον κύψας θεώρει· καὶ εἰ μὲν καλὸς φαίνει, ἄξια τούτου πρᾶττε· εἰ δὲ αἰσχρὸς, τὸ τῆς ὄψεως ἐλλιπὲς ὡραΐζε καλοκαγαθίᾳ. Socrati in Jo. Damaſceni Excerptis MS. Σωκράτης παρῄνει τοῖς νέοις πολλάκις ἐσοπτρίζεσθαι, (καὶ) τοὺς μὲν εὐπρεπεῖς ὅμοιον ποιεῖν τῷ εἴδει τὸν τρόπον, τοὺς δὲ ἀμόρφους περιστέλλειν τὸ δυσειδὲς τῇ εὐπρεπείᾳ.

141. D. τῇ γὰρ αἰσχρᾷ σεμνὸν, εἰ φιλεῖται διὰ τὸ ἦθος μᾶλλον ἢ τὸ κάλλος] Deſideratur alterum disjunctum comparationis, quo ſignificetur, quem fructum ἡ καλὴ percipiat: deinde hoc excidiſſe, etiam hoc documento eſt, quod φιλεῖται διὰ τὸ ἦθος μᾶλλον ἢ τὸ κάλλος, de formoſa poteſt dici, de deformi non poteſt, quippe quæ κάλλος non habet: denique, aliquid turbatum eſſe in his verbis oſtendit quoque abſentia vocabuli μᾶλλον in pleriſque libris B. E. Ald. Baſ. Xyl. additum a Schott. et Anon. Forte ſic aut tale quid ſcripſerit Plutarchus: τῇ γὰρ αἰσχρᾷ σεμνὸν, εἰ φιλεῖται διὰ τὸ ἦθος, τῇ δὲ καλῇ, εἰ διὰ τὸ ἦθος μᾶλλον ἢ τὸ κάλλος· ut librarius a priore ἦθος continuo in alterum incidens, interjecta verba et alterum ἦθος omitteret. Hic eſt multarum fons lacunarum cognitus nobis uſu verſandis codicibus ſcriptis. Longum eſt exempla hic apponere: videantur in hac noſtra Plutarchi Moralium editione p. 733. D, E. 951. D. 1070. E. 1100. D. In opere De Placitis Philoſophorum iſtam lacunæ cauſſam notavit Annotator in Variis Lect. ad calcem p. 899. D. IV. 8: et Corſinus II. 7. p. 887. C.

141. D. Λυσάνδρου θυγατράσιν—] Item in Apophthegm. Reg. et Duc. p. 190. E: Λύσανδρος, Διονυσίου τοῦ τυράννου πέμψαντος ἱμάτια ταῖς θυγατράσιν αὐτοῦ τῶν πολυτελῶν, οὐκ ἔλαβεν,

εἰπὼν, Δεδιέναι μὴ διὰ ταῦτα μᾶλλον αἰσχραὶ φανῶσιν· quod iiſdem verbis refertur in Sent. Max. et Anton. p. 277. In Apophthegm. Lacon. exſtat ſub nomine Archidami fil. Zeuxidami p. 218. E: at paulo aliter ſub Lyſandri nomine ibidem p. 229. A. itemque plenius in codice J. et Veneto, ex Vita Lyſandri p. 434. C.

141. E. Σοφοκλῆς] Singularis hæc eſt mentio: indeque relata in Fragmentis Sophoclis a Brunckio T. II. p. 43. Ad verborum et ſententiæ ſimilitudinem congruit illud Muſonii ap. Stob. Tit. VI. p. 84: καὶ γάρ τοι δοκῶν εἶναι κόσμος οὗτος, πολλὴν ἀκοσμίαν ἔχει.

141. E. Κόσμος γάρ ἐστιν—περιτίθησιν.] Habet Stobæus p. 442. Acumen diſputationis eſt in cognatione vocabulorum κόσμος, κοσμεῖν, κόσμιος, quorum hoc non niſi de modeſtia animi, illa etiam de corporis cultu et ornatu dicuntur.

141. E. Οἱ τῇ γαμηλίᾳ θύοντες Ἥρᾳ—βωμόν.] B. Briſſonius De Ritu Nupt. p. 312. hunc locum apponens emendat editionem Baſileenſem, in qua una vitio operarum legitur ὥρᾳ pro Ἥρᾳ, et χολὴν pro χόλην, quæ jam correxerat Xylander: et quod hic reliquit παρῆναι ex Aldina in Baſileenſem propagatum, Briſſonius mutavit in περιεῖναι, rectius cæteri omnes libri dant παρεῖναι. Cæterum pro περὶ τὸν βωμὸν, B. E. habent παρὰ τ. β. Caſaubonus ad Diog. Laert. I. 71. ἔρριψαν obiter explicat *ſolent projicere*; ita ſubinde Aoriſto primo utitur Plutarchus II. p. 159. B. 690. A. 978. A. I. 67. B, C. alia annotavit Erneſtus ad Xenoph. M. S. II. 4. 7.

141. F. Πλάτων τῷ Ξενοκράτει] Plutarchus in Amatorio p. 769. D. idem exemplum præceptumque ponit: item in Mario p. 407. A. Diogenes Laertius IV. 6. ubi plura notarunt Caſaubonus et Menagius.

p. 142. A. Μητρόδωρος—] Huic loco geminus eſt in Amatorio p. 753. C: reprehendens uxores τοῖς ἀνδράσιν ὀργιζομένας ὅτι σωφρονοῦσιν· quod ex hoc dicto ſumtum eſſe res ipſa declarat. Metrodorus, ita nude dictus, intelligendus eſt Lampſacenus, Epicuri diſcipulus. De hujus nuptiis Plutarchus meminit Adv. Epicur. p. 1098. B: de filia et

natis Diogenes Laert. X. 19—21, 22, 23: ubi Leontium pellicem habuiſſe dicitur: quam uxorem ei fuiſſe ſcribit Hieronymus Adv. Jovinian. I. p. 38: *Epicurus voluptatis aſſertor, quamquam Metrodorus diſcipulus ejus Leontium habuerit uxorem, raro dicit ſapienti ineunda conjugia; quia multa incommoda admixta ſint nuptiis.* De ejus ſcriptis Menagius ad Diog. Laert. X. 24. Fabricius Bibl. Gr. Vol. II. p. 812.

142. B. πρᾶξαί τι] Hoc ſane friget: diſputationis argumentum poſtulat παῖξαί τι, *ludere aliquid:* ut p. 139. F. Sic Xenophon Symp. IX. 2: παιζοῦνται πρὸς ἀλλήλυς, de luſu amantium Bacchi et Ariadnæ. Terentius Eunuch. III. 1. 34: *Forte habui ſcortum: cœpit ad id alludere.* Ion Chius apud Athen. XIII. p. 604. D: τοιαῦτα πολλὰ δεξιῶς ἔλεγέν τε καὶ ἔπρησσεν, ὅτε πίνοι ἢ πράσσοι· ſcripſit —πίνοι ἢ παίζοι· ut vere correxit Toupius Ep. Crit. p. 113. Forma παῖξαι Plutarchus utitur in Sap. Conviv. p. 147. E. et Ariſtides T. II. p. 114.

142. B. εὖ ποιοῦσαν] Novum accidit hac in compoſitione: nec tamen mendi ſuſpectum eſſe debet; ſed accipiendum, ut ſupra, p. 140. B. ὀρθῶς τοῦτό γε αὐτοὶ ποιοῦντες, et altera forma ibi notata.

142. B. ταῖς ἠθικαῖς καὶ βιωτικαῖς χάρισι] Idem eſt, quaſi dixiſſet ταῖς τοῦ ἤθυς καὶ βίυ χάρισι, *gratia morum et vitæ.* Rarius nomen βιωτικὸς Plutarchi alibi non niſi bis dictum Sympoſ. V. p. 679. C: τοὺς ἐλαφροὺς μάλιστα τοῖς βιωτικοῖς, *qui faciles ſunt in victu.* Fragment. Commentar. in Heſiod. X. 34. Sotades ap. Stob. p. 528. 36. Epictetus Diſſ. I. 26. Frequenter autem ἦθος et βίος junguntur: v. c. Plutarcho Opp. Mor. p. 19. F. 26. A. 28. C. 41. B. 56. B. 92. C. 567. E. Vit. 764. D. Euripidi Polyid. I. Cæterum, in nomine χάρις ſimul hic ſpectatur notio *gratificandi ad Veneris opus*: de qua dicemus ad p. 751. D.

142. B. ἄκρατος] *non temperatus, merus, auſterus,* veluti *vinum,* unde notio tranſlata eſt in homines et res, quibus nil additum eſt, quo ad uſum ſuaviores redderentur: ſic p. 49. E. 657. D. 683. C. Vit. 287. F. 647. B.

142. B. καθάπερ ὁ Φωκίων—συνεῖναι] Sunt apud Stobæum

p. 442. qui pro οὐ καλὴν οὐδὲ dat οὐκ οὖσαν δὲ, quod inde videtur ſuſcepiſſe T. Phocionis dictum notavimus p. 64. C.

142. C. Ταῖς Αἰγυπτίαις ὑποδήμασι χρῆσθαι πάτριον οὐκ ἦν—] Hoc repugnare videtur opinioni pervulgatæ apud Herodotum II. 35. alioſque: Sophoclem Œdip. Col. 339. Nymphodorum citatum Scholiaſti ad h. l. *Ægyptias in foro agere et cauponari, viros domi texere.* Plutarchi hæc ſingularis eſt mentio, ſed ejus auctoritatem tuetur ingenioſus vir *De Pauw* in libro Gallice ſcripto, *Recherches Philoſophiques ſur les Egyptiens et les Chinois* T. I. p. 45. ſequ. perſuadens, vulgarem opinionem accipiendam eſſe de plebe Ægyptiorum, morem a Plutarcho proditum valuiſſe apud optimates et nobiles.

142. C. Ἡ Θεανὼ—φθέγγεται] Stobæus hinc retulit p. 442. Dictum Theanus referunt alii: Clemens Alexandr. Strom. IV. p. 522. C: Θεανὼ μὲν ἡ Πυθαγορικὴ εἰς τοσοῦτον ἧκεν φιλοσοφίας, ὡς πρὸς τὸν περιέργως ἀπιδόντα καὶ εἰπόντα, Καλὸς ὁ πῆχυς, Ἀλλ' οὐ δημόσιος, ἀποκρίνασθαι. Inde Theodoretus Serm. XII. p. 675. A: Θεανὼ δὲ ἡ Πυθαγορικὴ, ἀποβλέψαντός τινος εἰς αὐτὴν καὶ εἰπόντος, Καλὸς ὁ πῆχυς, Ἀλλ' οὐ δημόσιος, ἀπεκρίνατο.

142. C. ἀλλὰ τὴν φωνὴν—] Stob. καὶ τ. φ. Rectius.

142. D. ἐνορᾶται γὰρ αὐτῇ καὶ πάθος] Stobæus et T. ὁρᾶται γὰρ ἐν αὐτῇ κ. π. Vulgata compoſitio et elegantior eſt et Plutarcho frequens: v. c. Opp. Mor. p. 781. F. 921. A. E. Vit. 21. B. 99. F. 193. B. 345. B. 393. C. 481. F. 707. E. 709. B. 927. D. Forte reddenda Dioni Chryſ. Or. XII. p. 206. B: ὁρῶ μὲν οὖν ἔγωγε τοῖς πολλοῖς πανταχοῦ τὴν ἀκρίβειαν: forte legendum ἐν τοῖς πολλοῖς τ. α. certe alterutra ratione ei conſulendum.

142. D. Τὴν Ἠλείων ὁ Φειδίας Ἀφροδίτην—] Plutarchus De Iſide et Oſiride p. 381. E: τῷ δὲ τῆς Ἀθηνᾶς (ἀγάλματι) τὸν δράκοντα Φειδίας παρέθηκε· τῷ δὲ τῆς Ἀφροδίτης ἐν Ἤλιδι τὴν χελώνην· ὡς τὰς μὲν παρθένους φυλακῆς δεομένας, ταῖς δὲ γαμεταῖς οἰκουρίαν καὶ σιωπὴν πρέπουσαν. Pauſanias VI. 25: καὶ τὴν μὲν ἐν τῷ ναῷ (Ἀφροδίτην) καλοῦσιν οὐρανίαν· ἐλέφαντος δέ ἐστι καὶ χρυσοῦ, τέχνη Φειδίου· τῷ δὲ ἑτέρῳ ποδὶ ἐπὶ χελώνης βέβηκε. Notavit opus F. Junius in Catalogo Artificum, p. 160.

142. D. μὴ δυσχεραίνειν, εἰ δι' ἀλλοτρίας] Pro μὴ ſenſus requirit μηδέ· pro ἀλλοτρίας Stobæus Trincavelli et T. dant αὐλητρίας, perperam.

142. E, F. Τῶν σωμάτων—] Sextus Empiricus Adv. Mathem. VII. 102: —τῶν σωμάτων τὰ μέν ἐςιν ἐκ συναπτομένων, ὡς πλοῖα καὶ ἁλύσεις καὶ πυργίσκοι· τὰ δ' ἐξ ἡνωμένων, ἅπερ ὑπὸ μιᾶς ἕξεως συνέχεται, ὡς φυτὰ καὶ ζῶα· τὰ δὲ ἐκ διεςώτων, ὡς χοροὶ καὶ ςρατιαὶ καὶ ποῖμναι: ubi videndus Fabricius. IX. 78: τῶν τε σωμάτων, τὰ μέν ἐςιν ἡνωμένα, τὰ δὲ ἐκ συναπτομένων, τὰ δὲ ἐκ διεςώτων· ἡνωμένα μὲν οὖν ἐςι τὰ ὑπὸ μιᾶς ἕξεως κρατούμενα, καθάπερ φυτὰ καὶ ζῶα· ἐκ συναπτομένων δὲ, τὰ ἐκ τῶν παρακειμένων καὶ πρὸς ἕν τι κεφάλαιον νεύοντα συνεςῶτα, ὡς ἁλύσεις καὶ πυργίσκοι καὶ νῆες· ἐκ διεςώτων δὲ, τὰ ἐκ διεζευγμένων καὶ ἐκ κεχωρισμένων καὶ καθ' αὑτὰ ὑποκειμένων συγκείμενα, ὡς ςρατιαὶ καὶ ποῖμναι καὶ χοροί. Seneca Epiſt. CII. p. 400: *Quædam continua eſſe corpora, ut hominem: quædam compoſita, ut navem, domum, omnia denique, quorum diverſæ partes juncturæ in unum ſunt coactæ: quædam ex diſtantibus, quorum adhuc membra ſeparata ſunt, tamquam exercitus, populus, ſenatus, illi enim, per quos iſta corpora efficiuntur, jure aut officio cohærent, natura diducti et ſinguli ſunt.* Stoica ſunt placita: indeque duxit Pomponius Ad Sabinum Digeſt. XLI. 3. 30. Philo Jud. De Confuſ. Ling. 347. A, B. Attigit hoc argumentum Salmaſius ad Epicteti Enchirid. p. 272. ſeq. Gatakerus ad Marc. Antonin. VII. 13. et De Stilo N. T. Cap. XI. p. 75. G. In eodem de Nuptiis argumento idem exemplum præceptumque poſuit Antipater apud Stobæum Tit. LXV. p. 417: Αἱ μὲν γὰρ ἄλλαι φιλίαι ἢ φιλοςοργίαι ἐοίκασι ταῖς τῶν ὀσπρίων ἢ τινων ἄλλων παραπλησίων κατὰ τὰς παραθέσεις μίξεσιν· αἱ δ' ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ταῖς δι' ὅλων κράσεσιν, ὡς οἶνος ὕδατι, καὶ τοῦτο ἔτι μὲν μίσγεται δι' ὅλων (lego —ὕδατι, καὶ τοιαῦτα ἕτερα, μίσγεται δι' ὅλων.) Οὐ γὰρ μόνον τῆς οὐσίας τῶν φιλτάτων πᾶσιν ἀνθρώποις, τέκνων τε καὶ τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ καὶ τῶν σωμάτων οὗτοι μόνοι κοινωνοῦσι. Καὶ κατ' ἄλλον δὲ τρόπον μεγίςη ἐςίν· αἱ μὲν γὰρ ἄλλαι κοινωνίαι καὶ ἑτέρας τινὰς ἀποςροφὰς ἔχουσι· ταύτας δὲ ἀνάγκη πρὸς μίαν ψυχὴν βλέπειν τὴν τοῦ ἀνδρός· προςτίθεται γὰρ σώζουσα πατρὸς καὶ μητρὸς μὴ ἀγνώμονος, ἕνα τοῦτον σκοπὸν τοῦ βίου ποιεῖσθαι, καὶ τέλος, τοῦ τὸ ἀρέσκειν αὐτῶν τῶν γονέων

παραχωρούντων ἑκουσίως τὰ πρῶτα τῆς εὐνοίας ἀπονέμειν, τὴν μὲν τῷ ἀνδρὶ, τὴν δὲ τῇ γυναικί. Ultima pars graviter affecta, forte ita conſtituenda eſt; *προτίθεται γὰρ, σώζουσα πατρὸς καὶ μητρὸς μὴ ἀγνώμονος εὔνοιαν, τοῦτον σκοπὸν τοῦ βίου, καὶ ποιεῖται τέλος τοῦτο, ἀρέσκειν αὐτῷ· τῶν γονέων—ἀνδρὶ, τὸν δὲ τῇ γυναικί· proponit enim ſibi mulier, dum ſervet benevolentiam haud iniqui patris et matris, hunc vitæ ſcopum, et hunc ſibi finem facit, placere marito; ipſis parentibus ultro concedentibus, ut principatum amoris illa tribuat marito, hic uxori:* et cenſendum eſt quædam omiſſa ante *ταύτας δὲ ἀνάγκη*, quod dicitur de mulieribus; quum priora univerſe de communione mariti et uxoris dicantur. Sed noſtra conjectura ejuſmodi eſt, ut cum ſenſu loci et veſtigiis vulgatæ congruat, nec tamen eam auctoris ſcripturam fuiſſe affirmare audeamus. In verbis autem his animadvertendum Euripidis dictum: exſtat ex Med. 247: *Ἡμῖν δ᾽ ἀνάγκη πρὸς μίαν ψυχὴν βλέπειν.* Cæterum hanc *δι᾽ ὅλων κρᾶσιν* in amantibus laudat Plutarchus Amatorio p. 769. F: *αὕτη γάρ ἐστι ὡς ἀληθῶς ἡ δι᾽ ὅλων λεγομένη κρᾶσις ἡ τῶν ἐρώντων—·* de phyſica ejus ratione adverſus Stoicos diſputat p. 1078: et adverſus Epicureos laudat antiquiorum ſententiam tuentem quatuor elementa *κινούμενα παθητικῶς ὑπ᾽ ἀλλήλων καὶ μεταβάλλοντα δι᾽ ὅλων, ἑτέραν ἀφ᾽ ἑτέρας κράσεως συναποτίκτει γένεσιν.* Huic opponuntur reliqua *μίξεως* genera, quæ dicuntur *κατὰ παράθεσιν*, Placit. Phil. I. 17. Adv. Stoic. p. 1081. ubi his locum dabimus. Eorum, quibus concubitu tantummodo junctum eſt conjugium, ratio ejuſmodi eſſe dicitur, ut *συνοικεῖν ἄν τις ἀλλήλοις, οὐ συμβιοῦν νομίσειεν·* cujus dicti acumen in eo eſt, *κοινωνία βίου*, ut vidimus p. 138. B. Item diſtinguuntur in Fragmento, quod in Plutarcheis Incertis edidimus Num. 4. ſervato apud Stobæum ſub nomine Themiſtii p. 424: *αἱ δὲ ἄλλοις συνοικοῦσιν, οὐ συμβιοῦσιν, ὅταν λυπῶσι τοὺς ἄνδρας ἢ ζηλοτυπῶσιν, ἢ διαφέρωνται περὶ χρημάτων, ἢ κακῶς λέγωσι, ἢ φεύγωσι θρυπτόμεναι τὰς φιλοφροσύνας καὶ συνδιαιτήσεις.* Utrumque de conjugio dicitur: *συμβιοῦν*, Vit. p. 481. B. Opp. Mor. 769. F. 789. B. *τὸν πάλαι συνοικοῦντα καὶ συμβιοῦντα— οἰόμενος δεῖν ἀφεῖναι διὰ τὸ γῆρας τὴν γυναῖκα.* 139. A. 217. F. Phintys Stob. p. 445. *Συμβίωσις*, ſupra 138. D. 263. E.

Numa p. 77. D. Pericle 165. D. Dion. 966. D. Arato p. 1034. D. Hierocles ap. Stob. p. 415. 20. Antipater p. 417. 49. Muſonius p. 424. in eodem argumento: μεγάλη μὲν γὰρ γένεσις ἀνθρώπυ, ἣν ἀποτελεῖ τῦτο τὸ ζεῦγος· ἀλλ' ὅπω τοῦτο ἱκανὸν τῷ γαμοῦντι, ὃ δὴ καὶ δίχα γάμυ γένοιτ' ἂν συμπλεκομένων ἄλλως, ὥσπερ καὶ τὰ ζῶα συμπλέκεται αὐτοῖς· δεῖ δὲ ἐν γάμῳ πάντως συμβίωσίν τε εἶναι ϗ κηδεμονίαν ἀνδρὸς ϗ γυναικὸς περὶ ἀλλήλυς—. Frequentiſſimum eſt συνοικεῖν, modo p. 142. A. Vit. p. 4. D. 8. F. 13. B. 28. B. 30. A. 40. E. 165. B. D. 171. F. 238. E. 256. B. 259. B. 297. D. 316. C. 335. D. 385. B. 449. D. 481. A. 505. A. 543. B. 623. A. 648. E, F. 711. E. 712. C. 771. A. 778. F. 794. A. 824. D. 853. A. 875. C. 894. E. 907. E. 920. C. 955. F. 959. B. 960. C. D. F. 969. B. 987. A. Sic συνοικίζειν τινὶ γυναῖκα, *deſpondere cui uxorem*. Vit. 473. B. 481. B. 583. D. 642. C. 662. C. 805. A. 955. D, E. 956. B: et reſtituendum pro vitioſo συνοικεῖν 258. E. et 800. C.

p. 143. A. ὁ Ῥωμαῖος νομοθέτης ἐκώλυε—] Apud Stob. 16. Plutarchus Quæſt. Rom. VII. p. 265. E: in hujus Legis cauſſam inquirit, Διὰ τί δῶρον λαβεῖν ἀνδρὶ παρὰ γυναικὸς, καὶ γυναικὶ παρὰ ἀνδρὸς ἀπείρηται. Ulpianus L. 1. De Donationibus inter Virum et Uxorem, Digeſt. XXIV. 1. Briſſonius De Ritu Nupt. p. 302.

143. A. Ἐν Λέπτει τῆς Λιβύης] Sumſit hinc Hieronymus Adv. Jovinian. I. 38. A: *In Lepti, urbe ſemibarbara, poſita in ſolitudine, moris eſt, ut nurus altera die ſocrum ollam mutuum poſtulet. Cui illa ſtatim negat, ut ſcias* (f. *ſciat*) *illud verum eſſe Terentii, quod conſulto ambigue extulit: Quid eſt hoc? omnes ſocrus oderunt nurus.* Comici eſt in Hecyra II. 1. 4.

143. C. Ποιεῖ γὰρ καὶ τὸ πιςεύειν δοκεῖν πιςεύεσθαι] Seneca Ep. III. p. 6: *Fidelem ſi putaveris facies:* et hoc dictum et noſtrum locum annotavit Gatakerus ad Marc. Antonin. I. 15. p. 18. E. Hac animadverſione expediendus eſt Plutarchus in Cicerone p. 869. E: πολλοῖς δὲ τῶν μετέχειν δοκέντων τῆς συνωμοσίας διαλεγόμενος κρύφα, ϗ πιςεύων, ἔγνω τὴν πρὸς τὺς ξένυς κοινολογίαν· ubi legendum vel πιςεύειν δοκῶν, vel πιςευόμενος, vel πιςευόμενος τῷ πιςεύειν δοκεῖν.

143. C. Τοῖς περὶ τὸν Κῦρον Ἕλλησι—καὶ ἀπραΰνουσιν] Apud tobæum p. 442. unde ſumſit Anonymus MS. in Ἀπομνημ. lorent. eadem varietate lectionis: μέγα βοήσαντας ἐξελαύ-ειν, quocum conſentit Exempl. T. at T. et P. μεταβοήσαντες. Iiſtoria apud Xenophontem Exped. Cyri non ita diſerte xſtat, quod et Reiſkius monuit: tamen Plutarchus eam nde I. 7. 4: 8. 13. ſuſcepiſſe ac memoriter prodidiſſe viletur.

143. C. Εὐριπίδης αἰτιᾶται—] Medea 190.

143. D. ὁ ποιητής] Iliad. Ξ. 205—209.

143. E. Ἡ μὲν γὰρ ὠδίνουσα] Fabula Æſopica, in Collectionibus vulgatis, quod ſciam, non prodita. Meziriacus vult περιέπεσον.

143. F. Ἡ Ἑρμιόνη δοκεῖ τι λέγειν ἀληθές—] In Euripidis Andromache 930. Adhibuit exemplum Nicoſtratus ap. Stob. Tit. LXXIII. p. 446: Φυλακτέον δὲ καὶ περὶ γυναικῶν αὐτῆς φιλίας καὶ συνηθείας, τὸ τοῦ Εὐριπίδου μεμνημένους· ἡ γὰρ δὴ ἐξαμαρτάνουσα, οὐχ αὑτὴν ἔλεγεν αἰτίαν, ἀλλ᾽ ἐκείνας ἃς τραγῳδεῖ κακῶν γυναικῶν εἴσοδοί με ἀπώλεσαν. Ejuſdem argumenti monitum eſt in Naumachii carmine ibidem p. 439. 1. Pertinet eodem Plutarchi dictum in Conſolat. ad Uxor. p. 610. B: καὶ μὴν ὅγε μέγιστον ἐν τούτῳ καὶ φοβερώτατόν ἐστι, οὐκ ἂν φοβηθείην κακῶν γυναικῶν εἰσόδους. Parodia eſt in verſu, quem, ut Menandreum, nulla auctoritate citat Harduinus ad Plinium Hiſt. Nat. XXIX. 6: Πολλῶν ἰατρῶν εἴσοδος μ᾽ ἀπώλεσεν. Ex Plutarchi hoc loco ſumſit Hieronymus Adv. Jovinian. I. p. 37. H: *Totæ Euripidis tragœdiæ in mulieres maledicta ſunt: unde et Hermione loquitur, Malarum me mulierum decepere conſilia.* In dictione τι λέγειν ἀληθὲς, hoc ἀληθὲς videtur librarii eſſe additamentum; neque enim alibi ita loquitur Plutarchus, et frequentatur ſin. τι λέγειν, *aliquid dicere:* aut, ſi forte aliud Adjectivum additur, hoc proponitur: veluti hic dicendum erat ἀληθές τι.

143. F. γινόμενόν ἐστιν] Dictum pro γίνεται. Notatum p. 40. D.

143. F. πῦρ ἐπὶ πῦρ] Notavimus ad p. 61. A: et eſt hæc uſitata forma, nec præferendum Meziriaci πυρί.

143. F. τὸ τοῦ Φιλίππου] Plutarchus De Ira Cohib. p.

457. F: *καί τινων λεγόντων, ὡς οἰμῶξαι προσήκει τοὺς Ἕλληνας, ὅτι εὖ πάσχοντες ὑπὸ τοῦ Φιλίππου κακῶς αὐτὸν λέγουσι, Τί οὖν, ἔφη, ποιήσουσι, ἂν κακῶς πάσχωσι.* Paulo diverſe in Apophthegm. Reg. et Duc. p. 179. A: *Ἀγανακτούντων δὲ τῶν φίλων, ὅτι συρίττουσιν αὐτὸν ἐν Ὀλυμπίοις εὖ πεπονθότες οἱ Πελοποννήσιοι, Τί οὖν, εἶπεν, ἐὰν κακῶς πάθωσι.* Simile eſt Pauſaniæ Apophth. Lacon. p. 230. D. *β'*.

p. 144. A. *Ὁ τὸν δραπέτην ἰδὼν*—] Fluxit vel ab Æſopica, vel a Comica, fabula. Geminum eſt dictum Phocionis de Ariſtogitone I. 746. E. II. 188. A.

144. A. *ἀπόλειψιν γράφουσα*] Expoſuimus ad p. 100. E.

144. A. *Ἀθηναῖοι τρεῖς ἀρότους ἱεροὺς ἄγουσι—παίδων τεκνώσει*] Juſtum matrimonium procreandæ ſoboli conciliatum, dici *ἄροτον παίδων*, item *γυναῖκα ἄγεσθαι ἐπ' ἀρότῳ παίδων γνησίων*, ſatis conſtat, et annotatum a viris doctis, Hemſterhuſio ad Luciani Timonem T. I. p. 127. aliiſque ab eo laudatis, tum Weſſelingio ad S. Petiti Leg. Attic. p. 533. At tres illas *ſacras arationes* Athenienſium, haud ſcio, an nuſquam ita diſerte alibi legerim: et eruditiſſimi viri hunc locum memorantes, J. Meurſius De Regno Athen. I. 14. Gatakerus De Stilo Nov. Fœd. p. 70. non aliis teſtibus ejuſdem rei adhibitis, ſatis ipſi oſtendunt ſibi alios teſtes defuiſſe. Heſychius quidem aliquid, ſed breviter nec diſtincte in voce *Βουζύγης· ἥρως Ἀττικὸς, ὁ πρῶτος βοῦς ὑπὸ ἄροτρον ζεύξας· ἐκαλεῖτο δὲ Ἐπιμενίδης· καθίστατο δὲ παρ' αὐτοῖς καὶ τοὺς ἱεροὺς ἀρότους ἐπιτελῶν Βουζύγης*: ubi Abreſchius et alii occuparunt, quæ ego in adverſariis de Buzyge notaveram. Has arationes Athenienſes *ἄγουσι*, *agunt*, *celebrant*, tamquam feſta: probandum videtur præ altera lectione *λέγουσι*, quam dant A. B. E. T: et fuerit fortaſſe hæc cerimonia pars feſti *Προηροσίων*, ante arationem acti; de quo Harpocration, Suidas, Meurſius Lect. Attic. II. 1. In *ἐπὶ Σκίρῳ* conſentiunt codices excepto uno P. qui dat *ἐπὶ Σκύρῳ*, quod reddiderunt Amyotus et Cruſerius: nec vulgato debet æquiparari, minus etiam præferri. *Σκίρον*, locus Atticæ, memoratur Pauſaniæ I. 36. p. 88. ut conjunctus cum Cereris religione; item Harpocrationi voc. *Σκίρον*, unde ſumſit Scholiaſtes Ariſtophanis Eccleſ. 18: Stephano Byz. voc.

Σκίρος: hinc et feſtum τὰ Σκίρια. Altera, ἐν τῇ Ῥαρίᾳ, loco item celebrato Cereris et nomine et cultu; de quo ſatis nobis eſt laudaſſe J. Meurſium De Regno Athen. I. 14. p. 69. ſeq. et D. Ruhnkenium ad Hymnum in Cererem 450. Tertia, ὑπὸ Πέλιν, ſcripturam non habet ſatis exploratam: nec Πέλις in Attica locus cuiquam memoratus: in vulgata tamen hac noſtra excerpta codicum et reliqui libri conſentiunt, excepta Baſileenſi, cujus eſt ὑπὸ πόλιν, quod ſequitur Xylander cum in Græca editione, tum in Latina interpretatione, reddens *ſub ipſa urbe*, item Amyotus et Cruſerius: et Hemſterhuſius, cujus exemplum editionis Plutarchi duobus voluminibus formæ maximæ anni 1599. raris illud et breviſſimis fere uno verbo ſignificatis notulis præditum, ex ipſius auctione emi: hic igitur Latina ſic mutavit, *ſub ipſam arcem*; ſcilicet quod πόλις antiquitus arx diceretur; ut ipſe tradidit ad Ariſtophanis Plutum 772. Quamquam hac in ſententia omnino requiram Articulum, ὑπὸ τὴν πόλιν, præſertim in Plutarcho, qui ſic ſolet: veluti Fab. Max. p. 185. E. 186. F. Agide p. 193. E. Sulla 465. C: et cum aliis nominibus. v. c. Vit. 134. A. 325. E. ὑπὸ τὸν Κιθαιρῶνα: ſimiliter 326. E. 343. E. 347. B. 449. D. 461. D. 462. C. 463. A. 839. A. 970. D. 973. D. H. Stephanus Theſ. L. Gr. T. I. p. 743: "Βουζύγιον, qui et *Peltis* vocatus, ubi Athenienſes eſſe dicebant tertiam ſacram arationem: ut eadem vulg. l. tradunt ex Plut. Nuptial." ubi ſcriptura *Peltis* potius ab errore novitii deſcriptoris, quam ab auctoritate codicis, veniſſe videtur. In Auſonio Epiſt. XX. 47: *Triptolemon olim, ſive Epimenidem vocant, Aut Tullianum Buzygem, Tuo locabo poſtferendos nomini*: Nomen quidem *Tullianum* ex antecedenti *Tullii frumentariam* temere natum dicam: Iſ. Voſſius mutavit in *Bulianum*, a Bulia, ut inquit, civitate Atticæ; quam vere non ſtatuo: certe et Plutarchi ὑπὸ Πέλιν et Auſonii Tullianum, quamvis fortaſſe corrupta, tamen ad ejuſdem loci ſignificationem pertinere, dicam.

144. B. Σοφοκλῆς εὔκαρπον Κυθήρειαν—] Ex deperdito et incerto dramate: hinc in Lexico Sophocleo poſuit Brunck-

ſus T. II. p. 56: Plutarchus iterum adhibet in Amatorio p. 756. E.

144. B. μὴ σπείροντας, ἐξ ὧν οὐδὲν αὐτοῖς φύεσθαι θέλεσιν] Platonis eſt præceptum Leg. VIII. p. 646. H: —μηδ' εἰς πέτρας τε καὶ λίθυς σπείροντας, οὗ μή ποτε φύσιν τὴν αὑτοῦ ῥιζωθὲν λήψεται γόνιμον· ἀπεχομένυς δὲ ἀρύρας θηλείας πάσης, ἐν ᾗ μὴ βούλοιτο (forte βούλοιο) ἄν σοι φύεσθαι τὸ σπαρέν. Spectavit eamdem auctoritatem Maximus Tyrius Diſſ. XXVI. fin. p. 321. Ἄδικος ἡ μῖξις, ἄγονος ἡ συνυσία· ἐπὶ πετρῶν σπείρεις, ψάμμυς ἀροῖς· ad quem locum D. Heinſius Platonis fontem notavit p. 64. Diſertius etiam Clemens Alexandr. Pædag. II. p. 192. A. in Philoſophi præceptis hoc ponens, μὴ σπεῖρε, οὗ μὴ βούλοιο ἄν σοι φύεσθαι τὸ σπαρέν· ubi Sylburgius hunc Plutarchi locum memorat.

144. B. Γοργίου τοῦ ῥήτορος] Sumſit hinc Hieronymus Adv. Jovinian. I. p. 37. H: *Gorgias rhetor librum pulcherrimum de concordia, Græcis tunc inter ſe diſſidentibus, recitavit Olympiæ. Cui Melanthius inimicus ejus: Hic nobis, inquit, de concordia præcipit, qui ſe et uxorem et ancillam tres in una domo concordare non potuit. Æmulabatur quippe uxor ejus ancillulæ pulchritudini, et caſtiſſimum virum quotidianis jurgiis exagitabat.* De Olympica oratione ejus Ariſtoteles III. 14. Philoſtratus Vit. Soph. I. 7. alii.

144. B. Μέλανθος] Μελάνθιος legit et Hieronymus: et verterunt Amyotus atque Xylander. Illuſtrius hoc eſt nomen, itaque ſimpliciter poſitum; ut idem ſignificetur, cujus alia alibi dicta refert Plutarchus; quamquam ad eumdem omnia referre, temporum rationes vix ſinunt. Quædam notavimus ad p. 20. C. 41. C.

144. C. Τὸν αἴλυρον ὀδμῇ μύρων ἐκταράττεσθαι] Diverſum fere narrat Ælianus Nat. Animal. VI. 27: φασὶ δὲ τοὺς αἰλύρυς πάντα ὅσα δυσώδη ἐςὶ μισεῖν τε καὶ βδελύττεσθαι. Vultures et Canthari unguentis perire dicuntur. Theophraſto De Cauſ. Plant. VI. 4. fin. Æliano Nat. An. I. 38. III. 7. IV. 18. VI. 46.

144. D. ταῖς μελίτταις] Apes et male olentia averſari et unguenta, produnt Ariſtoteles Hiſt. An. IX. 40. p. 297.

Ælianus Nat. An. I. 58: de unguentis, Theophraſtus l. c. de iiſdem et recentibus a re venerea hominibus Ælianus V. 11. p. 253: Ἔϛι δὲ καὶ σωφροσύνην ἀκροτάτη (ἡ μέλιττα)· χλιδὴν γοῦν καὶ θρύψιν μεμίσηκε· ϗ τὸ μαρτύριον· τὸν χρισάμενον μύρῳ διώκει τε καὶ ἐλαύνει, ὡς πολέμιον ἀνήκεϛα δράσαντα· οἶδε δὲ ϗ τὸν προσελθόντα ἐξ ἀκολασίας ϗ ὁμιλίας τῆς πρός τινα, ϗ διώκει ἐκεῖνον οἷα δήπȣ ἔχθιϛον. Florentinus in Geoponicis XV. 2. 19: πρὸς πάντας δὲ προσιόντας ἀνθρώπȣς δυσχεραίνȣσαι καὶ ἐπ' αὐτὰς ὁρμῶσαι, χαλεπώτεραί εἰσι τοῖς οἴνȣ καὶ μύρȣ ὄζȣσι· καὶ γυναιξὶ δὲ ἐπέρχονται, μάλιϛα δὲ ταῖς ἠφροδισιασμέναις· ubi alia etiam docte et opportune tradit Niclaſius.

144. D. Οἱ προσιόντες ἐλέφασιν—ταύροις·] Plutarchus De Fortun. et Virt. Alexandri Or. I. p. 330. B: ζῶα θηρεύοντες ἄνθρωποι δορὰς ἐλάφων περιτίθενται—ϗ φυλάττονται ταύροις ὀφθῆναι φοινικίδας ἔχοντες, ἐλέφασι δὲ λευκȣ̀ς χιτῶνας· ἐρεθίζεται γὰρ ὑπὸ τῶν χρωμάτων τὰ ζῶα τούτων ϗ διαθηριοῦται.

144. D. τὰς δὲ τίγρεις—] Plutarchus De Superſtit. p. 167. C: τὰς τίγρεις φασὶ περιτυμπανιζομένας ἐκμαίνεσθαι καὶ ταράττεσθαι, καὶ τέλος ἑαυτὰς διασπᾷν.

144. E. Κυμβάλοις καὶ τυμπάνοις] Significat muliebre ſtudium in colenda religione peregrina, veluti Cybelæ, cujus in cultu, *Tympana tenta tonant palmis, et cymbala circum Concava*: ut canit Lucretius II. 618: quod expoſuimus ad p. 56. E.

144. E. πᾶσα γυνὴ τοῦ λύχνȣ ἀρθέντος ἡ αὐτή ἐϛι] Eſt in Metricis Proverbiis ex Joſ. Scaligeri Stromateo apud A. Schottum, 527. Γυνὴ δὲ πᾶσ' αὐτή 'ϛιν ἀρθέντος λύχνȣ. Jam antea ex hoc loco ſumſerat Apoſtolius Proverb. XII. 24. addens Plutarchi verba Τοῦτο πρὸς τὰς μοιχικοὺς—φιλόϛοργον· recte dans τὰς pro τοὺς, minus recte μοιχικοὺς et ἥδιον pro ἴδιον. Retulit etiam hinc Eraſmus Adag. p. 617.

144. F. Ὁ Πλάτων τοῖς πρεσβύταις—] Leg. V. p. 605. C. Notavimus ad p. 14. B.

p. 145. A. ὡς τοῦ θαλάμȣ αὐτῇ διδασκαλίου—γενησομένȣ·] B. E. T. P. ὡς τὸν θάλαμον αὐτῇ διδασκαλεῖον—γενησόμενον· in forma certe διδασκαλεῖον rectius, nec in Accuſativo deterius; quippe qui Caſus haud ſecus atque Genitivus in

ius T. II. p. 56: Plutarchus iterum adhibet in Amatorio p. 756. E.

144. B. *μὴ σπείροντας, ἐξ ὧν οὐδὲν αὐτοῖς φύεσθαι θέλουσιν*] Platonis eſt præceptum Leg. VIII. p. 646. H: —*μηδ' εἰς πέτρας τε καὶ λίθους σπείροντας, οὗ μή ποτε φύσιν τὴν αὐτοῦ ῥιζωθὲν λήψεται γόνιμον· ἀπεχομένους δὲ ἀρούρας θηλείας πάσης, ἐν ᾗ μὴ βούλοιτο* (forte *βούλοιο*) *ἄν σοι φύεσθαι τὸ σπαρέν*. Spectavit eamdem auctoritatem Maximus Tyrius Diſſ. XXVI. fin. p. 321. *Ἄδικος ἡ μίξις, ἄγονος ἡ συνουσία· ἐπὶ πετρῶν σπείρεις, ψάμμους ἀροῖς·* ad quem locum D. Heinſius Platonis fontem notavit p. 64. Diſertius etiam Clemens Alexandr. Pædag. II. p. 192. A. in Philoſophi præceptis hoc ponens, *μὴ σπεῖρε, οὗ μὴ βούλοιο ἄν σοι φύεσθαι τὸ σπαρέν·* ubi Sylburgius hunc Plutarchi locum memorat.

144. B. *Γοργίου τοῦ ῥήτορος*] Sumſit hinc Hieronymus Adv. Jovinian. I. p. 37. H: *Gorgias rhetor librum pulcherrimum de concordia, Græcis tunc inter ſe diſſidentibus, recitavit Olympiæ. Cui Melanthius inimicus ejus: Hic nobis, inquit, de concordia præcipit, qui ſe et uxorem et ancillam tres in una domo concordare non potuit. Æmulabatur quippe uxor ejus ancillulæ pulchritudini, et caſtiſſimum virum quotidianis jurgiis exagitabat.* De Olympica oratione ejus Ariſtoteles III. 14. Philoſtratus Vit. Soph. I. 7. alii.

144. B. *Μέλανθος*] *Μελάνθιος* legit et Hieronymus: et verterunt Amyotus atque Xylander. Illuſtrius hoc eſt nomen, itaque ſimpliciter poſitum; ut idem ſignificetur, cujus alia alibi dicta refert Plutarchus; quamquam ad eumdem omnia referre, temporum rationes vix ſinunt. Quædam notavimus ad p. 20. C. 41. C.

144. C. *Τὸν αἴλουρον ὀδμῇ μύρων ἐκταράττεσθαι*] Diverſum fere narrat Ælianus Nat. Animal. VI. 27: *φασὶ δὲ τοὺς αἰλούρους πάντα ὅσα δυσώδη ἐστὶ μισεῖν τε καὶ βδελύττεσθαι.* Vultures et Canthari unguentis perire dicuntur. Theophraſto De Cauſ. Plant. VI. 4. fin. Æliano Nat. An. I. 38. III. 7. IV. 18. VI. 46.

144. D. *ταῖς μελίτταις*] Apes et male olentia averſari et unguenta, produnt Ariſtoteles Hiſt. An. IX. 40. p. 297.

Ælianus Nat. An. I. 58: de unguentis, Theophraſtus l. c. de iiſdem et recentibus a re venerea hominibus Ælianus V. 11. p. 253: Ἔϛι δὲ ϗ σωφροσύνην ἀκροτάτη (ἡ μέλιττα)· χλιδὴν γοῦν καὶ θρύψιν μεμίσηκε· ϗ τὸ μαρτύριον· τὸν χρισάμενον μύρῳ διώκει τε καὶ ἐλαύνει, ὡς πολέμιον ἀνήκεϛα δράσαντα· οἶδε δὲ ϗ τὸν προσελθόντα ἐξ ἀκολασίας ϗ ὁμιλίας τῆς πρός τινα, ϗ διώκει ἐκεῖνον οἷα δήπου ἔχθιϛον. Florentinus in Geoponicis XV. 2. 19: πρὸς πάντας δὲ προσιόντας ἀνθρώπους δυσχεραίνουσαι καὶ ἐπ' αὐτοὺς ὁρμῶσαι, χαλεπώτεραί εἰσι τοῖς οἴνου καὶ μύρου ὄζουσι· καὶ γυναιξὶ δὲ ἐπέρχονται, μάλιϛα δὲ ταῖς ἠφροδισιασμέναις· ubi alia etiam docte et opportune tradit Niclaſius.

144. D. Οἱ προσιόντες ἐλέφασιν—ταύροις·] Plutarchus De Fortun. et Virt. Alexandri Or. I. p. 330. B: ζῶα θηρεύοντες ἄνθρωποι δορὰς ἐλάφων περιτίθενται—ϗ φυλάττονται ταύροις ὀφθῆναι φοινικίδας ἔχοντες, ἐλέφασι δὲ λευκοὺς χιτῶνας· ἐρεθίζεται γὰρ ὑπὸ τῶν χρωμάτων τὰ ζῶα τούτων ϗ διαθηριοῦται.

144. D. τὰς δὲ τίγρεις—] Plutarchus De Superſtit. p. 167. C: τὰς τίγρεις φασὶ περιτυμπανιζομένας ἐκμαίνεσθαι καὶ ταράττεσθαι, καὶ τέλος ἑαυτὰς διασπᾷν.

144. E. Κυμβάλοις καὶ τυμπάνοις] Significat muliebre ſtudium in colenda religione peregrina, veluti Cybelæ, cujus in cultu, *Tympana tenta tonant palmis, et cymbala circum Concava:* ut canit Lucretius II. 618: quod expoſuimus ad p. 56. E.

144. E. πᾶσα γυνὴ τοῦ λύχνου ἀρθέντος ἡ αὐτή ἐϛι] Eſt in Metricis Proverbiis ex Joſ. Scaligeri Stromateo apud A. Schottum, 527. Γυνὴ δὲ πᾶσ' αὐτή 'ϛιν ἀρθέντος λύχνου. Jam antea ex hoc loco ſumſerat Apoſtolius Proverb. XII. 24. addens Plutarchi verba Τοῦτο πρὸς τὰς μοιχικοὺς—φιλόϛοργον· recte dans τὰς pro τοὺς, minus recte μοιχικοὺς et ἤδιον pro ἴδιον. Retulit etiam hinc Eraſmus Adag. p. 617.

144. F. 'Ο Πλάτων τοῖς πρεσβύταις—] Leg. V. p. 605. C. Notavimus ad p. 14. B.

p. 145. A. ὡς τοῦ θαλάμου αὐτῇ διδασκαλίου—γενησομένου·] B. E. T. P. ὡς τὸν θάλαμον αὐτῇ διδασκαλεῖον—γενησόμενον· in forma certe διδασκαλεῖον rectius, nec in Accuſativo deterius; quippe qui Caſus haud ſecus atque Genitivus in

Conſequentia cum ὡς conjungi ſolet: quod docuimus ad p. 31. F.

145. A. τὰ πρὸς Ἀριστύλλαν ὑπὸ Τιμοξένας γεγραμμένα] De neutra alibi quid legimus: neque adeo a novitiis ſcriptoribus eas in mulieribus doctis numeratas vidimus. Muliebre nomen *Timoxenæ* confirmant et codices, et argumenti ratio, et maſculi nominis Τιμοξένους vitium, quippe linguæ norma Τιμοξένῃ requirebat a ξένος, ut Reiſkius quoque animadvertit: cui tamen nolim concedere, hanc *Timoxenam* fuiſſe uxorem Plutarchi, quippe maritus non ita ſimpliciter eam ſolo nomine, ſed cum aliqua hujus neceſſitudinis ſignificatione, nominaſſet.

145. B. γυναικωνίτιδος—ἀνδρωνίτιδι] Oppoſitio hæc fere proverbii frequentiam habet: quod exponemus p. 457. C.

145. B. μετ' ἀποδείξεως καὶ κατασκευῆς] *Cum demonſtratione et apparatu dictis:* i. e. non amplius ad pueritiæ captum, ſed jam ad virilis ætatis facultatem: κατασκευὴ declarata p. 30. D. 79. B: ἀπόδειξις, ſcientiæ effectrix, proprium Philoſophiæ inſtrumentum, ſupra puerilem inſtitutionem habetur, v. c. Opp. Mor p. 35. E. 36. D. 48. A. 422. C. 580. A. 660. E. 756. B. 877. B. 1014. A. 1015. F. 1020. F. 1028. C. 1053. C. 1059. E. 1105. A. 1145. A. Vit. 305. E. 306. A. 307. D, E. 308. F. Plato Epinom. 701. E.

145. B. Πατὴρ μὲν γάρ ἐσσὶ] Ad ſolutam orationem accommodat alloquium Andromachæ ad Hectorem Iliad. Z. 429:

Ἕκτορ, ἀτὰρ σύ μοι ἐσσὶ πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ,
Ἠδὲ κασίγνητος, σὺ δέ μοι θαλερὸς παρακοίτης.

145. C. περὶ Ἀγανίκης—] *Aglaonicam* nominat De Defect. Orac. p. 416. F. ſeq. αἱ Θετταλαὶ λέγονται κατασπᾷν τὴν σελήνην· ἀλλ' ἐκείνων μὲν ἐν γυναιξὶ τὸ πανοῦργον ἔσχε πίστιν, Ἀγλαονίκης τῆς Ἡγήτορος, ὥς φασιν, ἀστρολογικῆς γυναικὸς ἐν ἐκλείψει σελήνης ἀεὶ προσποιουμένης γοητεύειν καὶ καθαιρεῖν αὐτήν. Scholiaſtes Apollonii Rhod. IV. 59. ut ſolet, docte complura tradit, in his, Ἀγλαονίκη Ἡγέμονος θυγάτηρ ἔμπειρος οὖσα τῆς

ἀςρολογίας καὶ εἰδυῖα τὰς ἐκλείψεις τῆς σελήνης, ὁπότε μέλλοιεν γενήσεσθαι, ἔφασκε τὴν θεὸν καθαιρεῖν. Hegetor, quiſquis fuit, certe non idem habendus atque *Agetor* ſamiliaris Menedemi, memoratus Diogeni Laertio II. 138. ut voluit Reiſkius; ſiquidem antiquiſſima hæc fuit et ab Aglaonica fluxit opinio. Nota autem eſt hæc de Theſſalis mulieribus fabula multiſque memorata: v. c. Plutarcho De Pyth. Orac. p. 400. B. Ariſtophani Nub. 747. Platoni Gorgia p. 308. D. Menander in *Theſſala* teſte Plinio H. N. XXX. 2. Dion Chryſ. Or. XLVII. 525. A. Euſtathius in Baſil. M. Hexaëmeron p. 17. Meziriacus ad Ovidii Epiſt. T. II. p. 88. Salvagnius ad Ovidii Ibin 287.

145. D. μύλας καλοῦσι.] Hippocrates De Morb. Mulier. I. p. 618. Fœſius Œcon. Hipp. voc. Μύλη. Ariſtoteles De Generat. Animal. IV. 7: περὶ δὲ τῆς καλυμένης μύλης·— τίκτυσι γὰρ ὃ καλοῦσι μύλην·—τότε γίνεται ἡ καλουμένη μύλη· rei ratio legatur apud hos ipſos auctores: ex dictione quidem Ariſtotelis apparet, ex hujus fonte hanc mentionem duxiſſe Plutarchum: cujus hæc verba, τὰ δὲ ἄμορφα κυήματα—μύλας καλῦσι, habent enallagem conſtructionis, quæ requirebat hanc collocationem, ἔςι δὲ ἄμορφα κυήματα—ἃ μύλας καλῦσι, cujus et uſus late patet, et obſervatio multis impeditis Veterum locis lucem adfert, de qua alibi exponemus. Plinius H. N. VII. 13: *Solum autem animal menſtruale mulier eſt: inde unius utero quas appellarunt molas. Ea eſt caro informis inanima, ferri ictum et aciem reſpuens.*

145. D. παιδίον—ποιῆσαι] Inſolentius dictum, in primis de muliere; ut forte quis de mendo ſuſpicans malit κυῆσαι vel ποιήσασθαι. De viro quidem et ipſum rarius, dicitur tamen ſemel a Plutarcho Pyrrho p. 402. C: παῖδας—ποίει. Diogene Laertio I. 94.

145. D. ἄτοπα πολλὰ καὶ φαῦλα] B. omittit ἄτοπα· et ſane per ſe ſtare poteſt πολλὰ καὶ φαῦλα· qua de compoſitione monuimus ad p. 41. E.

145. E. πλουσίας—Ξένης] Oppoſitionis ratio videatur deſiderare, πολίτιδος pro πλουσίας, in quod illud facile a deſcriptore mutari potuerit. Nec tamen contendam illud a Plutarcho ſcriptum fuiſſe.

145. E. Θεανοῦς—Κορνηλίας] Idem clararum chorus mulierum hinc excitatus eſt ab Hieronymo Adv. Jovinian. I. fin. p. 38: *Imitemur ergo nuptæ Theano, Cleobulinam, Gorguntem, Timocliam, Claudias atque Cornelias.* De ſingulis Reiſkius quid notavit. *Theano*, Pythagoræ uxor: Fabric. Bibl. Gr. Vol. I. p. 528. Menagius Hiſtor. Mulier. Philoſ. §. 79. Olearius De Poetr. Gr. §. 73. *Cleobulina*, filia Cleobuli, unius ex VII. Sap. de qua mox dicetur ad Conviv. VII. Sap. Menagius §. 4. et ad Diog. Laert. I. 89. Olearius §. 17. *Gorgo*, Leonidæ uxor dicitur item Apophth. Lac. p. 227. E. Lycurg. 48. B: eadem fuit Cleomenis filia, ut teſtatur Herodotus VII. fin. eoque ſolo cognomine vocatur, V. 48. 51. et a Plutarcho Apophth. Lacæn. p. 240. D. *Timoclea* ſoror Theagenis Thebani laudatur a forti facto in excidio patriæ ab Alexandro M. everſæ, a Plutarcho Virt. Mul. p. 259. D. ſeq. Vita Alexandri p. 762. Polyæno VIII. 40. *Claudia*, cujus caſtitas teſtimonio ac miraculo Cybelæ in urbem invectæ comprobata eſt: de qua Propertius, *Vel tu, quæ tardam moviſti fune Cybelem, Claudia, turritæ cara miniſtra Deæ.* IV. 11. 51. Livius XXIX. 14. alii. *Cornelia* mater Gracchorum nemini ignota: de ejus eruditione, ſtudiis, epiſtolis, Cicero Brut. 26. 28. Plutarchus Vit. Gracch. p. 840. D— 843. C, D. Fabricius Bibl. Lat. Vol. I. p. 69.

145. F. καλλιγραφίαν] *Pulchritudo ſtili et orationis:* ſic Plut. Opp. Mor. p. 464. F. 683. D. Diogenes Laert. III. 66: καλλιγραφεῖσθαι Longinus De Subl. Sect. XXXIII. p. 184: de pictura Ariſtoteles Rhet. ad Alexandr. p. 158. plura Stephanus Theſ. L. Gr. T. I. p. 865. Noviſſimo uſu noſtrorum hominum dicitur de facultate literarum elementa ac figuras accurate pulchreque calamo exprimendi: quo ſenſu eſt apud Plutarchum ſemel Opp. Mor. p. 397. C.

145. F. ἡ Σαπφὼ] Amplius exſtat hoc fragmentum in Stob. Tit. IV. p. 52. unde repoſuit Fulvius Urſinus p. 12 in verſus digerens, μετέχεις retinens: quem ſecutus eſt J. Chriſtian. Wolfius p. 58. reprehenſus ob retentum μετέχεις a Valckenario ad Eurip. Phœn. 1034: quod recte

commutavit cum Æolico πεδέχοις Brunckius Analect. I. p. 57. indeque reddidit Schowius in noviſſima Stobæi editione p. 110. certe nullam in hac varietate auctoritatem codicum profeſſus. Nos Plutarcho idem citanti Symp. III. p. 646. F. ex Aldino et libris ſcriptis reſtituimus. Eodem videtur ſpectare Ariſtides Or. περὶ Παραφθέγμ. T. II. p. 377: Οἶμαι δέ σε καὶ Σαπφοῦς ἀκηκοέναι πρός τινας τῶν εὐδαιμόνων δοκουσῶν εἶναι γυναικῶν μεγαλαυχουμένης καὶ λεγούσης, ὡς αὐτὴν αἱ Μοῦσαι τῷ ὄντι ὀλβίαν τε καὶ ζηλωτὴν ἐποίησαν, καὶ ὡς οὐδ' ἀποθανούσης ἔσαι λήθη· quæ verba Fulvius Urſinus exhibet p. 19. Wolfius p. 87.

DANIELIS WYTTENBACHII

ANIMADVERSIONES

IN

PLUTARCHI

SEPTEM SAPIENTUM CONVIVIUM.

HUNC librum a Plutarcho eſſe ſcriptum, et oratio, et ratio, et doctrina oſtendunt: neque id monendum cenſeremus, niſi eum pro ſpurio habuiſſent clari duo viri J. Hudſonus et Chr. Meinerſius, uterque in diverſo genere doctiſſimus, ille in Græcis literis et Grammatica ratione, hic in Morali philoſophiæ et hiſtoriarum parte; neuter, ut vere dicam, Plutarchi conſuetudine exercitatus ad ſenſum judiciumque ejus proprietatis. Hudſonus verbo et dubitanter ſuſpicionis ſuæ mentionem injecit ad Joſephum Ant. Jud. V. 8. 6. appellans *Scriptorem Convivii ſeptem ſapientum inter opera Plutarchi.* Meinerſius in libro Germanice ſcripto *Hiſtoria Doctrinarum apud Græcos et Romanos,* cujus cenſuram prodidimus Bibliothecæ Criticæ Vol. II. Part. IV. aſſeveranter pronunciat T. I. p. 135. et rationes quoque opinionis apponit, univerſe a nobis improbatæ in illa cenſura p. 101. Rationum ſumma hæc eſt. "Primum: convivium hujuſmodi magis ad diſſerendum, "quam comedendum, inſtitutum abhorrere a more ætatis "Septem Sapientum et magis convenire mori Platonis et "ſequentium philoſophorum. Deinde: ſtilum non eſſe

.NIELIS WYTTENBACHII

ANIMADVERSIONES

IN

PLUTARCHI

ΕPTEM SAPIENTUM CONVIVIUM.

ΙC librum a Plutarcho eſſe ſcriptum, et oratio, et et doctrina oſtendunt: neque id monendum cenſe-, niſi eum pro ſpurio habuiſſent clari duo viri J. nus et Chr. Meinerſius, uterque in diverſo genere imus, ille in Græcis literis et Grammatica ratione, Morali philoſophiæ et hiſtoriarum parte; neuter, : dicam, Plutarchi conſuetudine exercitatus ad ſen-ıdiciumque ejus proprietatis. Hudſonus verbo et nter ſuſpicionis ſuæ mentionem injecit ad Joſephum ud. V. 8. 6. appellans *Scriptorem Convivii ſeptem ſa-n inter opera Plutarchi.* Meinerſius in libro Germa-:ripto *Hiſtoria Doctrinarum apud Græcos et Romanos*, cenſuram prodidimus Bibliothecæ Criticæ Vol. II. .V. aſſeveranter pronunciat T. I. p. 135. et rationes e opinionis apponit, univerſe a nobis improbatæ in :nſura p. 101. Rationum ſumma hæc eſt. " Pri-n: convivium hujuſmodi magis ad diſſerendum, m comedendum, inſtitutum abhorrere a more ætatis tem Sapientum et magis convenire mori Platonis et ıentium philoſophorum. Deinde: ſtilum non eſſe

" Plutarcheum. Porro: deſcriptionem omni carere or-" dine et ratione: dicta factaque vulgo de Sapientibus " celebrata, illis in hoc libello ita temere et ſine delectu " in eorum perſonas conferri, ut plane inducantur vani et " inepti ſapientiæ oſtentatores: et alienum eſſe ab anti-" quitatis cognitione, mulierem convivio adhibere. Tum: " verum Plutarchum in libro de EI Delphico Eumetin " non pro filia Cleobuli Lindii, ſed pro Corinthia habere. " Denique: in hoc Convivio non memorari illam inſcri-" ptionem EI Delphici, nec in libro Plutarchi De EI Del-" phico memorari hoc apud Periandrum Corinthi habi-" tum Convivium; igitur mutuo hoc ſilentio augeri frau-" dis ſuſpicionem." Quæ rationes ejuſmodi ſunt, ut neminem facile aliquo antiquitatis et Plutarcheæ rationis uſu præditum moveant. Nam partim per ſe ſunt falſæ, veluti prima, ſecunda, et tertia: partim nil inde conſicitur argumenti, quominus hujus Convivii ſcriptor Plutarchus haberi debeat, veluti quarta et quinta. Eumetis quidem *Corinthia* dicitur in libro de EI Delphico p. 401. B: ſed optimus codex E. pro Κορινθίαν, ſcripturam veriorem dat 'Ροδίαν. De ſtilo diximus in Bibliothecæ Crit. l. c. p. 101: *Stilo et oratione paulum differt ab aliis Plutarchi ſcriptis: ſed ita ut Plutarchus tamen agnoſcatur.* Omnino debebat oratio aliquantum accommodari ad argumenti et colloquentium vetuſtatem: inde in diſſimilitudine exſtat tamen ſimilitudo cum reliquis Plutarchi ſcriptis: qualis a poeta ſignificatur in ſororibus: *facies non omnibus una, Nec diverſa tamen: qualem decet eſſe ſororum.* Sed ampliorem confutationem et omittimus, ut putidam: et condonamus reliquis virtutibus viri de ingeniorum cultura bene meriti: quem haud ſcio an Reiſkius in iſtam induxerit opinionem, in principio Animadverſionum hanc notulam projiciens: *Convivium hoc a venuſtate Xenophontei longe abeſt, et refert cum eo comparatum, exercitationem tironis ad perfectum magiſtri opus, et ſunt in eo non pauca, quæ non intelligo.* Mox de Niloxeno: *Non valde congruit hiſtoriæ quod hunc ficto nomine Niloxenum dictum Naucratitam facit. Nam Thaletis ætate qui Cyro et Crœſo æqualis vixit,*

Naucratis nondum erat, condita ſub Inaro in Ægypto regnante et Artaxerxe in Perſide circa Olymp. 80. *teſte Strabone p.* 1153. *Etiam ætates ſapientium haud ſatis apte congruunt. Periander Solone eſt antiquior: mitto alia.* Hoc mihi eſt judicium docti hominis! ſi judicium dici poteſt temerarium dictum properanter ſcribentis. Primum quis a Plutarcho venuſtatem Xenophontis exigat? ſuæ utrique ſunt dotes: et huic libello ſunt Plutarcheæ dotes, quæ nec tironem, nec alienum ſcriptorem, prodant. Deinde quod Naucratin demum circa Olymp. 80. conditam pronunciat, uno Strabone auctore, eſt hoc item properanter ſcribentis. Sane, ita Strabo XVII. p. 1153. C. At vero Herodotus II. 178. narrat, *Amaſidem Græcis habitandam dediſſe Naucratin, quam jam antiquitus unicum fuiſſe Ægypti emporium.* Athenæus XV. p. 675. F. ex Polycharmo Naucratita refert factum civium Naucratitarum, addito ipſo facti tempore Olympiade XXIII. Igitur haud temere Euſebius in Chronico p. 116. notat ad Olymp. V: *Mare obtinent Mileſii, conſtruxeruntque urbem in Ægypto Naucratin:* ad quem locum Joſ. Scaliger recte quidem monet hoc ex Strabone eſſe ſumtum: minus tamen recte Euſebium *immanis anachroniſmi* accuſat; ſiquidem hic videtur Strabonis in tempore errorem corrigere voluiſſe: ut item Stephanus Byz. in voce Ναύκρατις Strabonem citans temporis et Inari mentionem omittit. Ergo Strabo vel aliorum errorem ſecutus eſt, vel ſcripſit ἐπῴκησαν, *habitatum abierunt, incoluerunt,* pro ἔκτισαν, *condiderunt,* in illo loco citato, Μιλήσιοι—καταναυμαχήσαντες Ἴναρον, πόλιν ἔκτισαν Ναύκρατον· ubi ipſum urbis nomen vitioſe vulgatur pro Ναύκρατιν; quod et Cellarius monuit Geogr. Ant. T. II. De Ægypto p. 17. Quidquid hujus rei ſit, certe Naucratis origo et Græca illuc deducta colonia ad multo antiquiora tempor quam ad Ol. LXXX. referendæ ſunt: ut item ſuſpicatur eruditiſſimus Larcherus in Indice Geographico ad Herodotum Gallice verſum T. VIII. p. 360. Denique in eadem temeritate verſatur poſtrema Reiſkii dictio, *Periander Solone eſt antiquior.* Quid enim? an idcirco non una eſſe potuerunt? Fuerunt ſane eodem tem-

pore: Periander obiit Olymp. XLVIII. 4. Solon leges tulit Athenienſibus Olymp. XLVI. 2. de quo et Corſinus docere dubitantem poterat Faſt. Attic. Vol. III. p. 85. et 76. Solonem odio tyrannidis Piſiſtrati Athenis fugientem apud Periandrum Corinthi fuiſſe, narrat Dion Chryſ. Or. XXXVII. p. 455. D.

Res ipſa declarat, propoſitum Plutarchi non fuiſſe, interiorem ſapientiam, res geſtas, vitas, Sapientum exponere: ſed inſtitutionis et morum formam in convivio tamquam in dramate oſtendere, quoad quidem convivii fines ferrent; ut ita libellum conficeret lectu cum fructuoſum, tum jucundum. Convivia jam inde ab heroicis temporibus erant vel publice vel privatim cum feſtis diebus et rebus ſacris conjuncta: privata deinde apud Cretenſes et Lacedæmonios inſtituta legibus *συσσίτια* et *φιλίτια*: in philoſophorum etiam familiis recepta et celebrata, ratione atque officiis deſcripta, quibus ſuus in philoſophia locus conſtabat; ut philoſophi laus haberetur *συμποτικὸν εἶναι*, de quo eſt Arceſilæ dictum apud Plutarchum De Ira Cohib. p. 461. C. Nil attinet nunc recenſere Convivia Philoſophorum ante Plutarchum ſcripto conſignata, quorum e numero ſuperſunt Xenophontis et Platonis libri: ſatis eſt animadvertiſſe, Plutarchum hanc recte convivandi rationem hominibus doctis convenientem tradidiſſe novem libris Sympoſiacarum Quæſtionum; quas ſi quis legerit, is profecto non dubitabit eum hujus quoque VII. Sapientum Convivii ſcriptorem eſſe: ejuſque ſcribendi ſatis idoneam ei fuiſſe cauſſam, ut oſtenderet, quomodo accommodate ad ipſorum ſapientiam et mores officio convivali functi eſſent; ſi quidem, quod Xenophon in principio Sympoſii profitetur, virorum bonorum honeſtorumque non ſolum ſeria, ſed et ludicra, digna ſunt, quæ memoriæ prodantur.

Septem ille Sapientum numerus utrum ipſorum jam ætate an poſtea demum celebratus ſit, conviviumne et conventum aliquando invicem habuerint, nil pertinet ad ſcribentem: huic ſatis eſt, ſic antiquitus traditum fuiſſe. Et vero totum hoc genus hiſtoriæ traditum in Veterum

ſcriptis, niſi aut rerum naturæ, aut locorum temporumque rationi, aut pluribus diſertiſque graviorum Scriptorum teſtimoniis repugnet, probabilitatis, id eſt, hiſtoricæ veritatis, habet auctoritatem: qua qui non contenti certius quid quærunt, res ab illa traditas ad ſuas ipſi opiniones a ſubtilitate jejuna, nec ullo antiquitatis uſu ſubacta, profectas exigunt, hi profecto ita in hiſtoria philoſophantur, ut genera veritatis philoſophæ et hiſtoricæ confundant: et plane id agunt, quod Socrates apud Platonem dixit de hominibus Sapientiæ ſpeciem affectantibus confutatione fabularum, eſſe hoc ſtudium *λίαν δεινοῦ καὶ ἐπιπόνου, καὶ οὐ πάνυ εὐτυχοῦς ἀνδρὸς*, opiniones veteres ita tractare, *αἷς εἴτις ἀπιστῶν προσβιβᾷ κατὰ τὸ εἰκὸς ἕκαστον, ἅτε ἀγροίκῳ τινὶ σοφίᾳ χρώμενος, πολλῆς αὐτῷ σχολῆς δεήσει· ἐμοὶ δὲ πρὸς ταῦτα οὐδαμῶς ἐστι σχολή.* Nec nobis otium eſt ratiunculas refellere, quarum iſtiuſmodi *σοφοὶ* ſemel ſcribendi impetu ablati una hora magnum numerum effundunt, periti inanitatem uno obtutu perſpiciunt.

Septem habitos et communiter Delphis conveniſſe, illaſque celebratas templo inſcriptas ſententias conſecraſſe primus ex iis qui exſtant ſcriptoribus narrat Plato in Protagora, et ita narrat, ut appareat hanc veterem opinionem eſſe p. 206. F. Theophraſtus apud Athen. XI. p. 463. C. VII. Sapientum Convivia, ut ſi plura fuerint, memorat: *ἐποιοῦντο δὲ καὶ οἱ ἑπτὰ καλούμενοι σοφοὶ συμποτικὰς ὁμιλίας· παραμυθεῖται γὰρ ὁ οἶνος καὶ τὴν τοῦ γήρως δυσθυμίαν· φησὶν ὁ Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ μέθης.* Plutarchus in Solone p. 80. C. non diſertam numeri mentionem faciens, tamen conventum Delphis et Convivium Corinthi apud Periandrum, vulgari fama traditum refert: *γενέσθαι δὲ μετ' ἀλλήλων ἔν τε Δελφοῖς ὁμοῦ λέγονται, καὶ πάλιν ἐν Κορίνθῳ, Περιάνδρου σύλλογόν τινα κοινὸν αὐτῶν καὶ συμπόσιον κατασκευάσαντος.* Diogenes Laertius I. 99. apponit epiſtolam Periandri ad congregatos Delphis Sapientes eos ad ſe Corinthum invitantis, nullo addito numero ſimpliciter appellantis, *Περίανδρος τοῖς Σοφοῖς·* quamquam de hujus epiſtolæ auctoritate non affirmamus. Idem I. 40. prodit quoſdam narrare horum Sapientum fuiſſe conventum in Panionio, Corinthi, et Del-

phis, Archetimum Syracuſium eorum ὁμιλίαν apud Cypſelum, Ephorum apud Crœſum, conſcripſiſſe: et qui præter hos ibi citantur Damon, Anaximenes, Dicæarchus, de his Sapientibus ita loquuntur, ut de ſeptem, περὶ τῶν ἑπτά. Sed pars loci adferenda, ut a perverſa interpretatione vindicetur: —ὁ δὲ Δικαίαρχος οὔτε σοφοὺς οὔτε φιλοσόφους φησὶν αὐτοὺς (τοὺς ἑπτὰ) γεγονέναι, συνετοὺς δέ τινας καὶ νομοθετικούς. Ἀρχέτιμος δὲ ὁ Συρακούσιος ὁμιλίαν αὐτῶν γέγραφεν παρὰ Κυψέλῳ, ᾗ καὶ αὐτός φησι περιτυχεῖν. Mericus Caſaubonus ait, ſi περιτυχεῖν retineatur, non eam fore ſententiam, quam affingant interpretes, *interfuiſſe huic congreſſui Archetimum*, ſed *incidiſſe Dicæarchum in hoc Archetimi ſcriptum*. Igitur Meibomius mutavit ita, *in quod ſcriptum et ipſe incidit*: perperam: quum antea recte verteretur, *cui ſe quoque interfuiſſe ait*. Quod ſi enim hoc voluiſſet Laertius, debebat ſcribere Ἀρχέτιμον δὲ τὸν Συρακούσιον ὁμιλίαν αὐτῶν γεγραφέναι παρὰ K.—Ratio certe grammatica non ſinit in ea quæ nunc eſt Græcorum verborum conſtructione, ad remotius Δικαίαρχος referri. Ergo teneamus hunc ſenſum, *Archetimus dixit ſe huic congreſſui interfuiſſe*, ſive hoc vere dixerit Archetimus, ſive finxerit: neque enim repugnat illius ætatis rationi, librum ſcribi ſoluta oratione, cujus vulgo temere primum ſcriptorem faciunt Pherecydem ſupparem ætati Septem Sapientum; quaſi vero antea proſæ uſus in ſcribendis libris nullus fuiſſet. Sed de hoc alias. Erat quidem ad hunc quem volumus ſenſum accommodatius ac ſolennius παρατυχεῖν: ſed et περιτυχεῖν commode intelligitur, *intervenire huic congreſſui, incidere in eam*: ut idem loqui ſolet Laertius, v. c. I. 109. εἰς τὴν ἑαυτοῦ οἰκίαν εἰσιὼν, περιέτυχε τοῖς συνθανομένοις τίς εἴη· *ingreſſus in domum ſuam incidit in homines interrogantes quis eſſet*. VI. 10: Ποντικοῖς νεανίσκοις κατὰ κλέος Σωκράτους ἀφιγμένοις περιτυχών: et alii ſæpe, Plutarchus Pyrrho p. 406. B. Apophthegm. Lac. p. 234. B. Ælianus Var. Hiſt. II. 10. 11. 18. IV. 1. V. 14. XII. 22. XIV. 20. Sed et *in librum incidere* dicitur ab eodem Laërtio II. 2. 97. περιετύχομεν βιβλίῳ. Maneat igitur hujus dicti ſententia, quam diximus.

Jam in deſcribenda Convivii forma, et tribuendis ſuis

cuique convivæ partibus, probabiliter verſatus eſt. Ac primum quidem, in ipſa Convivii ratione nil eſt, quod ab illius ætatis more abhorreat. Deinde, convivas ea dicere et agere fecit, quæ ab illis dicta actaque eſſe vulgaris fama erat: qua in re adeo non reprehendendus eſt, ut potius laudari debeat. Porro nil iis affinxit, quod magnopere ab eorum doctrina et moribus alienum eſſet. Dico *magnopere:* nam quædam etiam iis tribuit de ſuo, præcepta et exempla, quæ alibi ſub aliorum vel ſua ipſe auctoritate memoraverat: quibus nunc ex ipſorum perſona Sapientum pronunciatis, libellus ornaretur et ad præſentis ſæculi captum magis accommodaretur. Qua in re haudquaquam conceſſos Dialogorum generi fines migravit: quod haud dubie cognatum eſt poeticæ, id eſt, fingendi licentiæ, et ſic inſtitutum erat a Platone; quod nuper oſtendimus in Epiſtola ad Heuſdium noſtrum, ejus Specimini Platonico præmiſſa p. 39. Et profecto iniqui ſint, qui a Scriptore plus poſtulant, quam quantum is profitetur: et indocti, qui a Scriptore Dialogi, tamquam jurato teſte, veritatem exigunt. Quos vel unum illud monere debebat nemini ignotum dictum Ciceronis ad Varronem Epiſt. ad Diverſ. IX. 8: *Puto fore, ut cum legeris, mirere nos id locutos eſſe inter nos, quod numquam locuti ſumus: ſed noſti morem Dialogorum.*

Denique, ut univerſe ætatem et ingenium Sapientum reddidit, ita in primis ea in ſermonis parte, quæ continetur ænigmatibus ponendis et ſolvendis. De cujus rationis forma docte et opportune notat Jamblichus De Vita Pythag. §. 82, 83: *Ταῦτα καὶ τοιαῦτά ἐςι τὰ τούτȣ τοῦ γένους ἀκούσματα· ἕκαςον γὰρ τȣ́των μάλιςα τί ἐςιν·* (vera lectio fuiſſe videtur, *ἕκαςον γὰρ τȣ́των σημαίνει τί μάλιςά ἐςιν*). *Ἔςι δὲ αὕτη ἡ αὐτὴ τῇ τῶν ἑπτὰ σοφιςῶν λεγομένῃ σοφίᾳ· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ἐζήτουν, οὐ τί ἐςι τἀγαθὸν, ἀλλὰ τί μάλιςα· οὐδὲ τί τὸ χαλεπὸν, ἀλλὰ τί τὸ χαλεπώτατον, ὅτι τὸ αὑτὸν γνῶναί ἐςιν· οὐδὲ τί τὸ ῥᾴδιον, ἀλλὰ τί τὸ ῥᾷςον, ὅτι τὸ* (ita leg. pro *τῷ*) *ἔθει χρῆσθαι. Τῇ τοιαύτῃ γὰρ σοφίᾳ μετηκολουθηκέναι ἔοικε τὰ τοιαῦτα ἀκούσματα· πρότερον γὰρ οὗτοι Πυθαγόρȣ ἐγένοντο.* Tales ſunt Thaletis ſententiæ ap. Diog. Laert. I. 35. Hujuſmodi quæſtiones

in Conviviis tractatas, conſtat. Longus eſt de hac re Athenæus X. p. 548—559. multa et ex aliis apponens Scriptoribus, et ex Clearchi libro περὶ γρίφων: unde quædam huc referenda ſunt: veluti p. 453. B: ἀρχαιότατος δ᾽ ἐστὶ λογικὸς γρῖφος καὶ τοῦ γριφεύειν φύσεως οἰκειότατος· τί πάντες οὐκ ἐπιστάμενοι διδάσκομεν; καὶ τί ταυτὸν οὐδαμοῦ καὶ πανταχοῦ; καὶ πρὸς τούτοις, τί ταυτὸν ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς καὶ ἐν θαλάττῃ; τοῦτο δ᾽ ἐστὶν ὁμωνυμία· καὶ γὰρ ἄρκτος καὶ ὄφις καὶ ἀετὸς καὶ κύων ἐστὶν ἐν οὐρανῷ καὶ ἐν γῇ καὶ ἐν θαλάττῃ· τὸ δὲ οὐδαμοῦ καὶ πανταχοῦ χρόνον σημαίνει· ἅμα γὰρ παρὰ πᾶσιν ὁ αὐτὸς καὶ οὐδαμοῦ, διὰ τὸ μὴ ἐν ἑνὶ τόπῳ τὴν φύσιν ἔχειν· τὸ δὲ προάγον ἐστὶ ψυχὰς ἔχειν, τοῦτο γὰρ οὐδεὶς ἡμῶν ἐπιστάμενος διδάσκει τὸν πλησίον. Non animadverſum interpreti λογικὸν γρῖφον dici eum qui fit *oratione*, non ſola *litera*, aut *ſyllaba*, de quibus antea dixerat p. 448. Porro de *griphi* cum philoſophia conjunctione p. 457. C: τῶν γρίφων ἡ ζήτησις οὐκ ἀλλοτρία φιλοσοφίας ἐστί· καὶ οἱ παλαιοὶ τὴν τῆς παιδείας ἀπόδειξιν ἐν τούτοις ἐποιοῦντο· προέβαλλον γὰρ παρὰ τοὺς πότους, οὐχ ὥσπερ οἱ νῦν ἐρωτῶντες ἀλλήλους, τίς τῶν Ἀφροδισιαστικῶν συνδυασμῶν, ἢ τίς ἢ ποῖος ἰχθῦς ἥδιστος, ἢ τίς ἀκμαιότατος;—. Clearchus nominat *griphos*, quod alii alterius formæ nomine *ænigma* appellant. Et ſic videtur intelligendus Pollux VI. 107: Τῶν μέντοι συμποτικῶν αἴνιγμα καὶ γρῖφος, τὸ μὲν παιδιὰν εἶχεν, ὁ δὲ γρῖφος καὶ σπουδήν· καὶ ὁ μὲν λύσας, γέρας εἶχε κρεῶν τινα περιφοράν, ὁ δὲ ἀδυνατήσας, ἅλμης ποτήριον ἐκπιεῖν. Ergo πρόβλημα συμποτικὸν habens παιδιὰν, *luſum*, duas habet formas: alteram ad παιδιὰν unice, *ænigma*: alteram, *gryphum*, cujus eſt quædam ſeria pars et certamen, ſolutionis eventus cum præmio aut pœna conjunctus. Atque convenit hæc diviſio definitioni a Clearcho poſitæ p. 448. C. ut ſit γρῖφος πρόβλημα παιστικὸν προστακτικὸν τοῦ διὰ ζητήσεως εὑρεῖν τῇ διανοίᾳ τὸ προβληθὲν, τιμῆς ἢ ἐπιζημίου χάριν εἰρημένον· et definitio convenit cum diviſione, et Pollucis expoſitione, ut immerito reprehenſa videatur a Caſaubono p. 746. Plutarchus has Sapientum quæſtiones vocavit προβλήματα p. 146. E. 150. B. 152. E: Cleobulinæ quæſtiunculas, αἰνίγματα, 148. D. 154. A: γρίφου nomen non poſuit hoc in libello, alibi ter adhibuit jungens αἰνίγματι, Opp. Mor. p. 673. A. 717. A. 988. A: et ab aliis

Scriptoribus promiſcue uſurpantur. Omnino γρίφον non item honeſta, ut Clearchus, ſignificatione dicit Plutarchus indoctiorum ſtudiis eum relinquens: v. c. Sympoſ. V. p. 673. A: οἱ φορτικοὶ καὶ ἀφιλόλογοι μετὰ τὸ δεῖπνον αἰνίγματα καὶ γρίφους καὶ θέσεις ὀνομάτων ἐν ἀριθμοῖς καὶ σύμβολα προβάλλοντες: et jam Plato hoc ludicrum a verorum conſuetudine philoſophorum repudiavit, Rep. V. p. 468. E: quem locum Athenæus l. l. 452. C: καὶ Πλάτων ἐν πέμπτῳ νόμων (lege πολιτείας) μνημονεύει, τοὺς τῶν τεχνυδρίων φιλοσόφους τοῖς ἐν ταῖς ἑστιάσεσιν, ἔφη, ἐπαμφοτερίζουσιν ἐοικέναι, καὶ τῷ τῶν παίδων αἰνίγματι τῷ περὶ τοῦ εὐνούχου τῆς βολῆς περὶ τῆς νυκτερίδος, ᾧ καὶ ἀφ' οὗ αὐτὸν αὐτὴν αἰνίττονται βαλεῖν. Hujus ænigmatis ſolutionem modo antea ex eodem Clearcho expoſuit Athenæus, unde ſua ſumſit Scholiaſtes Platonis p. 167. Plato τοὺς τῶν τεχνυδρίων μαθηματικοὺς, et τοὺς ἀληθινοὺς φιλοσόφους diſtinguit l. l. p. 467. A. Verbum ἐπαμφοτερίζειν in Gloſſas retulit Timæus, ibique expoſuit Ruhnkenius.

Dicta et effata Septem Sapientum, non illa problematum forma et ſuperlationis gradu, ſed breviſſimis monitis abſoluta, cum ſigillatim a Veteribus memorantur et ſparſim, tum collecta exſtant in Diogenis Laertii libro primo, Stobæo Tit. III. ex Demetrio Phalereo et Soſiade, denique in Auſonii Ludo VII. Sapientum. Patriam cujuſque notavit Antipater in Anthologia Epigrammatum III. 33. 16.

'ΕΠΤΑ ΣΟΦΩΝ ΣΥΜΠΟΣΙΟΝ.] Hæc inſcriptio eſt in omnibus noſtris libris et editis et ſcriptis, quibus poſtea acceſſerunt duo Harleiani. Exſtat ejus hoc nomen in Lampriæ Catalogo Num. CVIII. et Thomæ Magiſtri Eclogis Voc. Attic. Ζώνιον, Πλούταρχος ἐν συμποσίῳ τῶν ἑπτὰ σοφῶν, ubi citantur verba ex p. 154. B. Sine Plutarchi nomine locos hinc refert Stobæus Tit. XLI. p. 268. τῶν ἑπτὰ σοφῶν περὶ πολιτείας: item XLVI. p. 328. *Septem Sapientum ex Sympoſio Plutarchi:* ſed hæc ſunt Geſneri lemmata, quorum prius diſerte addito Plutarchi nomine Latine reddidit, *Septem Sapientum apophthegmata de republica ex convivio Plutarchi:* in Trincavelli editione eſt priore loco idem ſimpliciter τῶν ἑπτὰ σοφῶν περὶ πολιτείας, poſte-

riore τῶν ἑπτὰ σοφῶν: nec Plutarchi nec libri nomine memorato. Porphyrius De Abſtin. III. 27. p. 291. dictionem habet ex p. 160. B. εἰ διαπορῶσιν αἱ Δαναΐδες—: item Sententiæ Max. et Anton. p. 300. iiſdem verbis referunt fabulam de Lupo, quæ eſt in hoc libello p. 156. A.

Perſonæ colloquii, primæ quidem *Diocles* narrans et *Nicarchus* audiens, nuſquam alibi memoratæ reperiuntur; ut haud ſciam, an a Plutarcho conſictæ ſint. At ſecundæ perſonæ loquentes agenteſque inductæ, ſuam habent ab hiſtoria auctoritatem, pleræque certe: neque eſt quod de *Alexidemo* licet minus cognito dubitetur: unum excipimus *Niloxenum*, cujus ipſa compoſitio, et ſignificatio *Nilotici hoſpitis*, fictionem prodit. Amyotus ubique reddit *Philoxenum*: et in Harlei. 2. aliquoties exſtat Φιλόξενος.

146. C. διὰ τὴν τεχνὴν] Scilicet μαντικὴν et καθαρτικὴν, *divinandi et luſtrandi*, ut intelligitur ex p. 149. E.

146. C. οὔτε τοὺς λόγους ὀρθῶς ἀπεμνημόνευσεν.] Apparent veſtigia imitationis Platonicæ ab exordio Sympoſii ductæ p. 315. B: Παντάπασιν ἔοικέ σοι οὐδὲν διηγεῖσθαι σαφὲς ὁ διηγούμενος· εἰ νεωστὶ ἡγῇ τὴν συνουσίαν γεγονέναι ταύτην, ἣν ἐρωτᾷς, ὥστε καὶ ἐμὲ παραγενέσθαι. Plane eſt ſimilitudo ſermonis a primis perſonis habiti in utroque horum Conviviorum.

146. C. τὸ γῆρας οὐκ ἀξιόπιστον—] Et hic eſt color Platonicus Leg. VI. p. 613. E. ubi in gemino munere diſputationem ſuſcepturus Athenienſis hoſpes ita præfatur: Ἔσται ταῦτ', ἐὰν θεὸς ἐθέλῃ, καὶ γήρως ἐπικρατῶμεν τόγε τοσοῦτον.

146. D. μετὰ γὰρ τὸν ἔρωτα τῆς μητρὸς αὐτοῦ—] Mater amans Periandrum filium ei perſuaſerat, ut mulieri cuidam ipſum perdite amanti, ſed agnoſci verecundanti, gratificaretur, eamque noctu per tenebras ad ipſum ventitare ſineret: ita mater cum filio, prudens cum imprudente, ſtupri conſuetudinem habuit: filius, re cognita, in furorem et crudelitatem converſus, mater ſibi ipſa necem conſciviſſe, fertur. Narratio exſtat in Parthenii Eroticis Cap. XVII. p. 377. Breviter ex Ariſtippo meminit Diogenes Laertius I. 96: —ἐρασθεῖσα ἡ μήτηρ αὐτοῦ Κράτεια, συνῆν αὐτῷ λάθρα· καὶ ὃς ἥδετο· φανεροῦ δὲ γενομένου, βαρὺς πᾶσιν ἐγένετο, διὰ τὸ ἀλγεῖν ἐπὶ τῇ φωρᾷ. Parthenii narrationem ſimillimam

eſſe fabulæ de Cinyra et Myrrha ab Ovidio conſcripta Metamorph. X. 298. recte monet doctiſſimus hujus Plutarchei libri editor et interpres Gallicus La Porte Du Theil.

146. E. Ἕρμαιον τὸ βιϐλίον—] Vix dubitandum quin τὸ βιϐλίον ex proximo ſequente huc temere repetitum ſit. Ἕρμαιον, Platoni frequens, in Gloſſas retulit Timæus, Ἕρμαιον· εὕρεμα· ἀπὸ τοῦ ἐν ἔθει λεγομένου, Κοινὸς Ἑρμῆς.

146. E. Εἶτι κακὸν—αὖθις εἰς Πριήνην—] Venuſta nominis immutatio in Biantis patriam *Prienam* ex Proverbio, Εἶτι κακὸν, εἰς Πυῤῥάν· quod eſt apud Zenobium IV. 2. Et in hoc loco nomen a Scriptore, non a librario mutatum, recte monet Eraſmus Adag. p. 416. Harleiani 2. deſcriptor pro verbis εἰς Πριήνην lacunam reliquit.

146. E. Τί δὲ, ἔφην ἐγὼ—] Melius Harlei. 1. et 2. Anon. T. V. P. Τί δὲ ἦν, ἔφην ἐγὼ—.

146. E. Ἱερεῖον—τὴν γλῶτταν ἐξελὼν] Idem factum narratur p. 38. B. ubi videantur notata. Meziriacus legit καὶ τὸ χρηστότατον, non ſine acumine facti acumen animadvertens; ſiquidem mandatum erat, non mittere unam partem, quæ ſimul et optima et peſſima eſt, ſed omnino vel unam vel duas diverſas partes mittere.

p. 147. A. φίλος εἶναι καὶ βασιλέων] καὶ vel temere a librario additum; vel relictum, alio verbo temere omiſſo. Utrique rationi conveniunt quorumdam codicum lectiones: nam A. Venet. Voſſ. omittunt; atque duo priores habent poſt καθάπερ, ut ſit καθάπερ καὶ ὑμεῖς. Harlei. 2. dat φίλος εἶναι καὶ λέγεσθαι βασιλέων—.

147. A. σοῦ τε] Melius σύ γε, quod dat Vulcob.

147. A. τῆς πυράμιδος τὴν μέτρησιν] Ejuſdem rei inventionem, ſed aliam inventionis rationem Thaleti tribuunt Plinius H. N. XXXVI. 18. 3: *Menſuram altitudinis earum (pyramidum) omniumque ſimilium, invenit Thales Mileſius umbram metiendo, qua hora par eſſe corpori ſoleret*: Diogenes Laertius ex Hieronymo I. 27: ὁ δὲ Ἱερώνυμος καὶ ἐκμετρῆσαί φησιν αὐτὸν τὰς πυραμίδας ἐκ τῆς σκιᾶς παρατηρήσαντα, ὅτε ἡμῖν ἰσομεγέθεις εἰσί. Simplicem ſane et certam viam ſecutus eſt eam, quam Plutarchus prodit, per ſimilium triangulorum analogiam, et propriam Geometriæ, qua

eum in primis valuiſſe conſtat; ut hæc ei ratio veriſimilius tribuatur, quam altera, et probetur Xylandro ac Stanleio Hiſt. Phil. T. I. p. 17. ut communiſſima ex illo theoremate Euclidis Elem. VI. 4. At doctiſſimus interpres Gallicus, La Porte Du Theil, Plutarchum reprehendit longa animadverſione, ut parum ſubtiliter in Thaletis ratione exponenda verſatum. "Nam ita eum loqui, quaſi Thales pu- "taſſet *neceſſe eſſe baculum in extremitate umbræ a pyramide* "*jactæ poni: et apicem tam pyramidis quam baculi ab uno* "*eodemque radio ſolis perſtringi:* quorum utrumque falſum "eſſe; ſiquidem, et baculo alibi poſito eadem proportio "triangulorum exiſtat: nec unus idemque radius ſed duo "diverſi radii ſolis, alter pyramidis apicem, alter baculi "apicem perſtringant." At, quod pace doctiſſimi viri dicimus, nil eſt in verbis Plutarchi, quod iſtam ei fuiſſe opinionem arguat. Neque enim extremitatem umbræ a pyramide jactæ ut unicum locum, in quo poni poſſet baculus, memoravit, ſed (quantum intelligitur ex perſpicuitatis ſtudio, quod et ipſe ſecutus eſt Plutarchus, et Thaletem ſequentem inducit) ut manifeſtum locum et maxime ad diſcentium intelligentiam accommodatum. Porro τῇ ἐπαφῇ τῆς ἀκτῖνος non ſignificat *ejuſdem radii tactu*, ſed omnino, *tactu radiorum ſolis, ſplendore ſolis:* ita ἡ ἀκτὶν, *radius*, in ſingulari numero univerſe *de lumine ſolis* uſurpatur a Plutarcho De Facie in Orbe Lunæ p. 931. E. Æliano Var. Hiſt. III. 1. XIV. 18. Aliæ rationes ſolvendi problematis minus arcte aut cum Geometrica ſcientia, aut cum Thaletis facultate ac modo congruere videntur. Veluti illa Plinio et Diogeni prodita, quæ ducitur ex umbra corporis illo tempore, quo umbra æqualis eſt altitudini corporis: quod tempus accurate ex præceptis artis Aſtronomicæ definire difficilius fortaſſe fuerit, quam pro Thaletis progreſſibus, ut veriſimiliter monet laudatus interpres: ſola tamen obſervatione et oculorum ſenſu poterat conſtitui, circuli deſcriptione, cujus radius æqualis ſit baculo, qui in hujus centro ad perpendiculum figatur; quo enim tempore umbræ a baculo jactæ extremitas inciderit in peripheriam circuli, hoc erit tempus, quo corpora æ-

qualia ſint ſuis umbris. Denique et illa artis quidem eſt, ſed magis Arithmeticæ, quam Geometricæ; ut cognitis tribus, quartum incognitum per analogiam inveniatur: ut enim eſt umbra baculi ad altitudinem baculi, ita umbra pyramidis ad altitudinem pyramidis.

147. B. Μολπαγόρυ τῦ Ἰωνὸς—] Non aliunde cognitus. Fortaſſe fuerit Molpagoras, Ariſtagoræ pater: verbo memoratur Herodoto V. 30. Monitum et Reiſkio, et Gallico interpreti.

147. B. τύραννον γέροντα] Eamdem ſententiam Thaletis nomine prodit Plutarchus De Genio Socr. p. 578. C: item Diogenes Laertius I. 36. ubi et hos Plutarchi locos appoſuerunt interpretes. Paululum immutatam pronuncians exhibetur Thales in hoc ipſo libello p. 152. A. Chilon in Epiſt. ad Periandrum apud Diog. Laert. I. 73: καὶ τῆνον τυράννων εὐδαιμονίζω, ὅςις καὶ οἴκοι ἐξ αὐτὸς αὐτοῦ θανῇ. Ad ſuum propoſitum adhibuit Dion Chryſ. Or. V. p. 94. C: καὶ οὐ ῥᾴδιον μὲν ἄνδρα γηρᾶσαι τύραννον· χαλεπὸν δὲ τυράννυ γῆρας, οὐχ οἷον ἵππυ, φασίν· ita legam pro φησίν.

147. B. τῶν μὲν ἀγρίων θηρίων—] Notavimus p. 61. C. ubi Bianti tribuitur.

147. B. Μυρσῖλον] Myrſilus hic eſt unus eorum, qui ante Pittacum Leſbi tyrannidem tenuerunt: ut novimus e Strabone XIII. p. 917. C.

147. B. θαυμάσαιμ' ἄν, ἔφην] Legendum θαυμάσαι μ' ἄν ἔφην—. *Ego autem dixi, me miraturum eſſe, non tyrannum, ſed gubernatorem ſenem ſi videam.* Corrigit enim Thales falſum rumorem, quo illum hoc de *tyranno* dixiſſe ferebatur, quod ipſe de gubernatore dixerat.

147. C. Οὐδὲ οὕτω κακῶς·] Idem dictum adhibet Plutarchus De Animi Tranq. p. 467. C: —ὁ τῆς κυνὸς ἁμαρτὼν τῷ λίθῳ, καὶ τὴν μητρυϊὰν πατάξας, Οὐδ' οὕτως, ἔφη, κακῶς. In Metricis Scaligeri Proverbiis poſitum verſu 1156. Attigit et Eraſmus Adag. p. 1511.

147. C. Σόλωνα—οὐ δεξάμενον τυραννεῖν] Plutarchus in Vita Solonis p. 86. A. B. J. Meurſius in Solone Cap. XI. p. 35.

147. C. Καὶ Πίτλακος εἰ μοναρχίᾳ μὴ προσῆλθεν, οὐκ ἂν εἶπεν

ὡς Χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι.] Dictum in primis celebratum, Simonidis reprehenſione in eamque Platonis diſputatione in Protagora p. 206. G. et ſeq. et multis deinceps memoratum memoratis a Ruhnkenio noſtro in Adverſariis MS. ad Scholiaſten Platonis: quæ nunc ei intacta ſervabimus: partim notata Menagio ad Diog. Laert. I. 76. Cæterum cauſſam quare hoc dictum Pittacus pronunciaverit, ſignificatam a Plutarcho *quod is tyrannidem gereret*, etiam produnt Zenobius Proverb. VI. 38. et Scholiaſtes Platonis p. 14. ex iiſdem fontibus hauriens. De gemino Proverbio *Χαλεπὰ τὰ καλὰ* diximus ad p. 6. C.

147. C. *Περίανδρος δ' ἔοικεν*—] In excuſanda Periandri tyrannide Plutarchus diſcedit ab opinione antiquitus tradita, ſecundum quam Periander in tyrannide non mitior ſed immitior factus eſt: quamquam Democratiam laudat ap. Diogenem Laert. I. 97. et ipſe cæteroquin non indoctus fuerit, et doctos homines libenter apud ſe habuerit. Pertinent ad iſtam ejus ad pejores mores immutationem notata noſtra ad p. 146. D: item Herodotus V. 92. Zenobii VI. 38. Scholiaſtes Platonis l. c: illius compilator Apoſtolius XX. 47.

147. C. *ἄχρι γε νῦν*] Quod voluimus *γε* pro *τε*, confirmat Harl. 1.

147. C. *Θρασύβουλος αὐτῷ κολούσας τῶν ἄκρων*—*ὑφηγεῖται.*] Et hoc a multis decantatum, auctore Herodoto V. 92. 6. ubi multas aliorum hujus rei mentiones notant duumviri Weſſelingius et Valckenarius. Fertur de hoc argumento Epiſtola Thraſybuli ad Periandrum apud Diogenem Laertium I. 100. ubi pleraque Veterum teſtimonia eamdem rem referentium congeſſerunt Aldobrandinus et Menagius. Exemplum ſecutus eſſe fertur rex Tarquinius Superbus filio Sexto ſuadens: certe ita prodit Livius I. 54.

147. C. *γεωργοῦ γὰρ ἀκρίδας καὶ ὄρνιθας*—] Agricolæ comparationem triticum et hordeum negligentis poterat induci probabiliter ex antecedente exemplo Thraſybuli ſpicas culmorum dejicere jubentis: at agricola loco tritici et hordei locuſtas et aviculas e ſegete colligens, non ſatis apparet, quam habeat hoc loco probabilitatem. An quia

locuſtæ et avicularum nidi in fundo ſegetis, non in alto et edito ſunt, et tyrannus eminentes cives dejicit, humiles ſervat? Sed et iſta videtur frigida ratiuncula. Requiritur certe malæ herbæ et frumento nocentis ſignificatio: et ſubinde me ſuſpicio inceſſit, Plutarchum pro *ἀκρίδας καὶ ὄρνιθας* ſcripſiſſe *αἴρας καὶ ὀροβάγχας*, *lolia et orobanchas*: *αἶρα* ſatis uſitatum, infeſtum tritico et hordeo: *ὀροβάγχη*, *ervum ſuffocat*, *τὸν ὄροβον ἄγχει*, de qua Theophraſtus Cauſſ. Plant. V. 22. Geoponici II. 43. Pro *ἀκρίδας* Harl. 1. et 2. dant *ἄγρας* quod ad *αἴρας* ducit.

147. D. *παρασκευὴ καὶ δειπνήσοντος*] Tota oratio Thaletis ejuſmodi eſt, ut ipſum audire videamur Plutarchum, in Sympoſiacis Quæſtionibus diſſerentem; nam et ibi et alibi ſparſim ſimilia prodidit. Convivatoris et convivii *παρασκευὴ* frequenter dicitur. v. c. Opp. Mor. p. 64. F. 192. D. 679. A. B. 686. D. Vit. 70. B. 927. C. 928. B.

147. E. *Συβαρῖται*] Athenæus XII. p. 521. C. ex Phylarcho: *Συβαρῖται, φησὶν, ἐξοκείλαντες εἰς τρυφὴν ἔγραψαν νόμον τὰς γυναῖκας εἰς τὰς ἑορτὰς καλεῖν, καὶ τοὺς εἰς τὰς θυσίας καλοῦντας πρὸ ἐνιαυτοῦ τὴν παρασκευὴν ποιεῖσθαι, ἵνα ἀξίως ποιούμενοι τοῦ χρόνου τὴν παρασκευὴν τῶν τε ἱματίων καὶ τοῦ λοιποῦ κόσμου, προάγωσιν οὕτω εἰς τὰς κλήσεις.* Ubi hunc Plutarchi locum adtulit Caſaubonus.

147. E. *ὃ ὁ καιρὸς*] Mez. *ὡς ὁ κ.* Malim, *ὧν ὁ κ.*

147. F. *ἐπὶ τὰς νύμφας καταφυγεῖν*] *ad aquam confugere.* Subinde *νύμφαι* notione aquæ ponuntur. Sic Plutarchus Sympoſ. I. 1. p. 613. D: *οὐχ ἧττον ταῖς Μούσαις τὸν Διόνυσον ἢ ταῖς νύμφαις κεραννύντες.* VI. 6. p. 657. D: *δεῖ τὸν θεὸν τοῦτον (Διόνυσον) ἐν πλείοσι μέτροις νυμφῶν τιθασσευόμενον καὶ παιδευόμενον, ἡμερώτερον ποιεῖν καὶ φρονιμώτερον.* Phænedemus ap. Athen. XI. p. 465. A. Theophraſtus ibid. Dion Chryſ. XXV. p. 286. C: *οὐ γὰρ ὁμοίως ἀποδέχονται τοὺς δεομένους αὐτῶν οὔτε νύμφαι καὶ ὁ Διόνυσος· nymphæ et Bacchus*, id eſt, *aqua et vinum.* Porphyrius ap. Euſeb. Præp. Evang. III. p. 112. A: *καὶ αἱ μὲν τῶν γλυκέων ὑδάτων μερικαὶ δυνάμεις Νύμφαι· αἱ δὲ τῶν θαλασσίων Νηρεΐδες κέκληνται.* De Antro Nymph. p. 256. 258. Meleager Antholog. Brod. I. 59. 3. Epigrammate Latine reddito in Anthologia Lat. Burmanni II. 22.

148. A. Ὁ δὲ Αἰγύπτιος σκελετὸς] Lucianus De Luctu T. II. p. 932: ταριχεύει δὲ ὁ Αἰγύπτιος· οὗτος μέντοι, λέγω δὲ ἰδὼν, ξηράνας τὸν νεκρὸν, σύνδειπνον καὶ συμπότην ἐποιήσατο—. Silius Italicus XIII. 475. Plura de more annotat Weſſelingius ad Diodor. Sic. I. 91. T. I. p. 102, 103.

148. B. Ἀλήλιμμαι γὰρ, εἶπεν·] Harl. 1. 2. Anon. T. V. B: ἀληλιμμένοι γάρ ἦμεν· in his V. etiam exhibet formam ἀληλειμμένοι rariorem. Ergo altero tantum utebantur hujus convivii participes; unde mox dicitur τὸν ἀλειψάμενον ἢ λουσάμενον. Item in Xenophontis Sympoſio I. 7: οἱ μὲν γυμνασάμενοι καὶ χρισάμενοι, οἱ δὲ καὶ λουσάμενοι παρῆλθον. Socrates ad Agathonis convivium ibat λελουμένος, ut eſt apud Platonem p. 317. F. Vulgo etiam antiquitus adhibebatur utrumque ante cœnam: Iliad. K. 577: Τὼ δὲ λοεσσαμένω, καὶ ἀλειψαμένω λίπ' ἐλαίῳ, Δείπνῳ ἐφιζανέτην. Odyſſ. Z. 96: Αἱ δὲ λοεσσαμέναι, καὶ χρισσαμέναι λίπ' ἐλαίῳ, Δεῖπνον ἔπειθ' εἵλοντο—. Igitur et verba ſæpe junguntur: Ariſtophanis tale eſt Nub. 834. Plutarchi Symp. VII. p. 707. E. Anim. Tranq. 472. E. Dion Chryſ. Or. LII. 548. B: ἀλειψάμενος καὶ λουσάμενος καὶ μικρὸν ἐμφαγών: ubi inverſa ſerie ponuntur, dubium vere an errore librarii; ſi quidem vulgo prius balneum quam unctio adhibitum: forte ordo habuit exceptionem. Morem non omiſit Stuckius Antiq. Conviv. II. 25.

148. C. εἰς τὸν ἀνδρῶνα] Eſt hoc conclave conviviis habendis deſtinatum: Pollux VI. 7: τὸ μὲν συμποτικὸν χωρίον, συμπόσιον, καὶ ἀνδρῶνα, καὶ συσσίτιον· item I. 79. Vitruvius VI. 10: *Græci enim ἀνδρῶνας appellant œcos, ubi convivia virilia ſolent eſſe; quod eo mulieres non accedant.* Hoc ſenſu diſerte ponitur a Xenophonte Sympoſ. I. 4. de convivio Calliæ: Plutarcho Vit. p. 193. D. 518. D. 564. E. 694. C. 723. C. 731. C. 1067. F. Opp. Mor. 303. E. 775. D. Æliano Var. Hiſt. VIII. 7: ubi de hac notione monuit Perizonius.

148. C. Κλεοβουλήνην] De muliere diximus p. 145. Nolui cum Xylandro dare Κλεοβουλίνην, ne nunc quidem probans, licet in utroque Harl. feratur. Vetus lectio formam Diminutivi præ ſe ferre videatur, ſiquidem comparetur

Euenus in Analect. Brunck. Vol. I. p. 166. quod Epigramma ſub *Incerti* inſcriptione exſtat in Brodeana II. 47. p. 264. Et Latinis *nympha* de aqua fluviorum et fontium dicitur, ſed poetis, nec ita frequenter: ſæpe confunditur cum *lympha* vocabulo conſuetudinis non niſi Latinæ, originis tamen Græcæ, λίμφη a λίβω, λείβω, *fluo, ſtillo*: ſed diverſæ quam νύμφη, quod eſt a νύβω, *tego, obvelo*: fortaſſe jam antiquiſſima ætate Æolenſes ea permutaverint.

147. F. κεφαλαλγὴς] Active accipiendum *capitis dolorem aliis faciens*, ut fere reddiderunt interpretes: paſſive accepit Stephanus, *dolore capitis affectus*. Theſ. L. Gr. T. II. p. 151. quod minus probo; ſiquidem activa notio eſt ſolennis: ſic ſupra habuimus κεφαλαλγὸν p. 133. C: at κεφαλαλγία eſt affectio, πάθος, 918. C. et frequentiſſima vox.

147. F. πᾶσαν δὲ] Rectius Mez. Harl. 1. πάσης. Harl. 2. πάσας.

147. F. ἀποπέμψαι] ἀπεμέσαι dant etiam Harl. 1. 2. verbum in hodiernis Lexicis ſine auctoritate, legitur in Luciani Contempl. T. I. p. 599. Apud Heſychium Ἀπεμέσαι dubiam habet ſcripturam, de quo videantur Interpretes ejus. Hoc loco utraque lectio eamdem adfert veriſimilitudinem, niſi quod vulgo plus a libris et uſu commendatur.

p. 148. A. ἑωλοκρασία] Sic et Harl. 1. 2: vocabulum celebrato Demoſthenis dicto poſterorum imitationi traditum De Corona p. 320. A: αἴτιος δὲ οὗτος, ὥσπερ ἑωλοκρασίαν τινά μου τῆς πονηρίας τῆς ἑαυτοῦ κατασκεδάσας: *In cauſſa hic eſt, qui tamquam crapulam quamdam ſuæ improbitatis et ſcelerum in me effuderit.* Secutus eſt Lucianus Conviv. T. III. p. 420: πολλὴν τὴν ἑωλοκρασίαν κατασκεδάσας ἀνδρῶν φιλοσόφων.

148. A. οἷς συμπλεῖν ἀνάγκη] Hoc præceptum etiam tractavit Sympoſ. VII. p. 708. D: οὔτε γὰρ τὸ συμπλεῖν, οὔτε τὸ συνδικάζειν, μεθ' ὧν οὐ βούλεταί τις, οὕτως ἀηδὲς ὡς τὸ συνδειπνεῖν, καὶ τοὐναντίον ἡδύ· κοινωνία γάρ ἐστι καὶ σπουδῆς καὶ παιδιᾶς καὶ λόγων καὶ πράξεων τὸ συμπόσιον· ὅθεν οὐ τοὺς τυχόντας, ἀλλὰ τοὺς προσφιλεῖς εἶναι (f. συνεῖναι vel καλεῖν) δεῖ καὶ συνήθεις ἀλλήλοις, ὡς ἡδέως συνεσομένους.

148. A. Ὁ δὲ Αἰγύπτιος σκελετὸς] Lucianus De Luctu T. II. p. 932: ταριχεύει δὲ ὁ Αἰγύπτιος· οὗτος μέντοι, λέγω δὲ ἰδὼν, ξηράνας τὸν νεκρὸν, σύνδειπνον καὶ συμπότην ἐποιήσατο—. Silius Italicus XIII. 475. Plura de more annotat Weſſelingius ad Diodor. Sic. I. 91. T. I. p. 102, 103.

148. B. Ἀλήλιμμαι γὰρ, εἶπεν·] Harl. 1. 2. Anon. T. V. B: ἀληλιμμένοι γάρ ἦμεν· in his V. etiam exhibet formam ἀληλειμμένοι rariorem. Ergo altero tantum utebantur hujus convivii participes; unde mox dicitur τὸν ἀλειψάμενον ἢ λουσάμενον. Item in Xenophontis Sympoſio I. 7: οἱ μὲν γυμνασάμενοι καὶ χρισάμενοι, οἱ δὲ καὶ λουσάμενοι παρῆλθον. Socrates ad Agathonis convivium ibat λελουμένος, ut eſt apud Platonem p. 317. F. Vulgo etiam antiquitus adhibebatur utrumque ante cœnam: Iliad. K. 577: Τὼ δὲ λοεσσαμένω, καὶ ἀλειψαμένω λίπ' ἐλαίῳ, Δείπνῳ ἐφιζανέτην. Odyſſ. Z. 96: Αἱ δὲ λοεσσαμέναι, καὶ χρισσαμέναι λίπ' ἐλαίῳ, Δεῖπνον ἔπειθ' εἵλοντο—. Igitur et verba ſæpe junguntur: Ariſtophanis tale eſt Nub. 834. Plutarchi Symp. VII. p. 707. E. Anim. Tranq. 472. E. Dion Chryſ. Or. LII. 548. B: ἀλειψάμενος καὶ λουσάμενος καὶ μικρὸν ἐμφαγών: ubi inverſa ſerie ponuntur, dubium vere an errore librarii; ſi quidem vulgo prius balneum quam unctio adhibitum: forte ordo habuit exceptionem. Morem non omiſit Stuckius Antiq. Conviv. II. 25.

148. C. εἰς τὸν ἀνδρῶνα] Eſt hoc conclave conviviis habendis deſtinatum: Pollux VI. 7: τὸ μὲν συμποτικὸν χωρίον, συμπόσιον, καὶ ἀνδρῶνα, καὶ συσσίτιον· item I. 79. Vitruvius VI. 10: *Græci enim ἀνδρῶνας appellant œcos, ubi convivia virilia ſolent eſſe; quod eo mulieres non accedant.* Hoc ſenſu diſerte ponitur a Xenophonte Sympoſ. I. 4. de convivio Calliæ: Plutarcho Vit. p. 193. D. 518. D. 564. E. 694. C. 723. C. 731. C. 1067. F. Opp. Mor. 303. E. 775. D. Æliano Var. Hiſt. VIII. 7: ubi de hac notione monuit Perizonius.

148. C. Κλεοβουλήνην] De muliere diximus p. 145. Nolui cum Xylandro dare Κλεοβουλίνην, ne nunc quidem probans, licet in utroque Harl. feratur. Vetus lectio formam Diminutivi præ ſe ferre videatur, ſiquidem comparetur

tam Ἑκαλήνη, quo nomine Hecalen ὑποκοριζόμενοι vocabant, ut tradit Plutarchus in Theſeo p. 6. B: quamquam hoc Ruhnkenius in Ἑκαλίνην mutatum malebat, ut certiorem formam Diminutivi, veluti a κόρη ducitur κορίννα, a φίλη φίλιννα; ad Callimachum p. 430. Equidem huc revocem quod idem virorum optimus adfert ex Etymologo MS. Trajectino Εὐκολίνη; nam quod ibi citatur e Callimacho Χαῖρ' Εὐκολίνη, potius legendum dicam Χαῖρ' Ἑκαλήνη, et hoc et Suidæ in voce Εὐκολίνη pravam lectionem ex proba Ἑκαλίνη ortam. In Etymologico Magno p. 319. voce Ἑκάλη.—ταύτην Ἑκάλην ἔλεγον οἱ παλαιοὶ ὑποκοριζόμενοι· aut legendum Ἑκαλήνην, aut hypocoriſmus intelligendus quod *omnes ad ſe vocabat*, ut antea dicitur, ἡ πρὸς ἑαυτὴν πάντας καλοῦσα. Neque enim omnis hypocoriſmus continetur Diminutivo, ſed omnino nominis ad blanditiam converſione. Igitur terminationem ηνός, ut ινος, apud Græcos minus frequentem, quam apud Latinos, tamen apud illos ortam, et in primis patronymicam ſignificationem habuiſſe putem; ut recte etiam terminatione *Clobulina* πατρόθεν Κλεοβουλίνη nominata dicatur. Sic Stephanus Byzantinus, voce Ἀδραμύττειον et hujus gentile nomen prodit Ἀδραμυττηνὸς et alia ſimilia apponit Ἀρτακηνὸς, Δατηνὸς, Σεβαστηνός.

148. D. ἀστραγάλοις—διαβάλλεται πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας] *talorum jactu certat cum iis qui eam conveniant.* Menagius ad Diog. Laert. I. 87. hunc locum citans dubitationem his verbis prodit, *an legendum* διαμάχεται? Si quid mutandum eſſet, propius ad ſenſum et literarum veſtigia erat διαμιλλᾶται. At nil mutandum. Vulgatam, et per ſeipſam commendat antecedens προβαλλομένων, præpoſitio διὰ vim certandi afferens, et Verbum Medium. De præpoſitione διὰ diximus p. 58. F. Et eadem dictione uſus eſt Plutarchus in Quæſt. Rom. p. 272. F: τὸν θεὸν προὐκαλεῖτο διαβαλέσθαι τοῖς κύβοις πρὸς αὐτόν. Medii vis exſtat in ſimilis compoſitionis verbo διαπίνεσθαι apud Hedylum Athen. XI. p. 486. B: Ἡ διαπινομένη Καλλίστιον ἀνδράσι.

148. E. Ἔοικεν] Εἶεν Xylandri verius eſt: quippe confirmatum auctoritate Harleiani codicis, 1.

148. E. καθαρμὸν] Frequentius eſt *luſtratio piaculi, ſa-*

ſtrum luſtrale, hoc loco *medicina morbi ex luſtrali ſacro petita*. Plutarchus De Facie Lunæ p. 920. B: ἐν νοσήμασι χρονίοις πρὸς τὰ κοινὰ βοηθήματα καὶ τὰς συνήθεις διαίτας ἀπαυδήσαντες, ἐπὶ καθαρμοὺς καὶ περίαπτα καὶ ὀνείρους τρέπονται. Similia ex Hippocrate notat Fœſius in Œcon. Hipp. voce Κάθαρμα.

148. E. μανθάνουσάν τε] Harl. 1. 2. T. V. B. probabilius dant μανθάνουσάν τι.

148. E. Ἀλεξίδημος] Hujus hominis alibi, quod ſciam, nulla mentio exſtat: nec tamen ejus nomen ac perſonam a Plutarcho conficta eſſe affirmem; qui ejus notitiam ex perditis Scriptoribus potuerit accepiſſe. Geminum exemplum importuni convivæ poſuit Sympoſ. I. 2. p. 615. C, D.

148. E. ἀνενεγκὼν καὶ καταστὰς,] *ad ſe rediens et ſubſiſtens.* De ἀναφέρειν diximus ad p. 65. B: καταστὰς Xylander et Cruſerius intellexerunt *ſedatum:* nec dubium quin ſæpe alibi hanc notionem habeat, ſed alia in forma καθεστὼς, καθεστηκὼς: hic malim cum Amyoto *ſubſiſtens*, quod frequenter dicitur de iis qui dicendi cauſſa *ſtant* et quaſi *conſiſtunt.* Sic Plutarcho Solon cum Crœſo colloquens p. 93. D: ἄντικρυς καταστὰς, *coram ſtans*, perperam; reddatur *manifeſto tranquillus.* Fab. Max. 179. B: Μετίλιος ὁ δήμαρχος ἐπὶ τοῦ βήματος καταστὰς ἐδημηγόρει. 188. A: αὐτὸς εἶπε καταστὰς ἐν ἀγορᾷ. Coriolano 222. D: καταστὰς ὁ Σικίννιος ἠρώτα τοὺς πατρικίους· perperam Cruſerius reddidit, *tranquillus Sicinnius interrogat patricios.* Marcello 311. C: καταβὰς ἀπὸ τοῦ δίφρου, καὶ καταστὰς ὥσπερ ἰδιώτης εἰς τὸν τόπον ἐν ᾧ λέγειν εἰώθασιν οἱ κρινόμενοι, τοῖς Συρακουσίοις ἐλέγχειν αὐτὸν παρεῖχεν. Q. Flaminino p. 379. E: οὐδὲν οὖν ὑποστειλάμενος ὁ Κάτων προῆλθεν, ἢ καταστὰς μετὰ τοῦ συνάρχοντος ἠρώτησε τὸν Τίτον εἰ γινώσκοι τὸ συμπόσιον. Pyrrho 394. E: de Appio Cæco ſenatum reprehendente, αὐτόθεν καταστὰς—ἔφη· *hoc ipſo loco ad dicendum conſiſtens.* Mario 413. C. de Trebonio, αὐτὸς εὐθαρσῶς καταστὰς διηγήσατο τὸ πρᾶγμα· *ipſe fidente animo ad dicendum conſiſtens, narravit rem.* 429. A: ὑπηρέτης ἀπαντήσας καὶ καταστὰς ἐναντίον, εἶπεν—. Eumene p. 594. A: ἐν ὑψηλῷ τινι καταστὰς—εἶπεν. Pompeio 645. A: Clodius εἰς ἐπιφανῆ τόπον καταʹ-

ϛὰς, ἐρωτήματα τοιαῦτα προύβαλλε. 646. D: Μαρκελλῖνος ἐν τῷ δήμῳ καταϛὰς, ἀμφοῖν ἐναντίον ἠρώτησεν, εἰ μετίασιν ὑπατείαν. 650. F: Μάρκελλος—καταϛὰς ἐναντίος—εἶπεν—. Catone Min. p. 779. E: δημάρχου τινὸς αὐτόθι ἐκκλησίαν παρασχόντος, καὶ καταϛάντα τὸν Κάτωνα ἅπαντα μὲν ὥσπερ ἐκ θεῶν ἐπίπνουν τὰ μέλλοντα τῇ πόλει προειπεῖν. Tib. Graccho p. 628. C: ὁ γὰρ Τιβέριος—δεινὸς ἦν καὶ ἄμαχος, ὁπότε τοῦ δήμου τῷ βήματι περικεχυμένου καταϛὰς λέγοι περὶ τῶν πενήτων—. C. Graccho 842. A: καταϛὰς κοσμίως καὶ μετ' αἰδοῦς δεδακρυμένος ἐποιήσατο συμβατικοὺς λόγους πρὸς τὸν ὕπατον καὶ τὴν σύγκλητον. Cicerone p. 865. D: καταϛὰς πάλιν ἐξ ἀρχῆς ἐδημηγόρησε. Antonio 942. C: Ἀντώνιος—καταϛὰς ἐπ' αὐτῆς, λόγον ὑπὲρ τῆς πόλεως διεξῆλθεν· *coram Cleopatra conſiſtens, pro civitate orationem habuit.* Dione 968. A: ἐπεὶ δὲ τοῖς ϛρατιώταις διαταραχθεῖσιν ἔδει τινὸς παρηγορίας, Μίλτας ὁ μάντις ἐν μέσῳ καταϛὰς ἐκέλευσε θαῤῥεῖν αὐτούς. Euripides ap. Stob. Tit. VIII. p. 97: λέγειν καταϛὰς εἰς ἀγῶν' ἐναντίον· *ad dicendum ſe conſiſtens in contrarium certamen:* Valckenarius Diatrib. p. 220. malit λέγων· at vulgatum ſe uſu a nobis notato tueri poſſit. Herodotus III. 46: Ἐπεί τε δὲ οἱ ἐξελαθέντες Σαμίων ὑπὸ Πολυκράτεος ἀπίκοντο ἐς τὴν Σπάρτην καταϛάντες ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας ἔλεγον πολλά—. Vita Homeri 5. 2: καταϛὰς δὲ ὁ Μελεσιγενὴς ἔλεξε περὶ τῆς τροφῆς τὸν λόγον. Ephippus apud Athen. XI. p. 509. G: —καταϛὰς εὔϛοχος νεανίας—: *ad dicendum conſiſtens acutus juvenis:* cujus proximam partem tractavimus ad p. 52. C. Philo Jud. Legat. Ad Caj. p. 1025. C: ἡ γερουσία καταϛᾶσα τοιάδε ἔλεξεν—. Dion Chryſ. Or. XXXV. p. 430. C: ἐν τῷ μέσῳ καταϛὰς μηδενὸς ἄμεινον φαίνομαι λέγων τῶν καπήλων—. Or. XLVI. p. 515. C: μήτε αὐτὸς μηδὲν ἔπραττον ἄδικον καὶ παράνομον, μήτε τοὺς ἄλλους ἐκώλυον, ἐξὸν ἑνὶ ῥήματι κωλῦσαι, καὶ καταϛάντα μηνῦσαι τὸ γιγνόμενον—· ita corrigendum vulgatum καὶ καταϛάντας καὶ μηνῦσαι τ. γ. Œnomaus ap. Euſeb. Præp. Evang. VI. p. 257. B: μηδὲ διατεινέσθω περὶ μηδενὸς καταϛάς—. Eodem ſenſu Præſens tempus adhibuit Theſſalus Or. ad Athenienſ. in Opp. Hippocrat. edit. Charter. T. I. p. 3. D: Προσήκειν ἡγέομαι, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸν καθιϛάμενον εἰς ὑμέας καὶ μὴ γινωσκόμενον παντὶ τῷ πλήθει, πρῶτον δηλῶσαι μὲν, ὅϛις καὶ ὅθεν ἐϛί. Cæterum

plane diverſa hæc eſt ratio ab altera frequenti ἀναϛὰς, ἀνιϛάμενος εἶπεν, *ſurgere ad dicendum*, nec ſatis illa adhuc animadverſa.

148. E. κλισίην] Harl. 1. κλισίαν, rectius: nec enim ratio apparet quare in hoc uno nomine Ionica forma ſervaretur. Similiter in Antonio p. 943. C: Γεμίνιος—Κλεοπάτρᾳ μὲν ἦν ὕποπτος—σκωπτόμενος δὲ παρὰ τὸ δεῖπνον ἀεὶ, καὶ κλισίαις ἀτίμοις προπηλακιζόμενος ἠνείχετο, καιρὸν ἐντεύξεως ἀναμένων. Sertorio 582. B: μετέβαλε τὸ σχῆμα τῆς κλισίας. Diſcrim. Ad. et Amic. p. 58. B: εἴκων ἕδρας ϗ κλισίας ἐπιόντι. Sympoſ. III. 644. C. Dicitur et κλίσις ibid. II. 629. D: et κατάκλισις V. 678. C. 679. F. 680. A. I. 616. B. Dion Chryſ. Or. IV. p. 76. A. LXIX. 623. C. Porphyrius De Abſtin. II. 61. p. 210: ἐοικέναι γὰρ δεῖ τὰς τιμὰς ταῖς ἐπὶ τῶν ἀγαθῶν προεδρίαις, ὑπαναϛήσεσίν τε ϗ κατακλίσεσιν—i. e. *honores oportet ſimiles eſſe principatui locorum bonis viris tributorum, quibus aſſurgendo accubationem concedimus.*

148. F. Αἰολεῖς δὲ καὶ νησιώτας] Spectat ad Pittacum civem Leſbi inſulæ Æolicæ. Inſulani vulgari opinione minus in honore quam continentis incolæ cenſebantur. Dion Chryſ. Or. LXIV. p. 595. B: οὐδὲ τὸ αἰσχρὸν ἔφερον τοῦ πράγματος, ἀντ' ἠπειρωτῶν νησιῶται γενόμενοι.

p. 149. A. Αἰγύπτιοι τοὺς ἀϛέρας ὑψώματα—] Quando propius ad boreales plagas accedunt ſtellæ, *altitudinem accipere dicuntur.* Plutarchus Ad Princip. Indoct. p. 782. D: ὅταν ὕψωμα λάβῃ μέγιϛον (ὁ ἥλιος) ἐξαρθεὶς ἐν τοῖς βορείοις, ἐλάχιϛα κινεῖται. De Animæ Procreat. 1028. E: τοῦ δὲ ἡλίου περὶ τὰς τροπὰς ἐλάχιϛα, καὶ μέγιϛα περὶ τὰς ἰσημερίας ἔχοντος κινήματα: quod cum Ægyptiorum doctrina conciliat Jablonſkius Pantheo Æg. Part. I. p. 175.

149. A. ἡ περί σε] Malim ἡ omitti: ſiquidem Thales monere vult hominem, nullam περὶ αὐτὸν ἀμαύρωσιν eſſe factam.

149. A. τοῦ Λάκωνος] Tribuitur Ageſilao ſimile in Apophthegm. Lacon. p. 208. D: at prorſus idem Damonidæ, ibidem p. 219. E: priori geminum fertur Ariſtippi dictum ad Dionyſium apud Diogenem Laert. II. 73.

149. A. δεῖ ζητεῖν] Eſt ex codice B. non ex E. ut perperam in Nota expreſſum eſt. Ergo lectio eſt illa quidem legitima, non tamen veriſimillima. Aliud quippe vitii ſubeſſe, prodit et abſentia copulæ, et ſupervacaneum ἔφη, et Harl. 1. plenius dans τὸν τόπον. Unde ſuſpicio exiſtit, antiquam ſcripturam fuiſſe, Οὐ γὰρ καταλαβόντας τόπον χρὴ σκοπεῖν μετὰ τίνας κ.—. *Nam locum capientes non debent curare poſt quos accubent*—. Meziriacus ἔφη mutari voluit in δεῖ σκοπεῖν.

149. A. δηλοῦντες] Harl. 1. 2. ζηλοῦντες; quod ad ζητοῦντες ducit.

149. B. τοποκλισίας] Vocabulum ſingulare in hoc loco: licet ſe tueatur ratione, fortaſſe tamen a librario ex antiqua lectione τόπου κλισίαν conflatum, ad formam πρωτοκλισίας ἐν τοῖς δείπνοις ex Matthæi XXIII. 7. A. Harl. 1. T. V. B. Ald. Baſ. Xyl. dant τόπῳ κλισίας. De re et vocabulo quid notarunt Stephanus Theſ. L. Gr. III. p. 1593. Wetſtenius ad Matth. l. c.

149. B. Λόγος ταῦτα—ἄλλως ἐστὶν—] Harl. 1. 2. Λόγος ταῦτα—λόγος ἐστὶν—. Neutrum ſua caret elegantia. Ἄλλως eſt *temere*, *ſine ratione*, *falſo*. Sic Plutarchus II. p. 163. C: φήμη οὐκ ἔχουσα τὸ βέβαιον, ἄλλως δὲ πάθουσα. 254. B. 343. C. 530. D. 596. B. 598. F. 609. B. I. 240. C. 864. D. Ariſtides T. II. p. 281. 305. Alia hac de notione expoſuit Ruhnkenius ad Tim. p. 199. et qui ab eo laudantur. Frequentiſſima eſt conjunctio λόγου et ἔργου, cùm apud alios, tum apud Plutarchum: v. c. II. p. 16. B. 55. C. 166. E. 176. C. 177. E. 328. A. 329. B. 613. C. I. 44. B. 156. E. 160. A. 209. A. 280. B. 321. A. 436. E. 445. B. 465. A. 575. B. 585. A. 615. B. 756. E. 757. D. 771. E. 867. A. 893. C. Notavit quædam Weſſelingius ad Diod. Sic. T. I. p. 575.

149. B. τοὺς σοφοὺς ὑμᾶς ὁρῶ τὸ τιμᾶσθαι διώκοντας] Cicero Orat. pro Archia, 11. *Ipſi illi philoſophi etiam in iis libellis, quos de contemnenda gloria ſcribunt, nomen ſuum inſcribunt: in eo ipſo, in quo prædicationem nobilitatemque deſpiciunt, prædicari de ſe, ac nominari volunt.* Tuſcul. I. 15: *Quid*

noſtri philoſophi? nonne in his libris ipſis, quos ſcribunt de contemnenda gloria, ſua nomina inſcribunt: ad quem locum Daviſius aliorum dicta notavit.

149. B. *τὴν ἀτοπίαν τοῦ ἀνθρώπου θαυμάζοντας*] In ſimili re et ſermone Epicurei abeuntis, ſimiliter loquitur Ser. Num. Vind. p. 548. B: *ἡμεῖς δὲ ὅσον τι θαυμάσαι τοῦ ἀνθρώπου τὴν ἀτοπίαν ἐπιστάντες σιωπῇ καὶ πρὸς ἀλλήλους διαβλέψαντες ἀνεστρέφομεν πάλιν*—.

149. B. *ἔμπληκτος—καὶ ἀλλόκοτος φύσει*—] *ſtolidus et inſolens indole:* nec male reddit Xylander, *ingenio ſtupido ac monſtroſo.* Ἔμπληκτος perſpicuam notionem et originem habens ſatis eſt locis maxime Plutarchi notaſſe: II. p. 139. A. 170. D. 256. F. 371. B. 658. F. 1014. B. 1051. D. 1058. B. I. 35. D. 237. B. 472. F. 473. F. 584. E. 621. C. 634. B. 691. F. 744. E. 965. C. 973. B. 1025. E. 1069. A. Ariſtides T. II. p. 337. Verbum ἐμπεπληγμένος Dion Chryſ. p. 132. D. 603. B. Nomen ἐμπληξία Plutarchus II. p. 56. C. I. 768. C. 955. F. Ariſtides T. I. p. 413. 427: ἔμπληξις Ælianus Var. Hiſt. II. 19: ἐμπληκτικὸς Plutarchus II. 748. D. Nominis ἀλλόκοτος et notio latius patet, nec origo ſatis patet. Notat quidquid *vehementer ab hominum natura, moribus, ſenſu, ratione, legibus abhorret, inſolens, inſolitum, crudele, nefarium, ſceleſtum:* omnino in malam partem dicitur cum de corporis affectionibus, tum in primis de animo, ſed magis ea ejus parte quæ ad impetum et actionem, quam quæ ad cogitationem, et intelligentiam refertur. Ex ἄλλος et κότος compoſitum, res ipſa oſtendit: κότος non eſſe terminationis formam, ſed ſingulare vocabulum, nemo dubitet. Etymologus M. p. 68. vult dictum pro ἀλλότοκον, quaſi τόκος καθ' ὑπερβιβασμὸν mutatum ſit in κότος. Atqui non opus ad tranſpoſitionem confugere, quum notum vocabulum κότος, *ira inveterata;* quod recte idem Etymologus p. 533. a verbo κεῖσθαι repetit: Κότος· ἡ ὀργή· παρὰ τὸ κεῖμαι, κεῖται, γίνεται ῥηματικὸν ὄνομα κότος· ἡ ἐναπομένουσα γὰρ ὀργὴ, κότος λέγεται. Ut igitur ὀργὴ univerſe dicitur *animus et ingenium,* conjunctam habens originem cum verbo ὀργᾷν, *tumeſcere,* ſic κότος et univerſe notat *animum, ingenium,* et proprie *iram inveteratam.*

Eſt enim prima et ſimplex origo in verbo κάω, per vocales variato in κέω, κίω, κόω, κύω, quibus in omnibus notio *continendi* et *figendi* ineſt: nam κίω, *eo*, unde κινέω, ab alia eſt origine, productum ex ἴω, *eo*: hinc κεῖμαι, κότος, *cavus*, *cavea*, *celare*, *cella*, aliaque nota a κύω. Eadem per additum τ pariunt κτάω, κτέω, κτίω, unde ſunt κτάσθαι, κτίζειν, κτείνω, in quo, ut in καίνειν, *occidendi* notio cognata eſt cum *figendi* et *continendi* notione. Egerunt de hoc nomine Stephanus Theſ. Gr. L. T. III. p. 1536. Fœſius Œcon. Hippocr. Ruhnkenius ad Timæum voc. Ἀλλόκοτον. Nos hac animadverſione defungamur notandis Plutarchi locis deinceps, in quorum quemque quæ illarum a nobis traditarum ſignificationum cadat, diligens quivis lector ipſe judicet. Sunt igitur hi loci: II. p. 15. B. 77. F. 83. D. 94. D. 165. F. 166. A. 276. E. 411. D. 553. E. 661. E. 689. C. 736. E. 972. C. 997. A. 1070. C. 1072. D. 1077. F. 1084. A. I. 64. F. 70. D. 93. E. 199. A. 222. D. 414. D. 530. C. 538. E. 553. A. 586. C. 617. D. 690. F. 763. A. 835. F. 840. A. 859. D. 894. D. 943. A. 958. E. 1000. D. 1052. B. 1058. C. Adde his Ariſtidem T. I. p. 508. II. p. 223.

149. B. μειράκιον ἔτι μύρῳ—διακεκραſμένος] Accipiendum, hoc ab Alexidemo in convivio patris Thraſybuli factum eſſe. Erat autem mos adhibere in conviviis μύρον ad unctionem, igitur homo fuit ἀλλόκοτος καὶ ἔμπληκτος, qui hoc biberet. Miſcuit, ac temperavit τὸ μύρον in magnum vas, εἰς ψυκτῆρα κεράσας μέγαν; ergo affudit unguento aquam, quaſi illud vinum eſſet, id enim eſt κεράσαι, tum præterea infudit merum. Sed in κεράσας differunt libri: T. V. B. Anon. dant κατακεράσας: Harl. 2. κεράσας μέγα: Harl. 1. longe aliud adfert, εἰς μυκτῆρα κατεράσας μέγα: in quibus μυκτῆρα non habet facilem explicationem, *implens multum nares*, et tenendum certe ψυκτῆρα: in quo eſt adumbratio ducta ex Alcibiade in Platonis Convivio p. 332. D: φέρε, παῖ, φάναι (τὸν Ἀλκιβιάδην), τὸν ψυκτῆρα ἐκεῖνον· ἰδόντα αὐτὸν πλέον ἢ ὀκτὼ κοτύλας χωροῦντα· τοῦτον ἐμπλησάμενον, πρῶτον μὲν αὐτὸν ἐκπιεῖν, ἔπειτα τῷ Σωκράτει κελεύειν ἐγχεῖν· qua de dictione egregia, ut ſolet, edidit Ruhnkenius ad Tim. p.

8: unde hoc unum ſcholion apponimus: Ψυκτήρ· σκεῦος, ᾧ τὸν οἶνον ἔψυχον, τὸ κοινῶς λεγόμενον κρυωτήριον. At κατεῖρας, *demittens*, *defundens* non caret aliqua veri ſpecie: verbum probum eſt, ut vidimus p. 134. E. Cæterum ırl. 1. plenius exhibet μειράκιον ὢν ἔτι: et uterque Harl. m T. V. B. Anon. poſt φιλίας addunt Θρασυβούλῳ, ut ıſus ſit, *Thraſybulum ſua erga filium indulgentia, qui unentum convivis præripuerit, ſibi eos non amicos, ſed inimireddidiſſe.* Simili oratione diverſum morem Eſſæorum didit ap. Euſeb. Præp. Evang. VIII. p. 382. B: τὴν συγεiαν ἡ ἐπίβουλος πλεονεξία παρευημερήσασα διέσεισεν, ἀντ' οἰκειόος ἀλλοτριότητα, καὶ ἀντὶ φιλίας ἔχθραν ἐργασαμένη.

149. C. περιελθὼν] Legendum παρελθὼν vel προσελθών· que dubium quin περὶ ex proximo nomine Περίανδρος verit. Idem error exſtitit p. 150. F: et alibi ſæpiſſime niliter peccatum.

149. C. ἄλλως γέγονεν] *temere, caſu, ſine conſilio*: notavius p. 54. E.

149. C. σημεῖόν ἐστι καὶ τέρας] Cognitæ notionis vox eſt ρας, *prodigium, monſtrum*: jungitur ſubinde σημεῖον. v. c. lutarcho, Alexandro p. 706. B: τέρας ἐποιεῖτο καὶ σημεῖον· *t prodigium et ſignum accepit*: ſæpe in N. T. ubi quædam otavit Wetſtenius ad Matth. XXIV. 24. Lucas Act. pp. II. 19. Sed et ſimpliciter σημεῖον poſitum prodigii otionem habet; apud Plutarchum I. p. 295. B. 705. C. 06. B. 737. D. 800. B. 951. A. 1006. F. 1068. C, D. II. 68. F. alibi ſubinde.

149. D. Ἀλεξίκακε] Sic in exclamandi formula Ariſtohanes Nub. 1375: Ὁ δ' εὐθὺς ᾖσ' ἐξ Εὐριπίδου ῥῆσίν τιν', ὡς κίνει Ἀδελφὸς, ὦ 'λεξίκακε, τὴν ὁμομητρίαν ἀδελφήν. Lucianus Alexandro T. II. p. 210: ἡ ψυχὴ δὲ καὶ ἡ γνώμη, ἀλεξίκακε Ἡράκλεις, καὶ Ζεῦ ἀποτρόπαιε, καὶ Διόσκουροι σωτῆρες, καὶ ἐχθροῖς τυχεῖν γένοιτο—. Pſeudologiſta T. III. p. 180: φιλῆσαι δὲ ἐπὶ τούτοις μὴ γένοιτο, ὦ Ἀλεξίκακε. Ariſtides T. I. p. 492: ὴ δῆτα, ἀλεξίκακε Ζεῦ καὶ θεοί. Ib. 490: Ἡρακλεῖ τῷ Ἀλεκάκῳ· et aliorum cognomen Deorum, et in cæteris cabus uſitatum. v. c. in Plutarcho II. p. 1076. B. 1102. E. 5. B.

149. D. ἀπεστράφη τὴν ὄψιν. Ὁ δὲ Θάλης προσέβλεψε τῷ νεανίσκῳ—] Sumſimus προσέβλεψε ex Voſſ. et margine A: nam T. V. B. Harl. 1. 2. dant προσέβλεπε. Fortaſſe quis ſuſpicetur τὴν ὄψιν ſuo loco motum, et veram hanc fuiſſe ſcripturam —ἀπεστράφη. Ὁ δὲ Θάλης τὴν ὄψιν προσέβαλε τῷ νεανίσκῳ—· *avertit ſe. Thales autem oculos in adoleſcentem conjecit.* Sed recepta nobis lectio magis cum Plutarchi conſuetudine facere videtur. Primum: προσβάλλειν ὄψιν ab eo dicitur *res conſpecta* quæ aliquam ſpeciem objicit videntibus, non *videntes ipſi:* v. c. in Sylla p. 462. A: αἱ βαφαὶ τῶν Μηδικῶν καὶ Σκυθικῶν χιτώνων—πυροειδῆ καὶ φοβερὰν προσέβαλλον ὄψιν. Deinde: alterum Plutarcho uſurpatum: v. c. Amatorio p. 771. C: καὶ θεοὺς καὶ δαίμονας ὄψιν ἀποστραφῆναι· *et deos et homines oculos avertere.* Similiter Fabio Max. p. 183. A: de vento qui Romanis in pugna ad Thraſymenum προσέβαλλε τοῖς προσώποις ἀποστρεφομένοις.

149. D. καθαρμὸν κινεῖν·] *luſtrale ſacrificium movere:* καθαρμὸς ſic frequentiore uſu dicitur de ſacrificio. v. c. II. p. 158. A. 171. B. 418. B. 920. B. 1105. B. I. 32. F. 70. D, E. 84. E. 274. C. 310. E. 336. C. 474. F. 558. A. 728. D. 823. F. 1001. E. conveniebat in cædem involuntariam, ſiquidem Periander, partim certe, cauſſa exſtitiſſet matri voluntariæ mortis: cujuſmodi luſtrationis exempla frequentia ſunt antiquis temporibus, et rationem declarat Porphyrius De Abſtin. I. 9. Vis nominis cognoſcatur etiam ex Platone in Legibus p. 638. E. 657. B. 658. B. C. E. 704. A. Et κινεῖν pro *facere, moliri, initium capere actionis,* in elegantiore uſu cenſendum: ſic Plutarchus II. p. 117. C. 561. B. 656. D. 687. B. 830. B. 1029. B. I. 95. B. 305. D. 346. A. 622. F. 682. D. 924. F.

149. D. τροπαίοις] ἀποτροπαίοις dat quoque Harl. 1. Plutarcho non alibi dictum: nam quod eſt in Parallelis Gr. et Rom. p. 310. B: τροπαίοις θεοῖς σφαγιάσαι, eſt ille inepti nugatoris libellus. Nec tamen repudiandum. Sophocles Trachin. 306. Ὦ Ζεῦ τροπαῖε—· quod Scholiaſtes exponit, ἀποτρεπτικὲ, ἀλεξίκακε. Lycophron. 1329. Τροπαίας—θεᾶς. Tzetzes quidem a *tropæo* victoriæ monumento dictum: nec ſatis perſuadet. Sane hoc epitheton Dei τροπαίου, *ho-*

ſtiam averſoris, multis firmatur Veterum teſtimoniis, allatis a Pottero ad iſtum verſum, Weſſelingio ad Diodor. Sic. T. II. p. 252: itaque interpretatus eſt Caſaubonus illud Poſidonii Ποσειδῶνι Τροπαίῳ apud Athen. VIII. p. 333. D. Ἀποτρόπαιος varie dicitur. Primum, Deorum frequens eſt cognomen: v. c. apud alios et Plutarchum II. p. 159. E. 708. E. Tum *res abominandæ*: v. c. II. 587. F: δυσφημίας ἀποτροπαίους. Dion Chryſ. Or. XXXIII. p. 411. D: οὐχ οὕτω φημὶ τοῦτ' εἶναι τὸ τέρας δεινὸν οὐδ' ἀποτρόπαιον. Deinde *ſacrificia averruncandis malis: depulſiones* vocavit Valerius Max. I. 1. 1: Plutarchus II. p. 290. D: κύων—ἀποτροπαίων καὶ καθαρσίων ἐπέχει μοῖραν· *canis obtinet locum piacularis ſacrificii.* 369. E: θύειν—ἀποτρόπαια καὶ σκυθρωπά. 479. D: ἂν ὗς τεκοῦσα δελφάκιον, ἢ κύων διασπαράξῃ σκυλάκιον, ἀθυμοῦσι καὶ ταράττονται καὶ θεοῖς ἀποτρόπαια θύουσι, καὶ τέρας νομίζουσι. Artemidorus V. 66. Porphyrius De Abſtin. II. 44. apud Euſeb. Præp. Evang. IV. p. 174. B. Hujus vocabuli et moris obſervatione jam ante multos annos correxi verba Theophraſti in Charactere Superſtitionis, et conjecturam adhuc probo: Καὶ ἐὰν μῦς θύλακον ἀλφίτων διαφάγῃ, πρὸς τὸν ἐξηγητὴν ἐλθὼν ἐρωτᾷν τί χρὴ ποιεῖν· καὶ ἐὰν ἀποκρίνηται αὐτῷ ἀποδοῦναι τῷ σκυτοδέψῃ ἀποῤῥάψαι, μὴ προσέχειν τούτοις, ἀλλ' ἀποτραπεὶς ἐκθύσασθαι· poſtrema varie a doctis hominibus tractata ſic legenda ſunt —ἀλλ' ἀποτροπαίοις ἐκθύσασθαι· *ſed luſtralibus ſacrificiis expiare*: ἐκθύεσθαι proprium et elegans *expiandi per ſacrificia* notione verbum, expoſuerunt duumviri ad Herodotum VI. 91. Eodem utitur Plutarchus in Alexandro p. 693. D, E: ἀνεκοινοῦτο τοῖς μάντεσιν Ἀριστάνδρῳ καὶ Κλεομάντει (f. Κλεομένει) τῷ Λάκωνι· φησάντων δὲ πονηρὸν εἶναι τὸ σημεῖον, ἐκέλευσεν ἐκθύσασθαι κατὰ τάχος ὑπὲρ τοῦ Κλείτου·—οὐ μὴν ἔφθασεν ἐκθυσάμενος ὁ Κλεῖτος, ἀλλ' εὐθὺς ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἧκεν—, Epictetus Diſſert. II. 7. p. 201. hinc interpretandus. Τί οὖν ἡμᾶς ἐπὶ τὸ συνεχῶς μαντεύεσθαι ἄγει; Ἡ δειλία, τὸ φοβεῖσθαι τὰς ἐκβάσεις· διὰ τοῦτο κολακεύομεν τοὺς μάντεις. Κληρονομήσω, κύριε, τὸν πατέρα; Ἴδωμεν, ἐπεκθυσώμεθα. *Videamus, inſuper exſacrificemus*: ſunt verba vatis reſpondentis. Latinus Tragicus apud Ciceronem Divinat. I. 21: Scriverium Excerpt. p. 161. Græcum verbum reddidit

exſacrificare, de ſomnii viſo expiando: *Rex ipſe Priamus ſomnio mentis metu Perculſus, curis ſumtus ſuſpirantibus, Exſacrificabat boſtiis balantibus.*

149. D. Τί δὲ—οὐ μέλλω] Notavimus p. 50. C.

149. D. ἐξιλάσασθαι μήνιμα,] A proximis disjungenda commate. Utrumque in hac re proprium et elegans vocabulum: *deorum iram placare:* ἐξιλάσκεσθαι Plutarchus I. p. 444. F. Plato Leg. IX. 655. E. Dion Chryſ. Orat. XXXII. p. 385. B, C. Ariſtides T. I. p. 18: μήνιμα Plutarch. II. p. 418. B. 557. C. 558. F. 578. A. I. 6. C. 32. F. 288. A. 567. B. Pauſanias p. 213. 236. 238. 270. 376. 669.

149. D. προφαινούσης] Item probum in hoc genere et Plutarcho uſitatum verbum προφαίνειν, *portendere oſtentum, oraculum*, aut aliud divinum ſignum. II. 244. E. 984. B. I. 84. D. 130. F. 132. F. 239. F. 286. C. 327. C. 409. F. 415. C. 854. D.

149. E. λαβόμενος τῆς ἐκείνου χειρὸς] Sic II p. 577. B: Λαβόμενός μου τῆς χειρὸς, ὥσπερ εἰώθει; in *benevola ſalutatione* res et dictio uſurpata. I. 690. B. de Dario moriente: ταῦτα εἰπὼν καὶ λαβόμενος τῆς τοῦ Πολυςράτου χειρὸς, ἐξέλιπεν. Similiter 661. C. 726. D. 753. C. 993. D. 1002. D. At ubi ſimul ſubeſt *ſignificatio exbibendi bonoris, fidei dandæ aut petendæ*, magis dicitur λαβόμενος τῆς δεξιᾶς ἐκείνου. v. c. I. 321. D. 602. F. 637. A. 988. E. 990. D.

149. E. ἔφη, Ἃ] Sic et Harl. 1.

149. E. παραινῶ νέοις οὕτω] Sic item dat Harl. 2. Vulgo legebatur monſtroſe παραινῶν ἔθισω τό. Veram lectionem jam vertendo expreſſerat Amyotus, eumque, ut puto, ſecutus Cruſerius: in contextum recepit recens Gallicus interpres La Porte du Theil, erudititſſimus vir. Cæterum ſimillimi portenti interpretationem in Æſopo antiquitus celebratam eſſe, apparet ex Phædro qui hanc auctoritatem ſecutus, factum fabula conſignavit III. 3. quam referre operæ pretium eſt:

Habenti cuidam pecora pepererunt oves
Agnos bumano capite. Monſtro exterritus
Ad conſulendos currit mœrens bariolos.

Hic pertinere ad domini reſpondit caput,
Et avertendum victima periculum.
Ille autem adfirmat, conjugem eſſe adulteram,
Et inſitivos ſignificari liberos,
Sed expiari poſſe majori hoſtia.
Quid multa? Variis diſſident ſententiis:
Hominiſque curam cura majore adgravant.
Æſopus ibi ſtans naris emunctæ ſenex,
Natura numquam verba cui potuit dare:
Si procurare vis oſtentum, Ruſtice,
Uxores, inquit, da tuis paſtoribus.

149. E. περιλαβὼν] Anon. T. V. περιβαλὼν, quod magis uſitatum: quamquam in amplexu ſalutantium utrum- : et uſu et ratione commendatur; ut in frequente eo- n a librariis admiſſa permutatione difficile ſit ſtatuere, e quoque loco certior ſit ſcriptura. Sed de περιβάλλειν s eſt Plutarchi loca notaſſe, II. p. 139. E. 151. D. 196. I. 589. C. 920. E. 977. B. 985. E. 988. E. Alterum itur, II. p. 177. A: τοῦ Εὐριπίδου τὸν καλὸν Ἀγάθωνα περι- βάνοντος ἐν τῷ συμποσίῳ καὶ καταφιλοῦντος. I. 467. E: ἠσπά- ο καὶ περιλαβὼν ἐφίλησεν αὐτόν. Xenophon Expedit. Cyr. I. 4. 6: περιλαβὼν τὸν παῖδα. Sympoſ. IX. 4: περιλαβὼν ησεν αὐτήν. Callimachus Lavacr. Pallad. 93: Ἁ μὲν ἐπ' οτέραισι φίλον περὶ παῖδα λαβοῖσα—. Ælianus Nat. Ani- l. VII. 48: περιλαβὼν τὸν λέοντα—κατησπάζετο.

49. E. Οἶμαι δὲ—πέρας ἔχει] Voſſ. ἔχειν. Forte legen- n, Οἶμαι δὴ—πέρας ἔχειν.

. 150. A. ἃς ὁ παλαιὸς Ἄρδαλος ἱδρύσατο ὁ Τροιζήνιος] De : mentionem facit Plutarchus De Muſica p. 1133. A: δαλόν φασι Τροιζήνιον πρότερον Κλονᾶ τὴν αὐλῳδικὴν συστήσασθαι ται: diſertius Pauſanias, filium Neptuni, et Pittheo vel ualem vel antiquiorem prodens, II. 31. p. 184: Οὐ ω δὲ ἱερὸν Μουσῶν ἐστιν, ποιῆσαι δὲ ἔλεγον αὐτὸ Ἄρδαλον παῖδα αίστου· καὶ αὐλόν τε εὑρεῖν νομίζουσι τὸν Ἄρδαλον τοῦτον καὶ τὰς ισας ἀπ' αὐτοῦ καλοῦσιν Ἀρδαλίδας· ἐνταῦθα Πιτθέα διδάξαι ων τέχνην φασὶ, καί τι βιβλίον Πιτθέως δὴ σύγγραμμα ὑπὸ ὸς ἐκδοθὲν Ἐπιδαυρίου καὶ αὐτὸς ἐπελεξάμην. Τοῦ Μουσείου δὲ addend. cum Sylb.) πόρρω βωμός ἐστιν ἀρχαῖος, Ἀρδάλου καὶ

τοῦτον, ὥς φασιν, ἀναθέντος· ἐπὶ δὲ αὐτῷ Μούσαις ἢ Ὕπνῳ θύουσι, λέγοντες τὸν Ὕπνον θεῶν μάλιϛα εἶναι φίλον Μέσαις. Pittheum conſtat Theſei fuiſſe avum. Plinio H. N. VII. 57. veriſimillima conjectura reſtituit Harduinus: *Cum tibiis canere voce Trœzenius Ardalus inſtituit:* ubi pro hoc nomine in libris fertur *Dardanus.*

150. A. Αἴσωπος—] Si hæc ad Delphos legatio ea fuit, qua Æſopus a Delphenſibus interfectus eſt, temporum rationem non ſervavit Plutarchus; modo recte annos ordinaverit Ed. Corſinus Faſt. Attic. Vol. III. p. 85. et 93. Periandri mortem ponens Olymp. XLVIII. 4: Æſopi, Olymp. LIV. 1: niſi forte Plutarchus de priore quadam ejus ad Delphos legatione loquitur, cui peractæ ſuperſtes et incolumis fuerit, ſcripſeritque duos libros de rebus, quæ ipſi Delphis evenerunt, ut ex incerto auctore tradit Suidas voce Αἴσωπος, Σάμιος: addens, ſecundum alios auctores, eum nil niſi acuta reſponſa ſcripſiſſe, et a Delphenſibus interfectum eſſe Olympiade LIV. Sed hæc apponere omnia non attinet. Non quidem differunt magnopere in anno, quo Æſopus obierit, recentiores Chronologi: veluti Petavius item ponit Ol. LIV. 1. Larcherus ad Herodotum Vol. VII. p. 541. et 621. Ol. LIV. 4: Scaliger Animadv. ad Euſeb. p. 92. quamquam et hic Suidæ corrupta ſequens verba, et Corſinus ex Phædro I. 2. nullius in hoc genere auctoritatis ſcriptore, argumentum ducens. At illa levis eſt, præ altera, difficultas. Quid enim eſt quod initium regni Crœſi ponitur Olymp. LV. ergo poſt obitum Æſopi? quem tamen apud regem Crœſum gratia floruiſſe, ab eoque Delphos miſſum, omnis antiquitas conſentit. An vero eum, vivo adhuc patre Alyatte, aut regnum obtinuiſſe, aut in regni ſocietatem aſſumtum dicamus: in quam opinionem fere ducunt indicia, a Weſſelingio monſtrata ad Herodotum I. 30.

150. A. ἐπὶ δίφρυ τινὸς χαμαιζήλυ παρὰ τὸν Σόλωνα καθήμενος] Exemplum e Platone ductum, qui ſimiliter in Phædone p. 389. F. ἔτυχον γὰρ καθήμενος ἐν δεξιᾷ αὐτῦ παρὰ τὴν κλίνην ἐπὶ χαμαιζήλου τινός· ὁ δὲ ἐπὶ πολλῷ ὑψηλοτέρου ἢ ἐγώ. Vocabulum χαμαίζηλος in Gloſſas retulit Timæus, ibique

expoſuit Ruhnkenius p. 273. Ut adjectivum adhibuit Plutarchus II. p. 293. A: χαμαιζήλων φυτῶν. Simile quid de Terentio prodit Suetonius in Ejus Vita p. 402: *Scripſit comœdias ſex, ex quibus primum Andriam quum Ædilibus daret, juſſus antea Cærio recitare: ad cœnantem quum veniſſet, dictus eſt initium quidem fabulæ, quod erat contemtiore veſtitu, ſubſellio juxta lectulum reſidens, legiſſe: poſt paucos vero verſus invitatus ut accumberet, cœnaſſe una: deinde cætera percurriſſe non ſine magna Cærii admiratione.* Et Plautus iſtiuſmodi ſellas dixit *ſubſellia*, v. c. Sticho III. 2. 33. occupatis jam lectis, paraſitus Gelaſimus adveniens non poſtulabat accumbere contentus ſeſſione: *Haud poſtulo equidem me in lecto accumbere: Scis tu me eſſe imi ſubſellii virum.* Item V. 4. 21: *—potius in ſubſellio Cynice accipiemur, quam in lectis.* Captivis III. 1. 11: *Nihil morantur jam Laconas, imi ſubſellii viros.* Omnino viliorum erat convivarum ſedere, cæteris accumbentibus: ut erudite docet J. Lipſius ad Taciti Annal. XIII. 16: hoc opportune addens; *Nec alio Plutarchus reſpexit, cum in Convivio ſuo reliquos quidem accumbentes facit, at Æſopum, qui ſervus, ſedentem in ſubſellio apud Solonem.*

150. A. Ἡμίονος—] Ejuſdem exempli fabula eſt in Editionibus CXL. Ἡμίονος ἐκ κριθῆς παχυνθεὶς ἀνεσκίρτησε βοῶν καὶ λέγων, πατήρ μου ἐστὶν ἵππος· κἀγὼ αὐτῷ ὅλος ἀφωμοιώθην· καί ποτε ἀνάγκης ἐπελθούσης τρέχειν, ἐπειδὴ τοῦ δρόμου ἐπαύσατο, τοῦ πατρὸς ὄνου εὐθὺς ὑπεμνήσθη· quæ breviore oratione comprehenſa in codice Oxonienſi, Babrio vindicavit Thom. Tyrwhittus in Diſſert. de Fabulis Babrii p. 18. Similis eſt CXIII. de Aſino leonina pelle induto: ἀναχαιτίσας, *jubam concutiens, erigens*, proprium equi et leonis: ſæpius per tralationem dicitur quaſi *frenum reſpuere, caput efferre, vires et ſpiritum aſſumere*: ut I. p. 905. C. 923. D. II. 173. E. 794. D. Ariſtides T. I. p. 383. Nomen φρύαγμα attigimus p. 1. C.

150. B. τρέχεις τὸν ἡμίονον] *curris mulum*; eleganter dicitur pro *curris ut mulus, imitaris currendo mulum.* Sic *ſaltare aliquem*: Horatius Sat. I. 5. 63: *Paſtorem ſaltaret uti Cyclopa rogabat.* Velleius Pat. II. 83: *cum—Glaucum ſal-*

taſſet in convivio. Suetonius Nerone 54: *voverat—ſe—ſaltaturum Virgilii Turnum.* Si militer Propertius IV. 2. 39: *Paſtorem ad baculum poſſum curvare—*: i. e. *imitari, me componere in babitum paſtoris baculo innitentis.* Juvenalis Sat. XII. 128: *Vivat Pacuvius, quæſo, vel Neſtora totum.* Eadem eſt ratio in dictione *agere aliquem.* Quare Chilon hoc in Æſopum conjecerit, hæc fuiſſe videtur cauſſa, ut eum *libertum, gratia Crœſi et legationis munere ornatum exteraſque regiones obeuntem,* cum illo mulo equi inſtar currente, compararet.

150. B. ἡ Μέλισσα—κατεκλίθη παρὰ τὸν Περίανδρον· ἡ δὲ Εὔμητις ἐκάθισε παρὰ τὸ δειπνεῖν] *Meliſſa* uxor Periandri, ab eodem interfecta, ut novimus ex Herodoto III. 50. V. 92. Diogene Laertio I. 94. Eumetin *ſediſſe* habet rationem: at παρὰ τὸ δειπνεῖν neſcio quomodo friget, et potius quis exſpectaſſet ſignificationem loci, παρὰ τὸν Κλεόβελον, vel ſimile: ut modo, Αἴσωπος—παρὰ τὸν Σόλωνα καθήμενος. Ibidem habuimus exemplum ſedentis in convivio: nec omnes accubuiſſe, ſed fuiſſe nonnumquam qui ſederent, notavimus, et nunc uberius declaremus. Sic in Xenophontis Sympoſio I. 8: Αὐτόλυκος μὲν οὖν παρὰ τὸν πατέρα ἐκαθέζετο· οἱ δὲ ἄλλοι, ὥσπερ εἰκὸς, κατεκλίθησαν· ubi non erat, quod ὥσπερ εἰκὸς offenderet J. A. Erneſtum: *reliqui, ut par erat, accubuerunt*; opponuntur *ſedere* et *accumbere.* Nam, *Autolycus adſidebat juxta patrem, quippe puer: at reliqui, ut viri, quos accumbere par erat, accubuerunt.* Si quid mutandum eſſet, proxime ad literarum ductus accedebat, ὥσπερ εἶχον, *prouti ſe babebant, nullo delectu*: veluti eſt in Herodoto II. 121. 4: τοὺς δὲ αὐτοῦ, ὥσπερ εἶχον, κατακλιθέντας πίνειν διανοέεσθαι. Plutarcho Catone Min. p. 772. C: καὶ βαδίζων εὐθὺς, ὡς εἶχεν, καθίζει μέσον ἐμβαλὼν ἑαυτὸν τοῦ Μετέλλου καὶ τοῦ Καίσαρος. Dione p. 969. E: ὡς εἶχε, παρὰ τὴν ὁδὸν ἐν ὕλῃ τινὶ κατέκλινεν ἑαυτόν. Bruto 1008. E: ἀποκλίνας, ὡς ἔτυχεν καθεζόμενος, πρὸς οἰκέτην ἑαυτοῦ Κλεῖτον ἐλάλει. Pauſanias IX. 23: (Πίνδαρος) μὲν δὴ, ὡς εἶχε, κατακλίνεται βραχὺ ὑπὲρ τῆς ὁδοῦ. Dukerus ad Thucyd. III. 30. Locella ad Xenoph. Epheſ. p. 194. 287. citati ab eruditiſſimo Baſt. in Epiſt. Crit. p. 118. At nil opus mutatione. Item

in Platonis Convivio ſedebat Socrates, poſtea accubuit p. 316. D, E. Refert Athenæus ex Hegeſandro I. p. 18. A: morem fuiſſe Macedonum, ut nemo in cœna accumberet, niſi qui aprum extra retia interemiſſet: quod qui nondum feciſſent, eos ſedentes cœnaſſe: igitur Caſſandrum, triginta quinque annos natum, nondum tamen eo certamine defunctum, apud patrem ſedentem cœnaſſe. Heroicis temporibus adſidebant ad menſam, poſtea demum creſcente luxuria accumbere cœperunt: quod partim idem notat Athenæus p. 17. E. Philo Jud. De Joſepho p. 555. C. Fuit et apud Romanos vetus hic mos in junioribus: de quo Suetonius in Claudio 32: *Adbibebat omni cœnæ et liberos ſuos cum pueris puelliſque nobilibus, qui more veteri ad fulcra lectorum ſedentes veſcerentur:* ubi de hoc uſu quædam annotavit Torrentius: et ad Taciti Annal. XIII. 16. Lipſius, ſupra laudatus. Et vero *Fœminæ cum viris cubantibus ſedentes cœnitabant*, ut ait Valerius Maximus II. 1. 2. ſed antiquitus, nam ſuo tempore morem exoleviſſe tradit: de quo idem Lipſius ad Tacit. Annal. XI. 2. egregia docet: cui addatur Elmenhorſtius ad Appuleii Metamorph. I. 17. p. 70. edit. Oudendorp. Sed hoc ut alia in conviviorum ritu a Græcis fluxiſſe videtur: ut haud temere conjicit Aldus Manutius De Quæſitis Per Epiſt. I. 4. in Gruteri Face Crit. T. IV. p. 199. Cæterum quod vir doctus hunc Plutarchi librum pro ſpurio habens, ignorationem antiqui moris cenſet, mulieres in convivium induci, facile refellitur. Primum, quo in primis nituntur, Nepos in Præfatione ait mulieres *in Græcia neque in convivium adbiberi niſi propinquorum:* certe hæc propinquitas ad Meliſſam pertinuit. Sed omnino non abhorruiſſe hoc a Græcorum moribus, cum aliunde apparet, tum conſtat ex Plutarcho qui Sympoſ. VII. p. 712. E. *et uxores ſubinde et impuberes natos una accubuiſſe*, ſcribit. Et Caſauboni certe auctoritas paucis verbis decernere poſſit, ita ſcribentis, ad Athenæum p. 607: *ſi quis objiciat ex Cornelio Nepote, fœminas in convivia more Græcorum non eſſe adbibitas; in promtu ſunt Græcorum ſcriptorum teſtimonia, quæ contrarium ſæpiſſime factum arguant.*

150. C. Λύσιον] Notavimus ad p. 68. D.

150. C. ὑποδοχὴ] *convivium, accipere convivas epulis*: eſt quoque in Harl. 1. 2. et Plutarcho frequens: II. p. 123. E. 146. C. 158. C. 588. B. 667. A, B. 678. D. 679. C, D. 707. B. 708. A. 1020. A. 1022. F. 1024. C. 1025. E. I. p. 6. B. 73. B. 196. C. 289. D. 480. C. 579. E. 640. C. 764. D. 894. A. 914. A. 942. B. 995. B. 1056. B. 1057. E. Plato 677. F. 689. D. G. Dion Chryſ. 396. A. Teles ap. Stob. 523. Ariſtides T. I. p. 568.

150. C. ἐν τυραννίδι καὶ πλούτῳ καὶ πράγμασι] πράγματα de *potentia* et *imperio* dici monuimus ad p. 150. C. Nunc animadverſione dignum, vocabulum in appoſitione, non tamquam rem ab antecedentibus diverſam, ſed ut genus antecedentia et alia complectens. Sic Plutarchus Amatorio p. 749. F: οἴκου καὶ γάμου καὶ πραγμάτων μεγάλων ἀποστεροῦντα τὸν φίλον. Fab. Max. p. 188. D: ἔθνη δὲ πάμπολλα καὶ πόλεις μεγάλας καὶ πράγματα λαμπρὰ Ῥωμαίοις κτησάμενος. Bruto p. 1002. B: ἐνοχλούμενος δαπάναις καὶ στρατείαις καὶ πράγμασιν. Menander ap. Cleric. p. 270: Ὅταν δὲ λύπαις ἐμπέσῃ καὶ πράγμασιν· editur ἐπιπέσῃ.

150. D. Ἐπεὶ δὲ ἐπήρθησαν αἱ τράπεζαι—] Harl. 2. ἀπήρθησαν. Sed vulgatum, licet in Lexicis hoc ſenſu non annotatum, tamen *tollendi, auferendi*, ſignificatione, ſe tuetur haud contemnendis teſtimoniis. v. c. Plutarchi Craſſo, de Parthorum convivio p. 564. E: τῆς δὲ κεφαλῆς τοῦ Κράσσου κομισθείσης ἐπὶ θύρας ἐπηρμέναι μὲν ἦσαν αἱ τράπεζαι. Cleomene p. 810. E: ἐπαρθείσης δὲ τῆς τραπέζης, εἰσεκομίζετο τρίπους, κρατῆρα χαλκοῦν ἔχων οἴνου μεστόν. Achæi ap. Athen. XIV. p. 641. E: Ναί· καὶ τράπεζά γ' ἐκποδὼν ἐπαίρεται. Anaxandridis ib. 642. B: Ὡς δ' ἐστεφανώθην, ἡ τράπεζ' ἐπήγετο· non dubitandum quin verum ſit ἐπήρετο· et forte ita reſtituendum ἐπαρθεισῶν τραπεζῶν in hoc ipſo Plutarchi libro p. 159. D. Simplex αἴρεσθαι ibid. XV. 685. E. dixit Eubulus, Εὐθὺς ἀνεκλίνετο· παρῆν στέφανος ἐν τάχει· Ἤρετο τράπεζα. Alexide 642. F: ἀρτέον τράπεζαν, ἀπονίψασθαι δοτέον, προσοιστέος στέφανος, μύρον, σπονδή, λιβανωτός—. Timocles X. 455. F: ὡς δ' ἦν ἠρμένη Βίου τιθήνη, πολεμία λιμοῦ, φύλαξ Φιλίας, ἰατρὸς ἐκλύτου βουλιμίας, Τράπεζα—. Poſidonius ibid. X. p. 466. C. de Ly-

ſimachi Babylonii convivio: *μετὰ τὸ τὰς τραπέζας ἀρθῆναι, πεπράμενον ἑκάςῳ τῶν τριακοσίων ἔκπωμα δοῦναι ἀργυροῦν· καὶ σπονδοποιησάμενον προπιεῖν ἅμα πᾶσιν—.* At *ἀφαιρεῖσθαι* dixit Plutarchus Sympoſ. II. 2. p. 635. B: *ὡς οὖν ἀφηρέθησαν αἱ τράπεζαι.* Xenophon Sympoſ. II. 1: *Ὡς δ' ἀφηρέθησαν αἱ τράπεζαι καὶ ἐσπείσαντο καὶ ἐπαιάνισαν, ἔρχεταί τις αὐτοῖς ἐπὶ κῶμον Συρακούσιος ἄνθρωπος, ἔχων τε αὐλητρίδα ἀγαθὴν καὶ ὀρχηςρίδα τῶν τὰ θαύματα δυναμένων ποιεῖν, καὶ παῖδα πάνυ γε ὡραῖον καὶ πάνυ καλῶς κιθαρίζοντα καὶ ὀρχούμενον.* Ariſtoteles Œconom. II. 41. et Ælianus Var. Hiſt. I. 20. de Dionyſii facto *ἀφαιρεῖν τράπεζαν*, quod diſertius narrat Athenæus XV. p. 693. E: *ὅτι δὲ δοθείσης τῆς τοῦ ἀγαθοῦ δαίμονος κράσεως ἔθος ἦν βαςάζεσθαι τὰς τραπέζας, ἔδειξε διὰ τῆς αὐτοῦ ἀσεβείας ὁ Σικελιώτης Διονύσιος· τῷ γὰρ Ἀσκληπιῷ ἐν ταῖς Συρακούσαις ἀνακειμένης τραπέζης χρυσῆς, προπιὼν αὐτῷ ἄκρατον ἀγαθοῦ δαίμονος, ἐκέλευσε βαςαχθῆναι τὴν τράπεζαν.* Atticis quidem *βαςάζειν* pro *auferre, removere*, non dictum exiſtimem: idque recte monuit Suidas in voce: quam in rem erudite complura tradit Abreſchius Annot. in N. T. p. 535. Quamquam ex Athenæo idem factum eodem verbo apponit Euſtathius ad Odyſſ. E. p. 1525. quamvis neuter Atticæ conſuetudinis ignarus. Cæterum ex his, quos attulimus, locis jam partim intelligitur mos convivialis, ut cibo ſatiatis convivis *menſæ auferrentur, coronæ diſtribuerentur, diis libatio fieret ad tibiæ cantum, tum crater in medio poneretur, ex quo deinceps famuli pocula miniſtrarent.* Plato hæc non ſingillatim, ſed univerſe ſignificavit p. 1: *—κατακλινέντος τοῦ Σωκράτους καὶ δειπνήσαντος μετὰ τῶν ἄλλων, σπονδάς τε σφᾶς ποιήσασθαι καὶ ᾄσαντας τὸν θεὸν, καὶ τ' ἄλλα τὰ νομιζόμενα, τρέπεσθαι πρὸς τὸν πότον.* Sed et Comici Platonis iambos his de partium vicibus legiſſe juvabit, ap. Athen. XV. initio, p. 665. et Nicoſtrati 693. B. Plutarchum Sympoſ. III. p. 645. D. de coronis, *παντοδαπῶν μετὰ τὸ δειπνῆσαι ςεφάνων περιφερομένων.* Item VII. 712. F: *τὸν δὲ αὐλὸν οὐδὲ βουλομένοις ἀπώσασθαι τῆς τραπέζης ἐςίν· αἱ γὰρ σπονδαὶ ποθοῦσιν αὐτὸν ἅμα τῷ ςεφάνῳ, καὶ συνεπιφθέγγεται τῷ παιᾶνι τὸ θεῖον.* Morem *menſas auferendi et crateras ſtatuendi* ſecutus eſt Virgilius Æn. I. 527. *Poſtquam prima quies epulis menſæque remotæ, Crateras magnos*

ſtatuunt et vina coronant. Sumſit univerſe ab Homero Il. A. 469: Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο, Κοῦροι μὲν κρητῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῖο· cui *craterum vini coronatio* nil eſt niſi *impletus crater, ut vinum ſupra ſummam oram, quaſi corona, exſtare videatur:* at Virgilio eſt proprie *coronatio crateris*, quam e Græcorum poſt heroicam ætatem moribus accepit, ut item diſcubitum convivarum et amotionem menſarum: quas proprie menſas ipſas, nec tantum dapes, intelligendas eſſe, ut voluit Cerda, noſtra animadverſio oſtendit.

150. D. εἰ παρὰ Σκύθαις αὐλητρίδες εἰσὶν] Ariſtoteles Analytic. Poſt. I. 12. 11. Οἷον τὸ τοῦ Ἀναχάρσιδος, ὅτι ἐν Σκύθαις οὐκ εἰσιν αὐλητρίδες, οὐδὲ γὰρ ἄμπελοι, annotatus et Xylandro. Diogenes Laertius I. 104: ἐρωτηθεὶς (ὁ Ἀνάχαρσις) εἰ εἰσιν ἐν Σκύθαις αὐλοί; εἶπεν, Ἀλλ' οὐδὲ ἄμπελοι. Euſtathius ad Il. A. p. 22: —ἐστι πολλὰ τοιαῦτα πόῤῥω αἴτια παρὰ τοῖς παλαιοῖς· ὧν ἓν καὶ τὸ τοῦ Ἀναχάρσιδος· ὃς ἐρωτηθεὶς διὰ τί παρὰ Σκύθαις οὐκ εἰσιν αὐληταί; εἶπεν, Διότι οὐδὲ ἄμπελοι. Eodem ſpectavit Strabo XV. p. 1017. C: de India ſcribens, ὥστε μηδὲ αὐλὸν εἶναι, κατὰ τὸν Ἀνάχαρσιν.

150. E. προέμενοι τὰ νεβρεῖα, χρώμενοι τοῖς ὀνείοις] De tibiis ex hinnuli oſſe factis Athenæus V. p. 182. E. Spanhemius ad Callim. H. Dian. 244. Kuſterus ad Ariſtophanis Acharn. 863. De aſinorum oſſibus ei uſui adhibitis Plinius H. N. XI. 87: *aſinorum oſſa ad tibias canora.*

150. E. Κλεόβουλον ἡ πρὸς τὸν Φρύγιον αὐλὸν—κρούσεως·] Teneo adhuc rationem in Emendatione proditam, ut in rebus hujuſmodi probabilem, parva tamen cum mutatione: Κλεοβουλίνη πρὸς τὸν Φρύγιον αὐλὸν ᾐνίξατο, Νεβρογόνος κνήμη κερασβόλον οὖας ἧσε ἕκατι κρούσεως· ita ut proxima deinceps ὥστε θαυμάζειν— ſint Æſopi dictum. Senſum ita reddimus: *Cleobulina de Phrygia tibia fecit ænigma hoc, "Hinnulea "tibia placuit duræ auri propter ictum,"* ᾐνίξατο ſuſcepimus ex ἤρξατο varia lectione codicum, quibuſcum fere conſentit Harl. 1. dans item parvo diſcrimine ἤξατο. Sic αἰνίττεσθαι πρός τι dixerunt et alii et Plutarchus II. p. 727. D. I. 166. E. Porro, θαυμάζειν, quin ex proximo temere iteratum ſit, nemo ad rem attendens dubitet. Tum ἧσε, *delectavit*, a

Verbo ἦδαν: Plutarchus, qui dicitur falſo, Vita Homeri §. LXXIII. p. 315. edit. Galei: κάλλος ἔχον καὶ χάριν εἰς τὸ τέρπειν καὶ ἦδαν. Muſonius ap. Stob. p. 167: οὐδαμῶς ἦδει τὸν ἄνθρωπον: alia dat Stephanus Theſ. L. Gr. T. I. p. 1414. Deinde κερασβόλον Timæus Gloſſ. Plat. p. 155. exponit ἄτηκτον, τὸ μὴ εἶκον παιδείᾳ, de quo plura Ruhnkenius: forte poſſit κερασφόρον οὖας, *cornigera auris*, eodem ſenſu *duræ, inficetæ, nullo ſenſu recti excultæ auris*, retineri. Denique κροῦσις etiam de tibiis ac tubis dici poteſt, ut κρούματα αὐλήματα καλοῦσιν, monente Plutarcho II. p. 638. C. 704. D. 973. E. Fortaſſe in hoc ænigmate aliquid exempli fuit Euripidi ſcribenti de Minoe ſepulcrum Glauci, cujus dictionis partem ſervavit Plutarchus Adverſ. Epicur. p. 1104. D. ὡς ὁ Μίνως τῷ Γλαύκῳ Κρητικοὺς αὐλοὺς θανούσης κῶλα ποικίλης νεβροῦ συνθάπτοντες, ἥδιον ἔχουσι: quæ ex Polyïdo fabula eſſe monuit Valckenarius Diatrib. p. 204.

150. E. F. Βουσιρῖται—διὰ Τυφῶνα προπηλακιζόμενον·] Plutarchus De Iſide et Oſir. p. 362. F: τῶν μὲν ἀνθρώπων τοὺς πυῤῥοὺς προπηλακίζοντες, ὄνον δὲ καὶ κατακρημνίζοντες ὡς Κοπῖται, διὰ τὸ πυῤῥὸν γεγονέναι τὸν Τυφῶνα καὶ ὀνώδη τὴν χρόαν· Βουσιρῖται δὲ καὶ Λυκοπολῖται σάλπιγξιν οὐ χρῶνται τὸ παράπαν, ὡς ὄνῳ φθεγγομέναις ἐμφερές. Ælianus Nat. Animal. X. 28: Σάλπιγγος ἦχον βδελύττονται Βουσιρῖται καὶ Ἄβυδος ἡ Αἰγυπτία, καὶ λύκων πόλις· καὶ λέγουσι τὴν αἰτίαν, ἐπεί πως ἔοικεν ὄνῳ βρωμωμένῳ. Attigit et Jablonſkius in Pantheo Ægypt. Part. III. p. 45. et 67.

150. F. περιορῶν] Falſa lectio: poterat πάλαι ὁρῶν fuiſſe. Harl. 1. 2. ὁρῶν. Certe περὶ ab antecedente Περίανδρος accreſcere potuit: ut p. 149. E.

p. 151. A. Ποῦ γὰρ ἢ μετὰ τίνων—] Gemina eſt orationis forma in Defect. Orac. p. 421. A: ad hanc rationem revocanda: ποῦ τις εὐμενεστέροις ἀκροαταῖς ἐπιτυχὼν—τούτους δοκιμάσαι τοὺς λόγους· antecedente καὶ deleto, ut ex πρόκειται orto.

151. A. εἰς ἅπαντας ὑμᾶς] ὑμᾶς, quod dedimus pro ἡμᾶς, eſt ex B. Voſſ. Harl. 1. Mez.

151. B. ὁ Νειλόξενος, αὐτὸν δὲ—] Puto ſcripſiſſe Plutarchum: Οὕτω δὴ παρεδίδου μὲν αὐτῷ τὸ γραμματεῖον ὁ Νειλόξενος· ὁ δὲ αὐτὸν ἐκέλευσε λύσαντα π. π. ε. μ. ἀ. i. e. *ille autem, ſcilicet Bias, juſſit ipſum Niloxenum epiſtolam reſignare et co-*

ram omnibus legere. Nam ipſe Niloxenus epiſtolam prælegiſſe videtur: ut deinde p. 153. A.

151. B. Βασιλεὺς Αἰγυπτίων Ἄμασις λέγει Βίαντι σ. Ἑ.] Appellationis formam brevem illam ac ſimplicem in ejuſdem Amaſidis ad Polycratem epiſtola exſtare videmus apud Herodotum III. 40: Ἄμασις Πολυκράτει ὧδε λέγει— in Xerxis ad Pauſaniam apud Thucydidem I. 129. Ὧδε λέγει βασιλεὺς Ξέρξης Παυσανίᾳ· quæ plane ſervant morem mandati regum Orientis, ut erudite exemplis docet Weſſelingius. l. l. Herodoti. Differt Darii ad Heraclitum Epiſtola Βασιλεὺς Δαρεῖος Ἡράκλειτον Ἐφέσιον ἄνδρα σοφὸν προσαγορεύω, ita quidem Aldina editio: at Diogenis Laertii editiones IX. 13. magis etiam ab illa forma recedunt addentes χαίρειν, quod ab Heracliti adeo ætate abhorret; ſi quidem χαίρειν primus præſcripſit Cleon ad Athenienſes ſcribens Pylo capta; alii deinde aliud: Plato, εὖ πράττειν. Epicurus, ὑγιαίνειν, εὖ διάγειν, de quibus videatur Menagius ad Diog. Laert. III. 61. Sed ex illis certe regiis Epiſtolis una apud Thucydidem germana habenda: et fortaſſe hæc Amaſidis ad Biantem ab ipſo ficta Plutarcho.

151. C. οὐ τἀμὰ κωλύσει·] Priſca et fere proverbialis formula. Plato Politico p. 170. C: Οὐ τὰ σὰ κωλύειν φαίνεται. Ariſtides Epiſt. ad Cæſares Antonin. et Commod. T. I. p. 514: οὐδὲν τό γε ἐμὸν κωλύει. De Paraphthegm. T. II. p. 369: εἰ μὴ τὸ σὸν κωλύει. Xenophon Hellen. I. 65. οὐ κωλύω τὰ κατ' ἐμέ· poterat et κωλύει ſcribi. Ut τἀμὰ pro *ego*, ſic τὸ ἐμὸν et τὸ σὸν, et ſimilia: Plato p. 572. D. 595. F. 603. F.

151. C. αὐτὸς πρὸς αὐτῷ γενόμενος] *ipſe ſecum cogitans.* Plutarchus Apophth. Lac. p. 209. D. et Ageſil. p. 602. B: χρόνον οὖν τινα πρὸς ἑαυτῷ γενόμενος ὁ Ἀγησίλαος καὶ διασιωπήσας. Alexandro 686. F: πολὺν χρόνον πρὸς ἑαυτῷ γενόμενος καὶ σιωπήσας. Cæſare 712. F: γενέσθαι πρὸς ἑαυτῷ πολὺν χρόνον. 930. C: ὁ δὲ Πομπήϊος ἀκούσας καὶ πρὸς ἑαυτῷ γενόμενος βραχὺν χρόνον. Phocion. 744. A: αὐτὸν ὄντα πρὸς ἑαυτῷ τὴν διάνοιαν. Animadvertimus etiam ad Ser. Num. Vind. p. 549. D: primæ editionis p. 21.

151. C. προσομιλήσας] *collocutus.* Sic II. 117. C. 814.

λένῳ προσομιλῶν τῶν συνήθων. I. 760. F. 991. D. Democritus Epiſt. XIII. in Hippocrateis T. I. p. 26. A: ομιλέοντα ἐμαυτῷ, *mecum ipſum colloquentem*. At hoc li- mox p. 163. F. pro προσομιλήσαντα legendum προσισαντα.

1. C. θελήσαντος] Unice verum, et cum illis notatis ibus, tum duobus Harleianis firmatum.

1. D. ἀπολέσθαι] Satis bonum, ut in eo acquieſcamus. men non ſatis certum, propter diſſenſum librorum. Baſ. Xyl. P. A. Voſſ. Harl. 1. 2. ἀπολύσασθαι. Mez. ψασθαι: at hoc ſenſu dicendum erat ἀπολιπεῖν. Vulm ſe tuetur reliquorum conſenſu librorum.

1. D. ἀπαγγέλλε] Vitioſum in accentu: retinendum tum ἀπάγγελλε, ἀπάγγελε. Quod recepimus, eſt etiam arl. 1. 2.

1, D. ἀναλώσῃ] *conſumat*: accedit nova huic lectioni oritas ex Harl. 2. qui dat ἀναλῶσαι· et Exempl. Turn. o legitur ἀναλῶσαι *vel* ἀναλώσειν.

1. D. πότιμον καὶ γλυκεῖαν—βασιλείαν] Elegans tralatio, s vis augetur oppoſitione ἅλμης et maris. Similiter rchus De Exilio p. 600. C: Ζεὺς ταμιεύων κάθηται καὶ ς τοῖς μὲν ἤπια καὶ μεμιγμένα, τοῖς δ' ἄκρατα ῥεύματα τῶν ν ἀλλὰ ἡμῶν αὐτῶν οἱ μὲν νοῦν ἔχοντες ἐκ τῶν κακῶν τοῖς οῖς ἐπαρυτόμενοι τὸν βίον ποιοῦσι ἡδίω καὶ ποτιμώτερον—. idem oppoſitione eſt nobile illud Platonis in Phædro 3. C: ἐπιθυμῶ ποτίμῳ λόγῳ οἷον ἁλμυρὰν ἀκοὴν ἀποκλύ-ν, de quo diximus in Epiſtola Critica ad Ruhnkenium ;. ubi in Luciani Dialogo Deor. V. p. 214. reſtitui- οὐκέτι μέμψῃ μοι ποτιμώτερον τοῦ νέκταρος οἰομένῳ τὸ φιεῖναι· quod poſtea codicis Pariſini auctoritate confirm reperimus. Plutarch. De Animi Tranq. 469. C: λλοὶ τὰ χρηστὰ καὶ πότιμα τῶν ἡδέων ὑπερβαίνοντες ἐπὶ τὰ ἢ καὶ μοχθηρὰ τρέχουσιν. Sic accipiendum in Diogenis tii IV. 4: de Bione Boryſthenite notatione, quam is io auctore minus accurate retuliſſe videtur: ἔν τισι δὲ ριμος καὶ ἀπολαῦσαι τύφου δυνάμενος· apparet certe πότιμον ai τῷ δριμεῖ καὶ ἁλμυρῷ τῶν σκωμμάτων, *acerbitati ſalis*

ac dicacitatis, quod valebat ad expurgandum *abluendumque* ex animo *faſtum:* unde malim ἀπολοῦσαι τὸν τύφον.

151. E. ποδονιπτῆρος—δυσγενέστερος] Intelligendum ex Herodoto II. 172: ex pelvi aurea, in qua ipſe et convivæ pedes abluere conſueverant, dæmonis ſtatuam fecit, et in publico urbis loco poſuit: quam quum Ægyptii paſſim venerarentur, eos admonuit, ſimile ſe ipſum habere negotium; nam et ſe ex plebeio factum regem, nunc honorandum eſſe. Harl. 1. 2. dant item δυσγενέστατος, cujus et ex hiſtoria apparet ratio: et iidem ὄντα pro ἐόντα, cujus Ionica forma ſuſpecta in reliquis dicti partibus ex communi dialecto ſumtis. Superlativum pro Comparativo hoc quidem loco ex duplici ſcriptura conflatum dicam: altera, quam reſtituimus, κἂν μυριάκις ἢ νῦν ἀναφανῇ δυσγενέστερος: altera breviore, κἂν ἀναφανῇ δυσγενέστατος. Alibi reperitur Superlativus pro Comparativo adhibitus, ita tamen ut potius a librario, quam auctore, profectus videatur: v. c. Platoni Leg. II. p. 581. F: καλλίστη ταύτης, pro καλλίων ταύτης. Euripidi Andromache 6. Νῦν δ' οὔτις ἄλλη δυστυχεστάτη γυνὴ Ἐμοῦ πέφυκεν, ἢ γενήσεται· dudum Scaliger legendum monuerat δυστυχεστέρα· et probavit Muſgravius: et Valckenarius corrigens Νῦν δ' εἴτις ἄλλη δυστυχεστάτη, proximo verſu deleto, *mirari ſe*, ait, *viros Græcæ doctiſſimos tamquam Euripidea probaſſe*: —οὔτις ἄλλη δυστυχεστάτη—Ἐμοῦ· *Jer. Hœlzlinum ad Apollon. Rhod. III.* 91. *Jac. Duportum Prælect. in Theophr. Charact. p.* 387: *et Jo. Daviſium ad Maxim. Tyr. XXIII.* 1.—: *at ſe negare, morem hunc Euripidis fuiſſe, atque hæc in iſta formula loquendi in univerſum tolerari poſſe.* Atqui nihil attulerunt doctiſſimi illi viri, quod ad hanc rem pertineat. Nam in Apollonio Rhodio: Ἥρη Ἀθηναίη τε πίθοιτό κεν ὔμμι μάλιστα Ἢ ἐμοί· non ea eſt ratio, ut μάλιστα pro μᾶλλον ponatur, ſed ut μᾶλλον per ellipſin omiſſum ſit, quæ ſane eſt uſitata, et hæc ſententia intelligatur: *Juno et Minerva vos maxime exaudiant, et magis quam nos: vobis magis quam nobis obtemperantiſſimæ ſint.* Duportus cum aliis locis, duos tantum adfert, qui aliquid valere videantur: Sophoclis Antig. 1050: κράτιστον κτημά-

ον εὐβυλία· quod temere ex tota dictione avulſum ita in-
:lligitur, *præſtat divitiis prudentia*, ut κράτιςον pro κρᾶτ]ον
oſitum videatur: at nexum cum antecedentibus, ſic acci-
iendum: ἆρα φράζεται—Ὅσῳ κράτιςον κτημάτων εὐβυλία·
ι *animadvertit, quantum inter poſſeſſiones excellat prudentia.*
.riſtotelis Animal. Generat. IV. 6: διὸ κινηἰικώτατά ἐςι κυύ-
ενα τὰ ἄῤῥενα τῶν θηλέων· *maſculi fœtus mobiliores ſunt quam*
eminei: at non dubito quin philoſophus ſcripſerit κινητι-
ώτερα. Daviſius tractat dictionem αὐτὸς αὑτοῦ βέλτιςος, quæ
il commune habet cum præſente quæſtione, et a nobis
luſtrata eſt p. 43. B. Valckenario tamen oblocutus eſt
Ieathius in Not. Tragic. ad Euripid. p. 61. Sed et aliis
ocis correctionem adhibendam arbitrer. Anaxilaus ap.
Athen. XIII. p. 558. A: Ὅςις ἀνθρώπων ἑταίραν ἠγάπησε
πώποτε, Οὗ γένος τίς ἂν δύναιτο παρανομώτατον φράσαι. Gro-
tius in Excerpt. Comic. p. 859. edidit παρανομώτερον, ut
omnino ab auctore ſcriptum videtur: quamquam Caſau-
bonus vulgatum probare ſtudet dictione Herodoti III. 119:
cujus diverſa eſt ratio, nec ulla in parte offendit, ἀλλοτριώ-
τατός τοι τῶν παίδων καὶ ἧσσον κεχαρισμένος τοῦ ἀνδρός ἐςι· nec
in VII. 16. quid eſt quod huc pertineat τὴν σφαλερωτέρην
σεωυτῷ τε καὶ Πέρσῃσι ἀναίρεο: ubi nil refert an altera lectio
σφαλερωτάτην recipiatur. Weſſelingius tamen illam Caſau-
boni animadverſionem et Euripidis verſum Androm. 6.
appoſuit. Jam ibidem laudatus Superlativi patronus A-
breſchius Dilucid. Thucyd. p. 514. hunc ipſum Plutarchi
locum in teſtimonii parte excitat: tum Oppiani Cyneget.
III. 318: Οὐ λύκος, ἀλλὰ λύκυ προφερέςατος αἰπύτατος θήρ·
ubi doctiſſimus Schneiderus ex codice Reg. dedit προφε-
ρέςερος. Nam quod Dorvillius ad Chariton. p. 457. πρῶτος
pro πρότερος uſurpari notat, non credam ab iis uſurpatum,
qui diligenter ſcribere ſtuduerunt. Certe Superlativum
ita ſimpliciter pro Comparativo adhiberi, abhorrens dicam
eſſe a ratione non modo proſæ orationis, ſed omnino accu-
ratæ ſcriptionis.

151. E. ἀπαρχὰς] Sapientiæ primitias, ſcripta monita-
ue alicui oblata: notavimus p. 40. B.

151. E. ἀνδρακάς] i. e. κατ' ἄνδρα, *viritim*. Odyſſ. N. 14: Ἀλλ' ἄγε οἱ δῶμεν τρίποδα μέγαν, ἠδὲ λέϐητα, Ἀνδρακάς.

151. E. πλέονος ἀξία τῆς ἐμπορίας ἡ παρενθήκη] *majoris ei pretii ſiat mercaturæ additamentum*, an potius accipiendum ſit, *majoris ei pretii ſiat additamentum quam mercatura*, et parum ad ſententiæ ſummam refert, et utrumque rationem habet. Certe ἐμπορία hic intelligitur non mercium emtio et venditio, ſed ἐμπορία λόγων, mercatura doctrinæ, legatio et peregrinatio Niloxeni, cui propoſitum erat acceptam a Biante cæteriſque ſolutionem ænigmatum ad Amaſidem referre. De hac vocabuli ſignificatione docte quædam notavit Wetſtenius ad Jacobi Ep. IV. 13: et longe exquiſitiſſimas copias expromſit Valckenarius ad II. Petri II. 3. in Annot. ad N. T. ſubjectis ad calcem T. Hemſterhuſii Orationum p. 408. Cæterum παρενθήκη et ἐμπορία eodem modo comparatæ ſunt, quo πάρεργον et ἔργον, opus, quod in præcipuo opere obiter et per occaſionem fit. Sic Plutarchus Pompeio p. 640. E: ἑτέρας δὲ τοῦ πολέμου παρενθήκας ἐποιεῖτο καὶ τὸν χρόνον εἷλκεν. De Malign. Herodoti p. 855. D: παρενθήκην λόγου τὸ βλασφημεῖν ἢ ψέγειν ποιούμενος. Herodotus VI. 19: παρενθήκη, *oraculi*. Ariſtides Panathen. T. I. p. 121. de Dario bellum Athenienſibus inferente: καὶ τὸ μὲν πρόσχημα τοῦτο ἦν ἀμύνασθαι Ἀθηναίους καὶ Ἐρετριέας· παρενθήκην γὰρ τοὺς Ἐρετριέας ἐποιήσατο. Sicul. II. p. 384: ἡ γὰρ παρενθήκη τοῦ πολέμου κινδυνεύει μείζων τοῦ κεφαλαίου ἡμῖν καθίστασθαι. Platonic. II. p. 124: μακροτέραν δὲ τοῦ πολέμου τὴν παρενθήκην ἐποιήσαντο. Significationem magis proprie compoſito nomine παρεμπόρευμα ſcriptor Encomii Demoſthenis in Operibus Luciani T. II. p. 499. et 507. Clemens Alex. Pædag. III. p. 242. C. Conferatur et Weſſelingius ad Herodoti l. l.

151. E. Σόλων—προήκει πάντων καθ' ἡλικίαν] In forma Platonicus apparet color ductus ex Sympoſio p. 317. C: δοκεῖ γάρ μοι χρῆναι ἕκαστον ἡμῶν λόγον εἰπεῖν—· ἄρχειν δὲ Φαῖδρον πρῶτον, ἐπειδὴ καὶ πρῶτος κατάκειται, καὶ ἔστιν ἅμα πατὴρ τοῦ λόγου. Cæterum hoc VII. numero Chilon non complexus eſt Periandrum, quippe qui non niſi ſeptem illos

ſignificavit, quibus ſolutio ænigmatis mandata fuiſſet, qui hi cenſebantur Solon, Bias, Thales, Anacharſis, Cleobulus, Pittacus, Chilon. Si Periander obiit Olymp. XLVIII. 4. ut cenſet Corſinus Faſt. Attic. Vol. III. p. 85. idque anno octogeſimo ætatis, ut eſt apud Diog. Laert. I. 95. natus ſit oportet Ol. XXVIII. 4. Solon Leges tulit Ol. XLVI. 2. nec proditum diſerte quo ætatis anno, Periandri quidem ſeptuageſimo ſecundo: obiit Ol. LV. 1. Corſino notante, nec diſſentiente Bentleio Diſſ. Phal. p. 151: natus vel octoginta annos, ſecundum Diogenem Laert. I. 62: vel centum, ſecundum Lucianum in Macrobiis T. III. p. 221. qui eumdem numerum tribuit et Thaleti et Pittaco; ut natus ſit Olympiade vel XXX. vel XXXV. Thaleti mortis annum facit Corſinus Olymp. LVIII. 1: Pittaco LII. 4. ut hic ſenior fuerit Solone, ſiquidem eumdem annorum numerum vixerunt. Sed profecto ἀκρισίας et iniquitatis crimen ſuſcipiat, qui ab adeo confuſis et incertis temporum notationibus, quibus vetus hiſtoria agitatur, profectus, doctum veterem ſcriptorem continuo reprehendere audeat. Qua de temeritate prudens Plutarchi admonitio in Vita Solonis p. 93. ad antiquos temporum vitilitigatores, magis etiam noſtris hodiernis hominibus adhibenda eſt. Certe reliquis illis ſex major haberi poteſt, etiam ſecundum proditas diligentiores a recentioribus doctis hominibus rationes. Nec veriſimile eſt, Plutarchum ita ſimpliciter de Solone pronunciaturum fuiſſe, niſi hæc vulgaris fuiſſet aliorum opinio.

151. F. ἕτοιμοι· οἷα] Legendum, ἑτοίμως· οἷα· illud ex ſimilitudine ſequentis οἷα ortum: Harl. 1. dat ἑτοιμότεροι, quod ex antecedente ἑτέρων exſtitit.

151. F—152. A. ὅτι τὺς νόμυς ὁ Σόλων ἔφη μελακινητοὺς εἶναι—] Corrigendum —ἔφη μὴ μετακινητοὺς—· aliter non conſtat ratio reſponſi Chilonis, *ſic enim, ſi leges non immutabiles eſſent, abigendus eſſet Lycurgus cum ipſis legibus, tota commutata Lacedæmoniorum republica.* Verbum ἀποποιεῖσθαι ſic eſt II. p. 38. F. et ap. alios citatos Stephano Theſ. L. Gr. T. III. p. 435. Tum αὐτοῖς νόμοις, *cum ipſis legibus*, elegans uſus pronominis: ſic II. 68. F. II. 677. A. 719. E.

891. C. alii notati Daviſio ad Maxim. Tyr. p. 520. Porrò μετακινήσαντα non ad Λυκοῦργον, ſed ad δεῖ referendum, de qua conſtructione Accuſativi diximus p. 122. E. Et Lycurgus noluit mutare leges, ut conſtat ex ejus Vita p. 57. D—F: et Solon quamvis cupientibus mutare civibus reſtitit, ut in hujus item Vita proditur p. 92. D. ad finem, et confirmat J. Meurſius in Solone p. 99. ſequ.

p. 152. A. Ἐμοὶ μὲν ὢν δοκῶ μάλιϛ' ἔνδοξος—] Hæc uſque ad ἀθάνατα habet Stob. Tit. XLIV. p. 328: et in his quidem primis verbis hac varietate Ἐμοὶ μὲν δοκεῖ μάλιϛ' ἂν ἔνδοξος—· in qua ei adſentiunt Harl. 1. 2. T. V. B. Anon.

152. A. Εἰ πρῶτος χρῷτο τοῖς νόμοις] Stobæus loco πρώτοις dat τρόποις, quod non caret acuminis probabilitate, *ſi legibus patriæ ita aſſueſceret, ut iis pro moribus ipſe ſuis uteretur:* et congruit ejuſdem effato de optima domo, p. 155. D. Frequentiſſime ita junguntur *leges* et *mores:* quamquam ita magis dicitur ἔθος et ἔθη: ſed de horum differentia alibi dicemus. Euripides Pirithoo ap. Stob. p. 220. Grot. p. 146: Τρόπος ἐϛὶ χρήϛος ἀσφαλέϛερος νόμυ. Plato Leg. VIII. p. 645. G: τιθεῖσι νόμυς ἀλλοίυς τῶν πολλῶν τρόπων.

152. A. εἰ ἐτελεύτησε γηράσας κατὰ φύσιν] Stob. Harl. 1. 2. εἰ τελευτήσειε γ. κ. φ. Idem dictum ſupra Thaleti tributum p. 147. B. jam ſibi aſſumit.

152. A. Εἰ μόνος εἴη φρόνιμος.] Stob. Εἰ μὴ μόνος εἴη φρόνιμος.

152. B. —φοβεῖσθαι μὴ αὐτὸν, ἀλλ' ὑπὲρ αὐτοῦ.] Sententia multorum imitatione nobilitata. Plutarchus Arato p. 1039. A: ὅταν γὰρ ἐθισθῶσιν οἵτε πολλοὶ καὶ οἱ δυνατοὶ, μὴ τὸν ἡγούμενον, ἀλλ' ὑπὲρ τῦ ἡγυμένυ δεδιέναι, πολλοῖς μὲν ὄμμασιν ὁρᾷ, διὰ πολλῶν δὲ ὤτων ἀκούει καὶ προαισθάνεται τὰ γινόμενα· quod retulit Antonius in Sententiis p. 516. et partim expreſſum eſt ex Xenophontis Cyropœdia VIII. p. 124. 20. Edit. Steph. ut item Dionis Chryſ. Or. I. p. 7. C. quod in iiſdem Sententiis exhibetur p. 719. Plutarchus II. 781. C. eodem ſpectavit. Themiſtius Or. I. p. 10. D: ὃν οὐ δεδίασιν, ἀλλ' ὑπὲρ οὗ δεδίασιν οἱ ἀρχόμενοι· quod iteratur II. p. 36. A. Syneſius Or. De Regno p. 13. A: τίς δὲ ἰδιώτης καὶ μικρὰ πράττων

ἀδεέστερός τε καὶ ἀνεπιβουλευτότερος ἐκείνου βασιλέως οὐχ ὃν δεδίασιν, ἀλλ' ὑπὲρ οὗ δεδίασιν οἱ ὑπήκοοι.

152. B. Μετὰ τοῦτον ὁ Χίλων—ἀθάνατα] Alia omnia Stobæus: Ὕστατος δ' ὁ Χίλων εἶπε, κάλλιστον εἶναι βασιλέα, τὸν μὴ μόνον τοῦ φοβερὸν εἶναι φροντίζοντα. Vulgatæ lectioni omnis ineſt auctoritas et a codicum conſenſu, et a dictionis exquiſita ratione. Iſocrates ad Demonic. p. 15. Ἀθάνατα μὲν φρόνει τῷ μεγαλόψυχος εἶναι· θνητὰ δὲ τῷ συμμέτρως τῶν ὑπαρχόντων ἀπολαύειν. Plato Timæo p. 551. G: φρονεῖν μὲν ἀθάνατα καὶ θεῖα, ἄν περ ἀληθείας ἐφάπτηται, πᾶσα ἀνάγκη που.

152. B. ἀφεστάναι] hoc eſt *diſtare*: at ſententia requirit ἀφιστάναι, *removere, procul ſtatuere*: quod et Reiſkius vult, citans ſua Polybiana, ubi nil invenio. Sæpius confuſa librariorum errore, accurate exponuntur a Sylburgio ad Clenardum p. 504.

152. B. ἐλεγκτικὸς] ἐλεγκτικῶς Voſſ. Venet. Harl. 2. Anon. T. V. B.

152. C. Ἀψάμενος οὖν αὐτοῦ τῆς κεφαλῆς.] Æſopus enim prope Solonem in ſubſellio adſidebat, quod vidimus p. 150. A. ex Platonis Phædone p. 389. F. adumbratum notavimus: et hoc loco ejuſdem exempli imago apparet, ubi Phædo dicit de Socrate, καταψήσας οὖν μου τὴν κεφαλὴν καὶ ξυμπιέσας τὰς ἐπὶ τῷ αὐχένι τρίχας—Αὔριον δὴ, ἔφη, ἴσως, ὦ Φαίδων, τὰς καλὰς ταύτας κόμας ἀποκερῇ.

152. C. μειδιάσας] Et hic eſt ductus Platonicus ejuſdem exempli ex Phædone p. 388. E. Διαβλεψάμενος οὖν ὁ Σωκράτης, ὥσπερ τὰ πολλὰ εἰώθει, καὶ μειδιάσας—ἔφη. Harl. 1. Anon. T. V. B. dant διαμειδιάσας, Plutarcho uſitatum hujuſmodi in rebus; v. c. II. p. 401. B. 412. D. 563. B. 1099. E. I. 395. E. 468. D. 499. B. 660. D. 683. E. 760. B. 769. D. 886. F. 1067. A. quamquam et ſimplex μειδιάω ei frequens eſt.

152. C. —σοὶ τοῦτο παθεῖν ἢ τῷ θεῷ] Deeſt quid ad ſententiæ abſolutionem: nec ſatisfacit ſubaudire, quod Xylander et Cruſerius vertendo addiderunt, et Reiſkius monuit; quamquam in hac nunc ratione acquieſcendum, Unus Harl. 1. diſerte addit μᾶλλον. Ellipſis in Plutarchi ſcriptis rariſſima. v. c. Apophthegm. Lac. p. 216. D: τού-

τοῖς παραγγέλμασι ἢ ὑμῖν ἕπεσθαι· *his potius quam vobis obedire ſtudebo.* Et in Laconis quidem, ut in Æſopi, perſona, quibus vetuſta dictionis forma adjungitur, facilius hoc feram, quam ex ſua perſona loquenti Plutarcho. Igitur p. 141. D. ubi quidam codices μᾶλλον omittunt, mendum ſubeſſe animadvertimus. Apud alios haud infrequens: v. c. Porphyrium De Abſtin. II. 15. 19. Lucianum Pſeudomante T. II. p. 210: multis notata, vel Reitzio adeo ad Lucian. T. II. p. 730. et aliis ad L. Boſii Ellipſ. Gr. p. 555. ſequ.

152. C. Εὔδαιμον πτολίεθρον—] Hujus Oraculi mirum nullam factam in Vita Solonis mentionem. Significat urbem paucorum civium; ſic Defect. Orac. p. 414. C.

152. C. δεινὸς εἶ κοράκων ἐπαΐειν καὶ κολοιῶν] Imitatus eſt Græcum Tragicum, cujus ſimilem ſententiam reddidit Pacuvius in Chryſe, ſervatam a Cicerone Divinat. I. 57. et partim a Nonio p. 246:

—Nam iſtis, qui linguam avium intelligunt,
Pluſque ex alieno jecore ſapiunt, quam ex ſuo,
Magis audiendum, quam auſcultandum cenſeo.

152. D. συμποσίῳ δὲ ἀρετὴν—] Præceptum attigit gemino loco Symp. V. p. 678. D.

152. D. ὅτι ὅμοιον] Corrigo ὧδε νόμον—· *nondum tuliſti hic legem, ne ſervi inebrientur, prouti tuliſti Athenis, ne ament ac ſicca unctione utantur:* ratio ipſa deſiderat ſignificationem loci præſentis, qui opponatur Athenis: ſic ὧδε, *hoc loco*, eſt apud Plutarchum II. p. 34. A. et alios, quos notat Steph. Theſ. L. Gr. II. p. 1556.

152. D. οἰκέτας μὴ ἐρᾶν, μηδὲ ξηραλοιφεῖν] Solonis lex memoratur a Plutarcho in Vita ejus p. 79. A: νόμον ἔγραψε διαγορεύοντα δοῦλον μὴ ξηραλοιφεῖν μηδὲ παιδεραστεῖν, εἰς τὴν τῶν καλῶν μερίδα καὶ σεμνῶν ἐπιτηδευμάτων τιθέμενος τὸ πρᾶγμα· in Amatorio p. 751. B. Johannes Chryſoſtomus citatus Weſſelingio ad S. Petiti Leg. Attic. p. 387. Æſchines Or. in Timarch. p. 189. A: δοῦλόν φησιν ὁ νόμος μὴ γυμνάζεσθαι μηδὲ ξηραλοιφεῖν ἐν ταῖς παλαίστραις· καὶ οὐκέτι προσέγραψε, τὸν δ' ἐλεύθερον ἀλείφεσθαι καὶ γυμνάζεσθαι· amoris mentionem prætermittit, cauſſæ inſerviens, ξηραλοιφεῖν interpretans addito

γυμνάζεσθαι ἐν ταῖς παλαίστραις. Sed *ξηραλοιφεῖν* antiquam Atticam vocem eſſe, novimus: quid proprie ſignificet, nondum ſatis diſerte conſtat. Nam quod tradit Etymologus M. p. 612. *Ξηραλοιφεῖν, τὸ ἐν ταῖς παλαίστραις γυμναζόμενον κόνει χρῆσθαι*, haud verum videtur, ſiquidem ita *pulveris adſperſio* ſignificetur, non *olei inunctio*, quæ numquam a palæſtrico exercitio abfuit. Igitur *ſiccam unctionem* inde dictam putem *oleo* quidem, nec tamen in balneo et poſt lavacrum, ſed ſub dio factam. Itaque Euſtathius ad Iliad. I. p. 764: —*ξηραλοιφεῖν καὶ ξηραλοιφία τὸ ἄνευ λουτροῦ ἀλείφεσθαι· ἐπεὶ καὶ ξηρὸς ἱδρὼς, ὁ μὴ ὑπὸ λουτροῦ, ἀλλ' ὑπὸ γυμνασίων καὶ πόνων γινόμενος·* quod congruit cum Plutarcheo dicto Quæſt. Rom. p. 274. C. quo *ξηραλοιφεῖν* redditur *ἐν ὑπαίθρῳ ἀλείφεσθαι* in gymnaſiis ac palæſtris. Conſentit Harpocration, in voce, hanc ſignificationem tradens e Didymo et Nicandro, ex hoc etiam addens alteram *ſiccæ frictionis*: *ξηραλοιφεῖν ἐλέγετο, χωρὶς λουτρῶν ἀλείφεσθαι, ὡς Δίδυμος ἐν εἰκοστῇ ὀγδόῃ τραγικῆς λέξεως, καὶ Νίκανδρος ἐν ὀγδόῃ καὶ δεκάτῃ Ἀττικῆς διαλέκτου, προστιθεὶς ὅτι μή ποτε καὶ τὸ ὑπὸ τῶν ἀλειπτῶν λεγόμενον ξηροτρίβεσθαι οὕτως ἐλέγετο. Σοφοκλῆς Πηλεῖ, Καὶ ξηραλοιφῶν εἵματος διὰ πτυχῶν.* Ergo *ſiccæ frictionis* notio eſt tralata ab notione *ſiccæ unctionis*. Nam eſt *λιπαρὰ τρῖψις*, *quæ cum oleo fit*, ut vidimus ad p. 130. D. Et ut *ἀλείπτης* et *ἀλείφεσθαι* verſabatur in triplici propoſito, vel ad *lavationis partem*, vel ad *medicinam*, vel ad *certamen gymnicum*, quod notavimus p. 132. D: ita *ξηραλοιφεῖν* in tertia generis forma, quæ certaminis gymnici eſt, uſurpatum fuiſſe videtur.

152. D. *Κλεόδωρος*] Sic omnes libri dant vitioſe, quandoquidem is idem eſt, qui mox conſtanter dicitur *Κλεόδημος*; quamquam et mox ſubinde Harleiani codices dant *Κλεόδωρος*. Cæterum non niſi ex hoc libro cognoſcitur.

152. E. *Καὶ μὴν, ἔφη, ὁ Θάλης ἔδοξεν εἰπεῖν*—] Dicti acumen non ſatis apparet: et tamen aliquid in eo ridiculi animadvertit Periander, cui riſum movit. Fortaſſe quædam verba exciderunt: nunc, quoad ejus ſuſpicari poſſumus, ejuſmodi nexus concipiendus eſt. Chilo retulerat dictum ſuum, *Διὰ τοῦτο τοι μᾶλλον ἀφεκτέον αὐτοῦ*, ad *loquacita-*

tem in vino, ut veriſimiliter judicat laudatus editor Gallicus, qui illius monitum ex Diogene Laertio I. 69. notum, ſignificari cenſet Γλῶττης κρατεῖν καὶ μάλιστα ἐν συμποσίῳ. Æſopus, ut qui aliquantum ſubbibiſſet, non intellexit dictum Chilonis, *ideo magis eo abſtinendum*, putans, aut ſimulans ſe putare, hoc de vino dictum eſſe, *ideo eo magis vino abſtinendum*. Igitur, forte addiderit, *Enimvero quod nunc de ſumma regis laude quærimus, inane eſt: vinum nunc nobis eſt rex, huic nunc parendum, hoc utendum, ſiquidem Thales dixit, bonum regem mox ad ſenectutem perventurum.* Certe poſtrema referuntur ad ſententiam Thaletis p. 152. A.

152. E. ἔχομεν—τὴν δίκην—] *pœnas dedimus, puniti ſumus.* Xenophon Cyropæd. VII. 2. 7. fin. ἔχω τὴν δίκην, *punior*. Expedit. Cyri II. 5. 11: ἔχει τὴν δίκην καὶ τέθνηκε. Ibid. 13: τὴν δίκην ἔχει. Pauſanias VII. 16: Πυθέας—ἀναχθεὶς δίκην εἶχεν· *Pytheas perductus, ſupplicio affectus eſt.* Lucianus Dialog. Deor. XXV. T. I. p. 279: ἐκεῖνός τε ἤδη ἔχει τὴν δίκην, κἀμοὶ, ὦ Ζεῦ, ἱκανὸν τὸ πένθος. Eſt etiam, contra, *pœnas ab aliquo ſumere:* apud Plutarchum I. p. 781. B. II. 258. B. Xenophontem Cyri Expedit. VII. 4. 18. Demoſthenem Or. Adverſ. Midiam p. 388. B. Et in utraque ſignificatione uſurpatur Articulus, aut Adjectivum: v. c. τὴν δίκην ἔχειν, vel ἱκανὴν δίκην ἔχειν. At ſimpliciter δίκην ἔχειν eſt *litem habere, accuſari, reprehendi:* v. c. Plutarcho II. 186. E. 532. E. I. 408. B. aliis.

152. E. ἀχνυμένην σκυτάλην—κατ' Ἀρχίλοχον] Proverbium exponit Diogenianus III. 25: Ἀχνυμένη σκυτάλη· ἐπὶ τῶν λυπηρὰς ἀγγελίας ἀγγελλόντων· ἐπὶ ξύλῳ γὰρ ἔθος ἦν εἱλοῦντας τὸ γραφὲν, εἶτ' ἀπαλοῦντας οἷς ἐβούλοντο πέμπειν· οἱ δὲ δεχόμενοι ἴσῃ σκυτάλῃ ἐφαλοῦντες ἀνεγίνωσκον τὸ γραμματεῖον· quæ deſcripſit Apoſtolius V. 29. Ex his Eraſmus Adag. p. 1128. copioſe de Laconica Scytala diſſerens, nec tamen Archilochi auctoritatem memorans: cujus locum H. Stephanus in Fragmentis Lyricorum p. 459. appoſuit ex Ammonio De Different. Vocab. voc. Αἶνος, Ἐρέω τιν' ὑμῖν αἶνον, ὦ Κηρυκίδη, Ἀχνυμένη σκυτάλη: ubi Valckenarius Scholiaſten Pindari Olymp. VI. 155. annotavit —ὡς καὶ Ἀρχίλοχος· ἀχνυμένη

σκυτάλη. Retulit in Analecta Gr. Poet. Brunckius Vol. I. p. 48. omiſſa fontis et Ammonii mentione. Ariſtophanis Byzantii ſingularem librum fuiſſe περὶ τῆς ἀχνυμένης σκυτάλης, diſcimus ex Athenæo III. p. 85. F.

152. E. τὸ πρεσβύτατον—] Superlativa quæſtionis forma et congruens ſapientiæ ſeculi illius, ut vere tradit Jamblichus Vit. Pythag. §. 83. et notavimus in Exordio ad p. 146. B.

p. 153. A. ἀποκρινάμενος] Requiritur ὁ ἀποκρινάμενος· ſignificatur enim Rex Æthiopiæ, non Amaſis.

153. B. ὁ χρόνος πῶς ἂν εἴη πρεσβύτατον;] Argumentum a Plutarcho tractatum Adv. Stoicos p. 1081. C, D. et 1082. A, B.

153. B. εἰ δέ φῶς—] Compoſitio, quam voluimus: εἰ δὲ τὸ φῶς καλὸν, ὥσπερ ἐςὶν, ἐνόμιζε, uſu Scriptorum probatur. Plutarchus Catone Maj. p. 355. A: εἰ δὲ λαμπρόν ἐςιν, ὥσπερ ἐςὶν, ἄρτῳ τε χρήσασθαι τῷ προστυχόντι. Cicerone 887. B. Plura dat Jer. Marklandus ad Maxim. Tyr. p. 678. B. habet ὅτι pro ὥσπερ.

153. C. οὐ γὰρ ἂν μετέπιπτεν ῥαδίως, οὕτως ἰσχυρότατον οὖσα] Prava interpunctio: comma poſt οὕτως ponendum, ut reddit Cruſerius, et monuit Reiſkius. Quamquam οὕτως ἰσχυρότατος, ſic robuſtiſſimus, et adjunctio particularum hujuſmodi ad Superlativum, non exemplis carent: ut erudite docet Abreſchius Animadv. in Æſchyl. I. p. 133. et Dilucid. Thucyd. p. 778.

153. C. θάνατος—οὐ γάρ ἐςι πρὸς τοὺς ζῶντας.] Probabiliter fecit ſcriptor, quod non totum illud in Thaletem contulit pervulgatum in philoſophorum ſcholis ὁ θάνατος οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς ex Epicurea ſententia: quod proditum exſtat apud Diogenem Laert. X. 39. Plutarchum II. p. 1003. D. 1005. F. ubi plura notabimus.

153. C. Τί πρεσβύτατον; θεὸς, ἔφη Θάλης· ἀγέννητον γάρ.] Et hoc probabiliter Thaleti tribuitur; ſiquidem hæc in ejus Apophthegmatibus ferebantur, teſte Diogene Laertio I. 35: φέρεται δὲ αὐτοῦ ἀποφθέγματα τάδε. Πρεσβύτατον τῶν ὄντων θεός· ἀγέννητον γάρ. Κάλλιςον κόσμος· ποίημα γὰρ θεοῦ. Μέγιςον, τόπος· ἅπαντα γὰρ χωρεῖ. Τάχιςον νοῦς· διὰ παντὸς

γὰρ τρέχει. *Ἰσχυρότατον ἀνάγκη· κρατεῖ γὰρ πάντων· Σοφώτατον χρόνος· ἀνευρίσκει γὰρ πάντα.* Menagius hæc Laertium ex hoc Plutarchi loco ſumſiſſe putat. Equidem credo utrumque ea ex eodem et communi fonte hauſiſſe. Sed et Stobæus ex his quædam ſub nomine Thaletis refert. Veluti Eclog. Phyſic. p. 2: *Θάλης ἐρωτηθεὶς τί πρεσβύτατον τῶν ὄντων; ἀπεκρίνατο, θεός· ἀγέννητον γάρ.* Ibid. p. 39: *Θάλης ἐρωτηθεὶς, τί τὸ μέγιστον, ἔφησε, τόπος· τἄλλα μὲν γὰρ ὁ κόσμος, τὸν δὲ κόσμον οὗτος περιέχει.* Ibid. p. 19: *Θάλης ἐρωτηθεὶς, τί σοφώτατον· χρόνος· ἀνευρίσκει γὰρ τὰ πάντα.* Florileg. Tit. CX. p. 581: *Θάλης ἐρωτηθεὶς, τί κοινότατον, ἀπεκρίνατο, ἔλπις· καὶ γὰρ οἷς ἄλλο μηδὲν, αὕτη πάρεστιν·* quod temere in Epicteti Fragmentis exhibetur, edit. Uptoni p. 771. Eclog. Phyſ. p. 10. et Plutarch. Placit. Philoſ. I. 25: *Θάλης ἐρωτηθεὶς τί ἰσχυρότατον, εἶπεν, ἀνάγκη· κρατεῖ γὰρ τοῦ παντός·* vulgo, *τῶν γὰρ πάντων.* Porro, *ὠφελιμώτατον ἀρετὴ, βλαβερώτατον κακία,* quamquam non abhorret a Thaletis captu, tamen Stoicam ſcholam redolet, unde talia referunt Diogenes Laertius VII. 99. Stobæus Eclog. Ethic. p. 166. Cicero Fin. III. 10. 21. Denique in ultimo Τί *ῥᾷστον—ἀπαγορεύουσιν,* *Facillimum eſt id, quod ſecundum naturam eſt; non voluptates; nam ſæpe adeo voluptatibus deſatigamur:* plane eſt geminum et congruens ſententiæ, quam Plutarchus tuetur in Fragmento de Anima VI. 4: de uſu hoc Verborum in tertia perſona pluralis numeri, *ἀπαγορεύουσιν,* *homines defatigari ſolent,* diximus ad p. 50. B.

153. D. *Κλεόδημος εἶπεν, Τὸ ταῦτα*] Harl. 1. 2. item dant *τοσαῦτα*: præterea *Κλεόδωρος.*

153. E. *κρόμμυα καὶ θερμὸν ἄρτον ἐσθίειν*] Diogenes Laertius I. 83: *θᾶττον δὲ αὐτῷ πέμψαντι πρὸς τὸν Βίαντα ἵνα ἥκῃ παρ' αὐτὸν, Ἐγὼ δὲ, φησὶν, Ἀλυάττῃ κελεύω κρόμμυα ἐσθίειν, ἴσον τῷ κλαίειν·* tria poſtrema verba librarius quis interpretationis cauſſa adjecit, ex Scriptore de Proverbiis, unde et Suidas retulit addito loco Laertii, ſed recte hæc verba ponens. *Κρόμμυα ἐσθίειν· ἴσον τῷ κλαίειν· Ἀλυάττην γὰρ πέμψαντα πρὸς Βίαντα τὸν σοφὸν ἵνα θᾶττον παρ' αὐτὸν ἥκῃ, Ἐγὼ, φησὶν, Ἀλυάττῃ κελεύω κρόμμυα ἐσθίειν.* Idem dictum memorat Philo Jud. Quod Bonus ſit Rer. Div. Hæres. p.

888. A. ut a Biante reſponſum Crœſo. Expoſuit ejus ſententiam Eraſmus Adag. p. 1128. et A. Schottus in Proverb. Suidæ IX. 1.

153. E. Κλεόδημε] Harl. 2. Κλεόδωρε. 1. Θεόδωρε.

153. E. πρὸς τὰς Ἀμφιδάμαντος ταφὰς—] De Certamine Homeri et Heſiodi in funere Amphidamantis Chalcidenſis, gemini huic ſunt loci Plutarchei V. 2. p. 675. A. ubi dicitur et hoc et alia antiquiſſima ætate habita poetarum certamina, διατεθρυλλῆσθαι πάντα ὑπὸ τῶν γραμματικῶν. Et exſtat hodieque incerti ſcriptoris libellus Ἡσιόδου καὶ Ὁμήρου ἀγὼν, quem ex iiſdem atque Plutarcheas has mentiones fontibus ductum ſimilitudo rerum arguit. Sed et alii ejuſdem certaminis meminerunt: Dion Chryſ. Orat. II. p. 20. C, D. Philoſtratus Heroic. XVIII. 3. p. 727. Themiſtius Or. XXX. p. 348. D. Libanius Apolog. Socr. T. I. p. 653. D. Quin ipſe Heſiodus profitetur ſe certaminis Chalcide, in funere Amphidamantis, victoriæ præmium tripodem reportaſſe, nullum tamen poetæ a ſe victi nomen addens; Ἔργ. 652. ſeq. At Plutarchus in Commentarii parte, quem retulimus in Fragmentis XI. 36. totum hunc locum inſititium judicans a verſu 648. ad 660. ita loquitur, ut Amphidamantem pro civibus ſuis Chalcidenſibus de Lelanto adverſus Eretrienſes pugnantem obiiſſe, et funebri certamine honoratum, non in dubium vocet: at, Homerum et Heſiodum certaſſe, hunc victorem præmium tripodem abſtuliſſe et inſcripto epigrammate Muſis in Helicone conſecraſſe, fictum nugatoriumque pronunciet. Certe me quidem non pœnitet, eorum ſententiam ſequi, quibus Homerus diu ante Heſiodum fuiſſe videtur. Bella Chalcidenſium et Eretrienſium de Lelanto campo geſta memorat etiam Strabo X. p. 688. B: Lelantum idem 686. A. ibique Caſaubonus: Maaſvicius ad Polyæn. I. 5. Ælianus Var. Hiſt. VI. 1. ibi Perizonius: et Cellarius Geogr. Antiqu. T. I. p. 813. *Lelantus*, verior eſt ſcriptura: *Lilantus* in hoc ſolo legitur loco, ſed omnibus libris conſentientibus, excepto Harl. 1. qui dat Λαλάντου.

153. F. πολιτικὸς] πολεμικὸς eſt etiam in Harl. 1. 2.

p. 154. A. προὐβάλομεν] Sic Ald. Baſ. Steph. At πρυβάλλομεν A. Venet. Voſſ. Harl. 2: πρῦβαλον Xyl. προβάλομεν P. προβλήματα margo Voſſ. πρύβαλε μὲν B. Harl. 1. προύβαλε μὲν Ὁμήρος Mez.

154. A. ὥς φησι Λέσχης] Harl. 1. 2. ὥς φασι Λέσχης· Anon. Vulcob. Λέσχας ὥς φησι. Sed hæc licet forte argumentum præbeant conjecturæ, tamen veriſimilius eſt καὶ προύβαλε Ὅμηρος, φησὶ Λέσχης. Leſchem fuiſſe Olympiade circiter XXX. teſtis eſt Euſebius in Chronico, nec eſt quare aliter ſtatuamus; de ejus ſcriptis quædam notarunt Scaliger Animadv. ad Euſeb. p. 82. Fabricius Bibl. Gr. Vol. I. p. 280: Heſiodi quidem æqualis eſſe non potuit, minus etiam Homeri, quamquam hujuſmodi opinio fuiſſe videtur C. G. Schwarzii in Diſſ. de Poetis Cyclicis p. 40. nemini facile probanda: nec in Amphidamantis funere eſſe potuit, ut ipſe propoſuerit certantibus poetis quæſtiones, quo tendit ſcriptura Harleianorum librorum ὥς φασι Λέσχης· at de Homeri et Heſiodi certamine ſcribere potuit: quamquam de hac ſcriptione alibi nulla mentio exſtat.

154. A. Μοῦσά μοι ἔννεπ'—'Αλλ' ὅταν ἀμφὶ—] Contrario ordine refert Scriptor Certaminis, Heſiodum illud propoſuiſſe, Homerum hoc reſpondiſſe, verſibus quamvis paulo diverſis, tamen eamdem ſolutionem narrans: p. 322. edit. Heinſ. Ὁ δὲ Ἡσίοδος ἀχθεσθεὶς ἐπὶ τῇ Ὁμήρου εὐημερίᾳ ἐπὶ τὴν τῶν ἀπόρων ὥρμησεν ἐρώτησιν· καί φησι τούσδε τοὺς στίχους·

Μοῦσ' ἄγε μοι τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα
Τῶν μὲν μηδὲν ἄειδε, σὺ δ' ἄλλης μνῆσαι ἀοιδῆς.

Ὁ δὲ Ὅμηρος βουλόμενος ἀκολούθως τὸ ἄπορον λῦσαι, φησίν·

Οὐδέποτ' ἀμφὶ Διὸς τύμβῳ * *
Ἅρματα συντρίψουσιν ἐρίζοντες περὶ νίκης.

154. A. ἐκ τοῦ παρατυχόντος] *ſubito, ex tempore:* ſic II. p. 6. E. 634. D. Eodem ſenſu dicitur ἐκ τοῦ προστυχόντος ſupra II. p. 150. D. 407. B. I. 359. E.

154. A. Κλεόδημος] Κλεόδωρος Harl. 1. 2.

154. B. ταύτῃ] Jannot. Harl. 1. Var. lect. Voſſ. ταύτην· quod probæ eſt compoſitionis, ex ratione nobis obſervata ad p. 122. E.

154. B. Ἄνδρ' εἶδον—] Ænigma memoratur ab Ariſtotele

Rhetoric. III. 2. 4. Poetic. Cap. 22. Demetrio Phal. De Elocut. Cap. 102: et ab Athenæo X. p. 452. C. auctum pentametro: πολλοὶ δὲ γρίφων ϗ τοιοῦτοί τινές εἰσιν· οἷον, "Ἄνδρ' εἶδον πυρὶ χαλκὸν ἐπ' ἀνέρι κολλήσαντα, Οὕτω συγκόλλως, ὥστε σύναιμα ποιεῖν." Τοῦτο δὲ σημαίνει σικύας προσβολήν.

154. B. Ἀλλ' οὐδὲ μαθεῖν δέομαι, ἔφη ὁ Κλεόδημος.] Harl. 2. Κλεόδωρος· et ſic in proximo loco Harl. 1.

154. C. σικυωνίας—σικυωνίαις] Voſſ. Mez. σικύας—σικύαις: quæ forma vocabuli conſueta, in hac notione cucurbitulæ medicæ, et Plutarcho II. p. 469. B. 518. B. 600. B. 663. C. 1005. A. et Hippocrati et Galeno, quam hic in Gloſſis Hippocr. et σικυώνην ei uſurpari notat. At σικυωνία forte vitioſum, non niſi hoc loco mihi oblatum, et a Stephano poſitum nullo auctoris nomine Theſ. L. Gr. T. II. p. 784.

154. C. Μνησίφιλος ἑταῖρος ὢν καὶ ζηλωτὴς Σόλωνος—] De hoc eſt gemina commemoratio Plutarchi in Vita Themiſtoclis p. 112. D. ex iiſdem fontibus, et ipſo fortaſſe Plutarcho, habet Clemens Alexandr. Strom. I. p. 302. A: Σόλωνος δὲ ζηλωτὴς Μνησίφιλος ἀναγράφεται, ᾧ Θεμιστοκλῆς συνδιέτριψεν.

154. C. μη πλουτίνδην μηδὲ ἀριστίνδην] Elegante comparatione opponuntur: Plutarchus in Lyſandro p. 440. D: οὔτε γὰρ ἀριστίνδην οὔτε π υτίνδην ἀπεδείκνυε τοὺς ἄρχοντας. Ariſtoteles Republ. II. 11: οὐ γὰρ μόνον ἀριστίνδην, ἀλλὰ ϗ πλουτίνδην οἴονται (οἱ Καρχηδόνιοι) δεῖν αἱρεῖσθαι τοὺς ἄρχοντας. Lucianus Jove Tragœd. T. II. p. 651. πλουτίνδην κελεύεις, ἀλλὰ μὴ ἀριστίνδην καθίζειν. Alia etiam dederunt Albertius ad Heſychium, et Ruhnkenius ad Timæum, voce Ἀριστίνδην.

154. D. πολιτείας ἰσονόμου] Videatur Gatakerus ad M. Antonin. I. 14. p. 16. 6. E.

154. D. εἰ δὲ βούλει—πολιτείαν ἀρίστην εἶναι.] Hæc Stobæus habet Florileg. T. XLI. p. 268.

154. D. ἐν ᾗ τὸν ἀδικήσαντα—] Habent idem dictum δοκεῖ δέ μοι πόλις ἄριστα πράττειν—κολάζουσιν, ſine Plutarchi nomine, Sententiæ Antonii et Maximi p. 212: et nonnullis partibus mutatum Diogenes Laert. I. 59: Stobæus ibid. p. 247: Σόλων ἐρωτηθεὶς, πῶς ἂν μὴ γίγνοιτο ἀδίκημα ἐν τῇ πό-

λαι, εἶπεν, εἰ ὁμοίως ἀγανακτοῖεν οἱ μὴ ἀδικούμενοι τοῖς ἀδικουμένοις. Ab hoc exemplo profectus præceptum egregie ornavit Menander ſervatum a Stobæo ibid. p. 241. Latine redditum a Grotio Floril. p. 170: a Clerico relatum in fragmentis ex Adelphis p. 3. nullo auctoritatis indicio. Hanc quaſi legem Solon in legum latione ſecutus eſt ipſe: ut apparet ex Plutarcho in Solone p. 88. C.

154. E. *κρατίστην εἶναι δημοκρατίαν—νόμον.*] Eſt in Sententiis Antonii et Maximi p. 452. ſub nomine *Incerti*.

154. E. *ὁ Ἀνάχαρσις*] Stobæus l. c. p. 268. *ὁ Περίανδρος* aberratione a Plutarchi ſcriptura; ſiquidem in VII. eſt Anacharſis, non Periander, nec hujus ſunt partes niſi *τοῦ ἐπικρίνειν*, ut p. 152. B.

154. E. *ψόγον μᾶλλον—ἢ τὸν νόμον.*] Eleganter comparantur. Sic in Vita Alexandri p. 694. F. hunc alloquitur Anaxarchus: *Οὗτός ἐστιν Ἀλέξανδρος—ὥσπερ ἀνδράποδον ἀνθρώπων νόμον καὶ ψόγον δεδοικώς.* Similia notavimus p. 29. E.

154. E. *μετατραπεὶς*] Manifeſto errore tenetur. Stobæus hoc omiſſo dat *ὁ δὲ Χίλων*. Fortaſſe germana lectio fuit *μετὰ τούτους δὲ ὁ Χ.*

154. F. *βασιλείας μὲν καὶ πόλεις ὀλίγοι κυβερνῶσιν*—] Plenius Harl. 2. et Mez. *β. μὲν γὰρ καὶ π.*—. Cæterum deſideratur *ἔφην*, *inquam*: quæ omiſſio intelligenda eſt ex converſione orationis obliquæ in rectam, de qua ad Ser. Num. Vind. p. 567. F. et dicemus et diximus.

p. 155. A. *ἐν ἁμάξῃ—περιπολεῖν.*] Scythas in plauſtris oberrantes vivere, inde *ἁμαξοβίους* dictos, ſignificat. Res pervulgata; Hippocrati *περὶ ἀέρων* §. XCIII. ubi et hodiernum Tatarorum morem notat eruditiſſimus Koray. Horatio Carm. III. 24. 9. Straboni XI. p. 753. Plinio H. N. IV. 12. et multis memorata.

155. A. *οἶκον δέ μοι δοκεῖς*—] Et *domus* notat cum proprie *ædificium*, tum tranſlate *familiam et rem familiarem*: at *οἰκία* Veterum conſuetudine magis de *ædificio* dicitur. Huc pertinet illud Xenophontis Œconom. I. 5: *οἶκος δὲ τί ἡμῖν δοκεῖ εἶναι; ἆρα ὅπερ οἰκία, ἢ καὶ ὅσα τις ἔξω τῆς οἰκίας ἐκέκτητο, πάντα τοῦ οἴκου ταῦτα ἐστίν; ἐμοὶ γοῦν, ἔφη ὁ Κριτόβουλος, δοκεῖ*—. Item Ariſtotelis Republ. I. 1—3. Œ-

con. I. 1. ubi οἶκος definitur κοινωνία, κοινωνία effectrix οἰκίας dicitur.

155. B. Σόλων—τοῦ Κροίσου τὴν οἰκίαν—θεασάμενον] Eſt hic ille Solonis cum Crœſo habitus ſermo a multis celebratus auctore Herodoto I. 30. Plutarchus ſibi ipſe conſtat in eo, quod Æſopum eodem tempore in Crœſi aula degentem reprehendiſſe ſcribit Solonis illum auſterum candorem, in Ejus Vita p. 94. B. Sermonis partem attigimus p. 108. F.

155. B. τῶν ἐν αὐτῷ μᾶλλον ἀγαθῶν ἢ τῶν παρ' αὐτῷ] Hoc eſt argumentum Platonici dialogi Alcibiadis I. in primis p. 36. ſeq. et aliis in dialogis frequens.

155. B. ἀλώπεκος] Plutarchus De Animi et Corp. Vitiis p. 500. C. eamdem ſub Æſopi nomine refert fabulam. In Neveletiana editione exſtat CLXII. Latine reddita in Aviani libello XL.

155. C. περινοστεῖς] Diſplicuiſſe videtur interpretibus: Xylander reddit *circumſpicis:* Cruſerius, *perluſtras.* Amyotus aliquanto propius ad vim verbi accedens, *tu vas regardant.* Reiſkius corrigit περινοεῖς, *circumſpicis, contemplaris.* At retinendum ut inſignis elegantiæ verbum et periphraſi inſerviens: rectius interpungenda oratio, commate poſt περινοστεῖς deleto et poſito poſt ἡγούμενος, hoc ſenſu: *tu vero oberras lapicidarum et fabrorum opera pro domibus habens, non interiora cujuſque—.* Et de Æſopo dictum *eum oberrare* haud caret acumine, quippe ſignificat ad ejus peregrinationes, ut τρέχεις ſupra p. 150: et producit metaphoram de *Solis circumvectione,* veluti εἴδωλα Epicureorum dicuntur περινοστοῦντα II. p. 420. B. Sed in periphraſi ſubinde dixit Plutarchus, v. c. II. p. 482. C. περινοστοῦσιν ἐν τοῖς ἀδελφοῖς τὴν κακίαν προβαλλόμενοι, *obambulant malitiam in fratribus reprehendentes.* 485. C. πᾶσι περινοστεῖ φθονῶν. I. p. 218. E. περινοστεῖ περιδεδεμένος τὸ μέτωπον. 655. B. στρατηγίας ἐν τῷ στρατοπέδῳ περινοστοῦντες ἐμνῶντο. 970. B. Ariſtides T. II. p. 367. Lucianus Hermotim. T. I. p. 820. Eadem ratione dicitur *incedere, ambulare,* στείχειν, περιπατεῖν, de quo agemus p. 1091. B.

155. D. δι' αὐτὸν] *Per ſe ipſum,* ut ſupra p. 152. A. in

effato de optima civitate, nunc idem eſt ac διὰ τὸν τρόπον.

155. D. δεόμενος—ἐνδεόμενος] Optima ſcriptura, *neque deſiderans ſupervacanea, neque indigens neceſſariis.* Chryſippi fuit ſententia, ὡς οὐ δέονται μὲν, ἐνδέονται δὲ οἱ φαῦλοι· *pravos homines bona non deſiderare, ſed iis indigere,* quod Plutarchus reprehendit II. p. 1068. A—D. recte necne illic quæremus. Certe diligens eſt diſtinctio; ſiquidem δεῖσθαι notat et *rogare,* et *deſiderare,* et *indigere,* et bis diverſa notione eodem loco poſitum ambiguitatem facit, ut monuimus ad Select. Hiſt. Gr. p. 345. Ergo recte adhibitum ἐνδεῖσθαι, *indigere, non habere, carere,* quo Plutarchus utitur I. p. 244. D. 334. C. 335. D. *Carendi* diverſas ſignificationes diſcernit Cicero Tuſc. I. 36: Chryſippi diſtinctionem exponit partim Seneca Epiſt. IX. p. 22.

155. D. Δεῖ—προσεῖπεν] Δεῖν Stob. Voſſ. Harl. 1. 2: προσεπεῖπεν Harl. 1. 2. Anon. T. V. B.

155. D. Λυκοῦργος πρὸς τὸν κελεύοντα δημοκρατίαν ἐν τῇ πόλει καταστῆσαι·] Ita omnes libri ultimum verbum exhibent; at tres Græco-Latinæ mendoſe dant καταστῆναι, unde perperam in noſtra venit exempla. Dictum Lycurgi repetiit cum cæteris Sapientum de domo dictis Stobæus Flor. Tit. LXXXIII. p. 483: et peculiariter Plutarchus Apophthegm. p. 189. E. Apophthegm. Lacon. p. 228. C. Vita Lycurgi p. 52. A.

155. E. ὥσπερ τὴν Βαθυκλέους κύλικα διαπεμπομένους] Spectat hiſtoriam de Bathyclis poculo, quod hic teſtamento legaverat donandum ſapientiſſimo; igitur datum Thaleti, hic ad alium ſapientem remiſit, is item ad alium, atque ita διεπέμποντο, donec ad Thaletem rediit, qui Didymæo Apollini conſecravit: ita ex Callimacho refert Diogenes Laertius I. 28. Vulgari quidem fama non Bathyclis poculum, ſed tripus a Mileſiis piſcatoribus captus in hoc ſeptem ſapientum circuitu celebratur. Breviter attingit diſſenſum Plutarchus Solone p. 80. E: ταῦτα μὲν οὖν ὑπὸ πλειόνων τεθρύλληται, πλὴν ὅτι τὸ δῶρον ἀντὶ τρίποδος οἱ μὲν φιάλην ὑπὸ Κροίσου πεμφθεῖσαν, οἱ δὲ ποτήριον Βαθυκλέους ἀπολιπόντος εἶναι λέγουσιν. Unius hujus ex Plutarcheo Convivio

loci notitia fretus Eraſmus Adagium effinxit Proverbium novum *Bathyclis Poculum* p. 1910. quod condonamus reliquæ viri doctrinæ. Minus condonandum eſt Reiſkio, quamquam et ipſi doctiſſimo homini, qui hæc appoſuit: "de "Bathycle ſtatuario memorat Pauſanias 235; ſed de ipſius poculo nil invenio: quiſquis ille fuerit Bathycles "noſtro Plutarcho dictus, Solone eum recentiorem fuiſſe "nullus dubito: quare etiam hac in re incongrua tem-"porum rationibus finxit, Solonis æquales faciens res no-"minare multis ætatibus poſt demum inventas." En et ignorantiam, cum pari reprehendendi libidine. Iſtiuſmodi multa poteramus ex Reiſkii Animadverſionibus excitare, quæ maluimus in oblivione relinquere. Illis minime ignoſcendum, qui ſe Græcorum ſcriptorum editores ferentes, Reiſkiana omnia promiſcue reponunt.

155. F. Ἔργα δὲ Κυπρογενοῦς—] Citat Plutarchus in Amatorio p. 751. E: Solone p. 96. E: Hermias Commentar. MS. in Platonis Phædrum, citatus Ruhnkenio ad Callimachum p. 421.

155. F. Ἐάν τις ὁτιοῦν μεθύων ἁμάρτῃ—] Memorat aliquoties Ariſtoteles: Republ. II. 12: ἐγένετο δὲ καὶ Πίττακος νόμων δημιουργὸς, ἀλλ' οὐ πολιτείας· νόμος δ' ἴδιος αὐτοῦ, τὸ τοὺς μεθύοντας, ἂν τύπτωσι, πλείω ζημίαν ἀποτίνειν τῶν νηφόντων· διὰ γὰρ τὸ πλείους ὑβρίζειν μεθύοντας, ἢ νήφοντας, οὐ πρὸς τὴν συγγνώμην ἀπέβλεψεν, ὅτι δεῖ μεθύουσιν ἔχειν μᾶλλον, ἀλλὰ πρὸς τὸ συμφέρον· ubi viri docti pro τύπτωσι haud temere corrigunt πταίσωσι· in poſtremis non opus correctione, ſed per enallagen accipiendum, quaſi ſcriptum eſſet ὅτι δεῖ τὴν συγγνώμην μεθύουσιν ἔχειν, *non rationem habuit veniæ, quam dandam eſſe magis ebriis:* ſpectatur ſimul aliud Pittaci idque nobile dictum, συγγνώμη τιμωρίας κρείσσων. Eadem lex memoratur Ethic. Nicomach. III. 5: reprehenditur Rhetoric. II. 24. fin. Diogenes Laert. I. 76: νόμους δὲ ἔθηκε τῷ μεθύοντι, ἐὰν ἁμάρτῃ, διπλῆν εἶναι τὴν ζημίαν· ἵνα μὴ μεθύωσι, πολλοῦ κατὰ τὴν νῆσον οἴνου γινομένου· ubi niſi legendum νόμον, certe poſt ἔθηκε excidiſſe putandum ἐν οἷς vel ſimile.

155. F—156. A. πέρυσι γὰρ καὶ νῦν—] Item Harl. 1. 2. dant παρὰ λίβει τ' ἀδελφῷ· an forte reſpicitur ad convivium

Sapientum Delphis habitum, ut ſcriptum fuerit παρὰ Λίβῳ τῷ Δελφῷ, quamquam nec *Libus* aliunde cognitus eſt. Sed facile eſt multas verborum correctiones comminiſci, at idem longum et inane. Athenæus quidem, vel ex ipſo Plutarcho vel certe ex communi fonte, hoc ita refert X. p. 437. F: Ἀνάχαρσις δὲ ὁ Σκύθης παρὰ Περιάνδρῳ τεθέντος ἄθλε περὶ τοῦ πίνειν, ᾔτησε τὸ νικητήριον πρῶτος μεθυσθεὶς τῶν συμπαρόντων, ὡς ὄντος τέλες τύτου ϗ τῆς ἐν τῷ πότῳ νίκης, ὥσπερ καὶ τῆς ἐν τῷ τρέχειν. Unde habet Ælianus Var. Hiſt. II. 41: Καὶ Ἀνάχαρσις δὲ πάμπολυ, φασὶν, ἔπιε παρὰ Περιάνδρῳ τοῦτο μὲν καὶ οἴκοθεν ἑαυτῷ ἐπαγόμενος τὸ ἐφόδιον· Σκυθῶν γὰρ ἴδιον, τὸ πίνειν ἄκρατον. Scytharum mos a multis proditus: Platone Leg. I. p. 570. D. Anacreonte Od. LVII. 9. ubi multa contulit eruditiſſimus Fiſcherus.

p. 156. A. Λύκος ἰδὼν—Ἡλίκος ἂν ἦν—] Hæc iiſdem verbis leguntur in Sententiis Anton. et Max. p. 300. ubi pro ὑμῖν eſt εἶπεν: at ὑμῖν retento ſupplet Harl. 1. ἔφη. Spectavit fabulam Plato Phædro p. 355. D. judice quidem Scholiaſta p. 68: ad verba τὸ τοῦ λύκυ hæc annotans: Ἰδὼν γὰρ λύκος ποιμένα ἐσθίοντα προβάτια, εἶπεν, Ἡλίκος ἂν ἤρθη θόρυβος, εἰ ἐγὼ ταῦτα ἐποίυν; Ἐμνήσθη ταύτης ἐνταῦθα Πλάτων. Aliud habet ſcholion Suidas T. II. p. 288. Καὶ τὸ τοῦ Λύκυ· φασὶ λύκον ἰδόντα τὸν ποιμένα τῶν ποιμενικῶν προβάτων ἐσθίοντα εἰπεῖν, Ἐγὼ τοῦτο εἰ ἐποίυν, πόση κραυγὴ ἐγίγνετο ἄν. Ruhnkenius noſter in Adverſariis ineditis ad Schol. Platonis annotavit hunc Suidæ locum, et *Juliani Or. II. p. 87. A. Hermias p.* 445. Non memini me hanc Fabulam in Æſopeis exemplis legiſſe.

156. B. ποιῆσαι] Conſuetudo deſiderat ποιήσαιτ' ἂν— *exiſtimet.*

156. B. ἀνέγερσιν ἀγνύθων] Pollux VII. 36: ἄγνυθες δὲ καὶ λεῖα, οἱ λίθοι οἱ ἐξηρτημένοι τῶν ϛημόνων, κατὰ τὴν ἀρχαίαν ὑφαντικήν. X. 125. in textoria muliebri numerat —καὶ κανόνα—καὶ λείας τὰς καὶ ἀγνύθας· plura Kuſterus ad Heſychium T. I. p. 58.

156. C. παιδεύειν τὰ ἤθη, καὶ παρηγορεῖν τὰ πάθη] Hoc Muſicæ officium ex Platone refert Plutarchus De Superſtitione p. 167. B: frequens ejus mentio apud illum,

Protag. p. 199. G: in primis Republ. III. p. 438. E. et alibi: ex Pythagorica diſciplina Jamblichus Vit. Pythag. §. 64. Ariſtides Quinctil. De Muſica I. p. 2, 3. Dion Chryſ. Or. XXXII. p. 378. D. Videantur et notata nobis ad p. 167. B.

156. D. *καὶ συντήκουσα*] Perperam iteratum in minoribus noſtris editionibus. Elegans in hac re verbum. Amatorio p. 767. D: *οἱ τοῖς σώμασιν ὁριζόμενοι, τὰς ψυχὰς βίᾳ συνάγουσι καὶ συντήκουσι*: ibidem p. 752. D. amplior explicatur comparatio. Fluxit a fonte Platonis Sympoſ. p. 323. D: *ἐθέλω ὑμᾶς συντῆξαι καὶ συμφῦσαι εἰς τὸ αὐτὸ ὥστε δύο ὄντας ἕνα γεγονέναι.* Syneſius Epiſt. CXXXIX. p. 276. B: *οἷς δὲ ὁ ἐρεστὰς βραβεύει θεὸς, κατὰ τὴν θεσπεσίαν Πλάτωνος φωνὴν, συντήξας τῇ τέχνῃ, καὶ ἕνα ἄμφω ποιήσας τοὺς ἀντερῶντας, οὗτοι καὶ χρόνου καὶ τόπου φύσιν ἐλέγχουσιν.* Ep. CLI. p. 289. D: *ἐγένετο δέ τις ἀνὴρ δεινὸς τὰ ἐρωτικὰ, Πλάτων ὁ Ἀρίστωνος Ἀθηναῖος εὔπορος εὑρεῖν, εὔκολος εἰπεῖν ἐραστοῦ φύσιν·—βούλοιτ᾽ ἂν οὖν, φησὶ, Ἡφαίστου τέχνῃ συντακῆναί τε καὶ συμφυῆναι, καὶ ἓν ἄμφω γενέσθαι.* Sic *συντακεὶς* Plato ibid. p. 319. G. Euripides Fragm. Incert. CLI.

156. D. *Ὁ Διόνυσος ὥσπερ ἐν πυρὶ τῷ οἴνῳ μαλάσσων τὰ ἤθη*] Item a Platone manavit comparatio Leg. II. p. 581. C: *Διόνυσον παρακαλεῖν εἰς τὴν τῶν πρεσβυτῶν τελετὴν ἅμα καὶ παιδιὰν, ἣν τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ἐπίκουρον τῆς τοῦ γήρως αὐστηρότητος ἐδωρήσατο, τὸν οἶνον φάρμακον, ὥστ᾽ ἀνηβᾷν, καὶ δυσθυμίας λήθην γίγνεσθαι, μαλακώτερον ἐκ σκληροτέρου τὸ τῆς ψυχῆς ἦθος, καθάπερ εἰς πῦρ σίδηρον ἐντεθέντα, γιγνόμενον.* Nec infrequens in ea uſurpanda Plutarchus II. p. 334. A: *τὴν ψυχὴν αὐτοῦ καθάπερ σίδηρον ἐμάλαξεν.* 622. D: *φειδωλὸς ἀνήρ τε καὶ μικρολόγος, ἐμπεσὼν εἰς ἔρωτα, καθάπερ εἰς πῦρ σίδηρος, ἀνεθεὶς καὶ μαλαχθεὶς, ἁπαλὸς καὶ ὑγρὸς καὶ ἡδίων.* 660. C: *ὥσπερ ὁ μάρμαρος τοῦ διαπύρου σιδήρου τῷ καταψύχειν τὴν ἄγαν ὑγρότητα καὶ ῥύσιν ἀφαιρῶν εὔτονον ποιεῖ τὸ μαλασσόμενον αὐτοῦ καὶ τυπούμενον· οὕτως ὁ συμποτικὸς λόγος οὐκ ἐᾷ διαφορεῖσθαι παντάπασιν ὑπὸ τοῦ οἴνου τοὺς πίνοντας.* 712. B: *τὰ σκληρότατα τῶν ἠθῶν ὥσπερ ἐν πυρὶ τῷ οἴνῳ μαλάττουσι καὶ κάμπτουσι πρὸς τὸ ἐπιεικέστατον.* 734. A: *τῆς σαρκὸς—καθάπερ σιδήρου, πυρὶ μαλασσομένης καὶ ῥεούσης, εἶτα βαφὴν ὑπὸ ψυχροῦ καὶ στόμωσιν ἀναδεχομένης.*

3 Q 2

156. D. *κρατῆρα νηφάλιον ἐν μέσῳ προθέμεναι τὸν λόγον*] Eſt hæc Plutarcheæ conſuetudinis dictio: v. c. Defect. Orac. p. 421. A: *μύθων καὶ λόγων ἀναμεμιγμένων κρατὴρ ἐν μέσῳ πρόκειται.* Philoſtratus Vit. Apollon. IV. 24. p. 162: *λόγων τε κρατῆρες ἵςαντο καὶ ἠρύοντο αὐτῶν οἱ διψῶντες.* Julianus Epiſt. XLVI. p. 428. A: *—ἐμοὶ νηφάλιος ὁ τοῦ Διονύσου κρατὴρ, καὶ ἐπὶ πολὺ τὸ τῶν Νυμφῶν δέ ἐςιν—.* Simili tranſlatione de bellariis in Menedemi convivio dixit Lycophron ap. Athen. X. p. 420. C. *τράγημα γὰρ—Ὁ σωφρονιςὴς πᾶσιν ἐν μέσῳ λόγος*, quod attigimus ſupra p. 133. E. Anacreon, qui fertur, Od. in Apollin. ed. H. Steph. p. 206. *Φιάλην πρόπινε παισὶν, Φιάλην λόγων ἐραννήν.* Frequentius eſt *ἑςίασις λόγων*, *ſermonum epulæ*, quod expoſuimus p. 40. B. *Νηφάλιον* tractavimus p. 132. E.

156. E. *κατάρδουσι*] *irrigant.* Sic de vino Xenophon Sympoſ. II. 24: *ὁ οἶνος ἄρδων τὰς ψυχάς.* Ariſtophanes Equit. 96: *—ἐξένεγκέ μοι ταχέως οἴνου χοᾶ, Τὸν νοῦν ἵν' ἄρδω, καὶ λέγω τι δέξιον.* In alio argumento exempla bonæ et malæ ſignificationis dedimus ad Ser. Num. Vind. p. 117: noſtræ p. 566. A. Plautus Moſt. I. 2. 63: *Continuo pro imbre amor advenit in cor meum: Is uſque in pectus permanavit, permadefecit Cor meum—.* Pœn. III. 3. 86: *—Leucadio, Leſbio, Thaſio, Coo, Vetuſtate vino edentulo ætatem irriges.* Frequens eſt *madere vino*, quod eſt a Græco *μαδᾷν*: at minus frequens bono ſenſu ut Gr. *ἄρδεσθαι*, Horatii Carm. III. 21. 9. *Socraticis madet ſermonibus.* Martialis VII. 68. 2: *Cujus Cecropia pectora voce madent.* Conferatur Muſgravius ad Euripidis Supplic. 209.

156. E. *Ἡσίοδος—*] *Ἔργ.* 744: notavimus p. 28. B.

156. E. *Εἴπερ γάρ τ' ἄλλοι—τῷ πλησίον.*] Iliad. Δ. 261. Et Harl. 1. 2. hos verſus omittunt. Conjecturam noſtram ſub contextu notatam adhuc, ut probabilem, tuemur. De Ajace nil, quod huc pertineat, in Homero. De Homerico epularum more, *πρὸς μερίδας δειπνεῖν*, ſua cuique convivæ diſtributa portione, Plutarchus diſſerit Sympoſ. II. 10. Athenæus I. 11. Addatur Iliad. Δ. 4. I. 667.

156. E. *Χερσίας ὁ ποιητής·*] Hunc ex Callippi de Orcho-

meniis libro, unus memorat Pauſanias IX. 38. ſin. ejus carmina jam tunc intercidiſſe ſignificans.

156. E. ἔχει.] Varia lectio ſub contextu perperam notata eſt: nam ἐνέχει habent B. G. margo A. quibus accedunt Harl. 1. 2. Ferri tamen poteſt vulgatum, quod in margine Voſſ. exponitur ἀντὶ τοῦ ἔχειν.

156. F. Κλεόδημος] Harl. 1. 2. Κλεόδωρος.

156. F. τὴν ἀμβροσίαν τῷ Διῒ πελειάδες—] Pertinet ad Odyſſ. M. 62: unde profecta Myro Byzantia locum ornavit in Carmine inſcripto Μνημοσύνῃ, ex quo aliquot verſus appoſuit Athenæus XI. p. 491. A. notans Cratetem Grammaticum, qui poetriæ ſententiam interceperit et pro ſua ipſe venditaverit, p. 490. E. Fragmentum hoc Myrus retulit Jo. Chr. Wolfius in VIII. Poetriarum Fragm. p. 28. Et Heynius attigit argumentum in Notis ad Apollod. p. 213.

p. 157. A. μητρὸς] Omnino probabilius eſt θυγατρὸς, quod dat G. Harl. 1. 2: ænigma plane convenit ingenio Cleobulinæ. Et Cleobulo conveniunt partes dicendi περὶ μέτρου, quod hujus celebratur dictum μέτρον ἄριστον, proditum a Stobæo p. 44. Auſonio p. 280.

157. B. ἄλλοτε γὰρ ἄλλος ἐστὶ ταῖς χρείαις] Poetæ dictum redolet: unde item fluxit illud Plutarchi de Lycurgo ejuſque legibus I. p. 47. A: τὰ δὲ μικρὰ καὶ χρηματικὰ συμβόλαια, καὶ μεταπίπτοντα ταῖς χρείαις ἄλλοτ' ἄλλως, βέλτιον ἦν μὴ καταλαμβάνειν ἐγγράφοις ἀνάγκαις. Simile huic Heſiodi de tempeſtate Ἔργ. 482: Ἄλλοτε δ' ἀλλοῖος Ζηνὸς νόος Αἰγιόχοιο. Euripidis Troad. 67: πηδᾷς ἄλλοτ' εἰς ἄλλους τρόπους.

157. B. ὁ Αἰσώπου κύων—] Et hæc eſt ex earum numero fabula, quæ in editis Æſopicarum libris non exſtant: quarum haud parvum eſſe numerum, monet Tyrwhittus Diſſert. De Babrio p. 30.

157. B. συσπειρόμενον] Legendum συσπειρώμενον, quod dant Voſſ. Harl. 1. 2. *involutum*. Sic II. 77. E. 828. C. I. 684. E. Ariſtides I. p. 313. Taylorus ad Æſchin. Falſ. Legat. p. 67.

157. B. στρογγύλως καὶ Λακωνικῶς βιωσομένους] Prius ductum ab exemplo canis *involuti*, traductum ad notionem

animi ſuis rebus contenti: v. c. II. p. 828. C: εἰς αὐτὰ τὰ χρήσιμα συςαλέντας ϗ συσπειραθέντας ἐκ τῶν ἀχρήςων ϗ περιττῶν κατακοπέντων ἢ πραθέντων, ἐλευθερίας αὐτοῖς ἱερὸν ἱδρύσασθαι ϗ τέκνοις καὶ γυναιξίν. Cicero ad Pætum Ep. Div. IX. 20: *literis me involvo*. Horatius Carm. III. 29. 54: *mea Virtute me involvo*. Et rotunditas inde orta Virtutem ſe ipſa ad beate vivendum contentam ſignificat: ut item in Horatiano illo Sat. II. 7. 86: *Sapiens:—in ſe ipſo totus; teres atque rotundus:* quod recte diſtinguit et exponit Bentleius. Et Λακωνικὸς in laude frugalitatis uſurpatur I. p. 476. E: de Lyſandro, σώφρονα καὶ Λακωνικὴν ϗ κεκολασμένην ἐπεδείκνυτο πανταχοῦ τὴν δίαιταν. 820. B. de Cleomene, τὸ Λακωνικὸν καὶ ἀφελὲς τὴν χάριν ἐλευθέριον εἶχε.

157. C. Κλεόδημος] Κλεόδωρος Harl. 1. 2.

157. C. νόμος—ὡς ὑφάντης—τὸ ἁρμόττον ἀποδίδωσι·] Textoris exemplum ſcite ex illo ænigmate Cleobulinæ modo narrato ducitur: ſed et eodem in argumento comparationem veſtimenti adhibuit Xenophon Cyropædiæ I. 3. 14: puerum Cyrum narrantem faciens: παῖς μέγας μικρὸν ἔχων χιτῶνα, ἕτερον παῖδα μικρὸν, μέγαν ἔχοντα χιτῶνα, ἐκδύσας αὐτὸν, τὸν μὲν ἑαυτοῦ ἐκεῖνον ἠμφίεσε, τὸν δὲ ἐκείνου αὐτὸς ἐνέδυ· ἐγὼ γοῦν τούτοις δικάζων, ἔγνων βέλτιον εἶναι ἀμφοτέροις τὸν ἁρμόζοντα ἑκάτερον ἔχειν χιτῶνα· ἐν δὲ τούτῳ με ἔπαισεν ὁ διδάσκαλος, λέγων ὅτι ὁπότε μὲν καταςαθείην τοῦ ἁρμόττοντος κριτὴς, οὕτω δέοι ποιεῖν· ὁπότε δὲ κρῖναι δέοι, ὁποτέρου ὁ χιτὼν εἴη, τοῦτ' ἔφη σκεπτέον εἶναι, τίς κτῆσις δικαία ἐςι, πότερα τὸν βίᾳ ἀφελόμενον ἔχειν, ἢ τὸν ποιησάμενον ἢ πριάμενον κεκτῆσθαι· ἔπειτα δὲ ἔφη τὸ μὲν νόμιμον δίκαιον εἶναι, τὸ δὲ ἄνομον βίαιον· σὺν τῷ νόμῳ οὖν ἐκέλευε δεῖν τὸν δικαςὴν τὴν ψῆφον τίθεσθαι. Æqualitas civilis et antiquitus et hodie jactata, prudentum ſententia, duplici ſpecie diſtinguitur: ut altera ſit *Arithmetica æqualitas*, omnibus æqualem tribuens partem: altera *Geometrica æqualitas*, congruentem juſtamque cuique tribuens partem, aliis majorem, aliis minorem, ſecundum cujuſque meritum ac dignitatem. Quo de argumento aliquoties diſſerit Plutarchus: v. c. II. p. 620. F. 643. C. ubi gemina eſt Medici comparatio: ὁ κάμνουσι πολλοῖς ἴσα φάρμακα μέτροις ἀκριβέσι καὶ ςαθμοῖς διανέμων παγγέλοιος·—ἀριθμητικῶς, οὐ γεωμετρικῶς

ὀρίζων τὸ σύμμετρον καὶ δίκαιον· item 719. B. I. 85. D. Plato Leg. VI. p. 615. F, G. ſeq. Ariſtoteles Republ. ſæpe, in primis V. 1. VI. 3. Hierax ap. Stob. Tit. IX. p. 106.

157. C. τὸ πρέπον ὑμῶν] Rectius ἡμῶν, A. Harl. 1. 2. T. B. P. at minus etiam bene ὑμῖν Anon. V.

157. C. ἑταῖρον ἡμῶν] ὑμῶν A. B. Voſſ. Harl. 1. 2. Anon. T. V. B. P. quippe a nonnullis inter VII. ſapientes numerabatur, ut ait Plutarchus in Solone p. 84. D.

157. D. Σόλωνος δὲ ξένον Ἐπιμενίδην—] De hoſpitio Solonis et Epimenidis probabilis eſt conjectura ex adventu hujus Athenas ad expurgandum ſcelus Cyloneum: de quo Plutarchus in Solone p. 84. D. Diogenes Laertius I. 110: itaque, ut ait Plato Leg. I. p. 572. D: τότ' οὖν ἐξενώθησαν ὑμῖν οἱ πρόγονοι ἡμῶν: qui Epimenidem Athenas veniſſe faciens πρὸ τῶν Περσικῶν δέκα ἔτεσι πρότερον, ſuſpicionem legentibus movet de errore vel ipſius vel librarii: quam varie tractarunt viri docti Aldobrandinus ad Diog. Laert. l. c. et hunc refellens Hemſterhuſius ad Luciani Timonem T. I. p. 111. Bentleius Diſſert. Phalarid. p. 32. Platonem ipſum temporum rationem neglexiſſe pronunciat. Corſinus Faſt. Attic. Vol. III. p. 135. illo Platonis loco fretus obitum Epimenidis in Olymp. LXX. 2. ponens: reprehendens Dodwellum tempus mortis Epimenidi aſſignantem Olymp. LIV. 4. quem equidem quamvis reprehenſum ſequi malim. Neque tamen reticenda erat J. Meurſii ratio in Solone Cap. IX. p. 31. conjecturam ſibi minime dubiam, et nulli deinceps, ut putat, dubiam futuram, hanc prodens, ut δέκα per librarii errorem ex numeri nota ρκα, CXXI. natum dicat. Quæ omnino opinio et temporibus congruit, nec a veriſimilitudine multum abhorret.

157. D. ἀλίμου δυνάμεως] Inventio Epimenidi tribuitur vulgo, quidam eum ex Heſiodi præcepto didiciſſe volebant. Hermippus et Herodorus laudati a Proclo ad Heſiodi Ἔργ. 40: "Νήπιοι οὐδ' ἴσασιν ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντὸς, "Οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ," hanc apponente interpretationem: —Ἕρμιππος γὰρ ἐν τῷ τῶν ἑπτὰ σοφῶν, περὶ τῆς ἀλίμου λέγει· μέμνηται δὲ τῆς ἀλίμου καὶ Ἡρόδωρος (vulgo perperam Ἡρόδοτος) ἐν τῷ πέμπτῳ τοῦ καθ' Ἡρακλέα

λόγυ, καὶ Πλάτων ἐν τῷ γ. τῶν νόμων· Ἐπιμενίδην φησὶ μικρόν τι ἐδεσμάτιον προσφερόμενον ὧδε τελεῖν τὴν ἡμέραν· ἦν δ᾽ ἐξ ἀσφοδέλυ ϗ μαλάχης, ὅπερ αὐτὸν ἄλιμον καὶ ἄδιψον ἐποίει. Quibus in verbis ὧδε τελεῖν mutandum in διατελεῖν: et illa μέμνηται—νόμων, in parentheſi accipienda ſunt, ut cætera pro Hermippi dictione habeantur. Nam Plato Leg. III. p. 585. E. ἄλιμον non diſerte nominat, ſed *Epimenidem prædictum Heſiodi effeciſſe* pronunciat, tacite ſignificans illum modo citatum verſum: ΚΛ. Μῶν φράζεις Ἐπιμενίδην; ΑΘ. Ναὶ, τῦτον· πολὺ γὰρ ὑμῖν ὑπερεπήδησε τῷ μηχανήματι τοὺς ξύμπαντας, ὦ φίλε· ὃ λόγῳ μὲν Ἡσίοδος ἐμαντεύετο πάλαι, τῷ δ᾽ ἔργῳ ἐκεῖνος ἀπετέλεσεν. Ex Hermippo Athenæus II. p. 58. F: Ἕρμιππος δὲ ὁ Καλλιμάχειος καὶ εἰς τὴν καλουμένην φησὶν ἄλιμον, προσέτι τε ἄδιψον, ἐμβάλλεσθαι τὴν μαλάχην οὖσαν χρησιμωτάτην· ubi Proclum citavit Caſaubonus. Ex Demetrio Diogenes Laertius I. 114: Φησὶ δὲ Δημήτριος, τινὰς ἱϛορεῖν, ὡς λάβοι (Ἐπιμενίδης) παρὰ νυμφῶν ἔδεσμά τι, ϗ φυλάττοι ἐν χηλῇ βοός· προσφερόμενός τε κατ᾽ ὀλίγον, μηδεμιᾷ κενοῦσθαι ἀποκρίσει, μηδὲ ὀφθῆναί ποτε ἐσθίων. Plinius H. N. XXII. 33: *Aſphodelon ab Heſiodo quidam alimon appellari exiſtimavere, quod falſum arbitror.* Et Pythagoram hujuſmodi cibis uſum prodit Porphyrius Vit. Pythag. §. 34: —ἀλίμοις ἐχρῆτο καὶ ἀδίψοις τροφαῖς· utriuſque compoſitionem deſcribens, in illius partibus etiam ἀσφόδελον et μαλάχην numerat. De Abſtinentia IV. 20. p. 373: εἴτε τὴν μυθευομένην ἄλιμον καὶ ἄδιψον εὔπορον ἦν κεκλῆσθαι, ἵν᾽ ἄν τις τὸ διαῤῥέον τῦ σώματος ἐπισχὼν, δι᾽ ὀλίγυ πρὸς τοῖς ἀρίϛοις ἦν, πρὸς οἷσπερ ὢν καὶ θεὸς, ἐϛὶ θεός· quorum ultima ex Platone ſumta ſunt. Et Antiphanes ap. Athen. IV. p. 161. A. ἄλιμα Pythagoricis tribuit: et Ælianus Var. Hiſt. IV. 17. eos *in ſanctiſſimis habere* ſcribit μαλάχης φύλλον· quod equidem ad commendandam ἄλιμον ſpectare putem.

157. D. ἡδονὴν] Abeſt etiam in Harl. 1. 2.

157. D. Πίτλακος ἀλεῖ—] Diogenes Laertius I. 81. τούτῳ γυμνάσιον (ἦν) σῖτον ἀλεῖν, ὥς φησι Κλέαρχος ὁ φιλόσοφος. Ælianus Var. Hiſt. VII. 4. Clemens Alexandr. Pædagog. III. p. 242. C. Iſidorus Peluſ. Epiſt. I. 470. Cantilena molaris ἐπιμύλιος ᾠδὴ memoratur Æliano l. c. Athenæo XIV.

p. 618. D. ubi et hunc Plutarchi locum adfert Caſaubonus. Polluci IV. 53. VII. 180. ad ejus ſimilitudinem ἐπιμύλιος Diana confecta apud Sextum Empir. Adv. Math. IX. 185.

157. E. —ὅσον ἐν μαλάχῃ] Ἔργ. 41. modo notavimus, et Plinius XXII. 33. ibi citatus, ἄλιμον Epimenidis inde factam quoſdam temere putare refert. At XXI. 68: *Aſphodelus manditur, et ſemine toſto et bulbo: ſed hoc in cinere toſto, dein ſale et oleo addito; præterea tuſo cum ficis: præcipua voluptate, ut videtur Heſiodo.* Ita diſtinguenda verba. Nam qui priorem ante *ficis* partem item ad Heſiodum retulerant, in eam opinionem inducti ſunt, ut hanc mentionem non ad hunc poetæ verſum, ſed ad perditum quoddam de aſphodelo carmen, referri putarent. Neque vero rationem habet, hujuſmodi alia Heſiodi de Herbis exſtitiſſe carmina: ut vere monet Fabricius Bibl. Gr. Vol. I. p. 381. Et Plinius illa ex Theophraſto vertit Hiſt. Plant. VII. 12: καὶ γὰρ ὁ ἀνθέρικος ἐδώδιμος σταθευόμενος, καὶ τὸ σπέρμα φρυγόμενον· πάντων δὲ μάλιστα ἡ ῥίζα μετὰ σύκου· καὶ πλείστην ὄνησιν ἔχει καθ' Ἡσίοδον. Gellius XVIII. 2. Sexta quæſtio fuit, aſphodelum cujuſmodi herba ſit, quod Heſiodus in iſto verſu poſuerit Νήπιοι κ. τ. λ. Cæterum ad hujus ſaltem animadverſionis intelligentiam tenendum, *Anthericum* dici caulem Aſphodeli; Plinio docente XXI. 17. XX. 22: et ἄλιμον, *olus maritimum*, diſtingui ab ἀλίμῳ, *cibo famem arcente:* ut diſtinxit poſt alios Salmaſius Exercit. Plin. p. 122. et 772. Hinc occaſionem feſtivitatis ſumſit Cicero Ep. Div. VII. 26: *lex ſumtuaria, quæ videtur* λιτότητα *attuliſſe, ea mihi fraudi fuit: nam dum volunt iſti lauti terra nata, quæ lege excepta ſunt, in honorem adducere, fungos, helvellas, herbas omnes ita condiunt, ut nihil poſſit eſſe ſuavius. In eas cum incidiſſem in cœna augurali apud Lentulum, tanta me* διάῤῥοια *cepit, ut hodie primum videatur cœpiſſe conſiſtere. Ita ego, qui me oſtreis et murenis facile abſtinebam, a beta et a malva deceptus ſum.*

157. F. μέλι καὶ τυρόν τινα βαρβαρικὸν] Eruditiſſimus Koray in notis ad Hippocratem περὶ ἀέρων §. XCIV. T. II. p. 285. docet, Plutarcho ſignificari *caſei barbarici* appella-

λόγυ, καὶ Πλάτων ἐν τῷ γ. τῶν νόμων· Ἐπιμενίδην φησὶ μικρόν τι ἐδεσμάτιον προσφερόμενον ὧδε τελεῖν τὴν ἡμέραν· ἦν δ᾽ ἐξ ἀσφοδέλυ καὶ μαλάχης, ὅπερ αὐτὸν ἄλιμον καὶ ἄδιψον ἐποίει. Quibus in verbis ὧδε τελεῖν mutandum in διατελεῖν: et illa μέμνηται—νόμων, in parentheſi accipienda ſunt, ut cætera pro Hermippi dictione habeantur. Nam Plato Leg. III. p. 585. E. ἄλιμον non diſerte nominat, ſed *Epimenidem prædictum Heſiodi effeciſſe* pronunciat, tacite ſignificans illum modo citatum verſum: ΚΛ. Μῶν φράζεις Ἐπιμενίδην; ΑΘ. Ναὶ, τῦτον· πολὺ γὰρ ὑμῖν ὑπερεπήδησε τῷ μηχανήματι τοὺς ξύμπαντας, ὦ φίλε· ὃ λόγῳ μὲν Ἡσίοδος ἐμαντεύετο πάλαι, τῷ δ᾽ ἔργῳ ἐκεῖνος ἀπετέλεσεν. Ex Hermippo Athenæus II. p. 58. F: Ἕρμιππος δὲ ὁ Καλλιμάχειος καὶ εἰς τὴν καλουμένην φησὶν ἄλιμον, προσέτι τε ἄδιψον, ἐμβάλλεσθαι τὴν μαλάχην οὖσαν χρησιμωτάτην· ubi Proclum citavit Caſaubonus. Ex Demetrio Diogenes Laertius I. 114: Φησὶ δὲ Δημήτριος, τινὰς ἱστορεῖν, ὡς λάβοι (Ἐπιμενίδης) παρὰ νυμφῶν ἔδεσμά τι, καὶ φυλάττοι ἐν χηλῇ βοός· προσφερόμενός τε κατ᾽ ὀλίγον, μηδεμιᾷ κενοῦσθαι ἀποκρίσει, μηδὲ ὀφθῆναί ποτε ἐσθίων. Plinius H. N. XXII. 33: *Aſphodelon ab Heſiodo quidam alimon appellari exiſtimavere, quod falſum arbitror.* Et Pythagoram hujuſmodi cibis uſum prodit Porphyrius Vit. Pythag. §. 34: —ἀλίμοις ἐχρῆτο καὶ ἀδίψοις τροφαῖς· utriuſque compoſitionem deſcribens, in illius partibus etiam ἀσφόδελον et μαλάχην numerat. De Abſtinentia IV. 20. p. 373: εἴτε τὴν μυθευομένην ἄλιμον καὶ ἄδιψον εὔπορον ἦν κεκλῆσθαι, ἵν᾽ ἄν τις τὸ διαῤῥέον τῦ σώματος ἐπισχὼν, δι᾽ ὀλίγυ πρὸς τοῖς ἀρίστοις ἦν, πρὸς οἷσπερ ὢν καὶ θεὸς, ἐστὶ θεός· quorum ultima ex Platone ſumta ſunt. Et Antiphanes ap. Athen. IV. p. 161. A. ἄλιμα Pythagoricis tribuit: et Ælianus Var. Hiſt. IV. 17. eos *in ſanctiſſimis babere* ſcribit μαλάχης φύλλον· quod equidem ad commendandam ἄλιμον ſpectare putem.

157. D. ἡδονὴν] Abeſt etiam in Harl. 1. 2.

157. D. Πίτταχος ἀλεῖ—] Diogenes Laertius I. 81. τούτῳ γυμνάσιον (ἦν) σῖτον ἀλεῖν, ὥς φησι Κλέαρχος ὁ φιλόσοφος. Ælianus Var. Hiſt. VII. 4. Clemens Alexandr. Pædagog. III. p. 242. C. Iſidorus Peluſ. Epiſt. I. 470. Cantilena molaris ἐπιμύλιος ᾠδὴ memoratur Æliano l. c. Athenæo XIV.

p. 618. D. ubi et hunc Plutarchi locum adfert Caſaubonus. Polluci IV. 53. VII. 180. ad ejus ſimilitudinem ἐπιμύλιος Diana confecta apud Sextum Empir. Adv. Math. IX. 185.

157. E. —ὅσον ἐν μαλάχῃ] Ἔργ. 41. modo notavimus, et Plinius XXII. 33. ibi citatus, ἄλιμον Epimenidis inde factam quoſdam temere putare refert. At XXI. 68: *Aſphodelus manditur, et ſemine toſto et bulbo: ſed hoc in cinere toſto, dein ſale et oleo addito; præterea tuſo cum ficis: præcipua voluptate, ut videtur Heſiodo.* Ita diſtinguenda verba. Nam qui priorem ante *ficis* partem item ad Heſiodum retulerant, in eam opinionem inducti ſunt, ut hanc mentionem non ad hunc poetæ verſum, ſed ad perditum quoddam de aſphodelo carmen, referri putarent. Neque vero rationem habet, hujuſmodi alia Heſiodi de Herbis exſtitiſſe carmina: ut vere monet Fabricius Bibl. Gr. Vol. I. p. 381. Et Plinius illa ex Theophraſto vertit Hiſt. Plant. VII. 12: καὶ γὰρ ὁ ἀνθέρικος ἐδώδιμος ςαθευόμενος, καὶ τὸ σπέρμα φρυγόμενον· πάντων δὲ μάλιςα ἡ ῥίζα μετὰ σύκου· καὶ πλείςην ὄνησιν ἔχει καθ' Ἡσίοδον. Gellius XVIII. 2. Sexta quæſtio fuit, aſphodelum cujuſmodi herba ſit, quod Heſiodus in iſto verſu poſuerit Νήπιοι κ. τ. λ. Cæterum ad hujus ſaltem animadverſionis intelligentiam tenendum, *Anthericum* dici caulem Aſphodeli; Plinio docente XXI. 17. XX. 22: et ἄλιμον, *olus maritimum*, diſtingui ab ἀλίμῳ, *cibo famem arcente:* ut diſtinxit poſt alios Salmaſius Exercit. Plin. p. 122. et 772. Hinc occaſionem feſtivitatis ſumſit Cicero Ep. Div. VII. 26: *lex ſumtuaria, quæ videtur* λιτότητα *attuliſſe, ea mihi fraudi fuit: nam dum volunt iſti lauti terra nata, quæ lege excepta ſunt, in honorem adducere, fungos, helvellas, herbas omnes ita condiunt, ut nihil poſſit eſſe ſuavius. In eas cum incidiſſem in cœna augurali apud Lentulum, tanta me* διάῤῥοια *cepit, ut hodie primum videatur cœpiſſe conſiſtere. Ita ego, qui me oſtreis et murenis facile abſtinebam, a beta et a malva deceptus ſum.*

157. F. μέλι καὶ τυρόν τινα βαρβαρικὸν] Eruditiſſimus Koray in notis ad Hippocratem περὶ ἀέρων §. XCIV. T. II. p. 285. docet, Plutarcho ſignificari *caſei barbarici* appella-

tione *hippacen* Scytharum Hippocrati dictam καὶ ἱππάκην τρώγουσι· τοῦτο δ' ἐςὶ τυρὸς ἵππων· mellis autem nomine intelligi *dulcem radicem*, quæ circa Mæotim creſcit, de qua Theophraſtus Hiſt. Plant. IX. 13 : δύναται δὲ καὶ τὴν δίψαν παύειν, ἐάν τις ἐν τῷ ςόματι ἔχῃ· διὸ ταύτῃ τε καὶ τῇ ἱππάκῃ διάγειν φασὶ τοὺς Σκύθας ἡμέρας καὶ ἕνδεκα καὶ δώδεκα.

157. F. τῶν ἐκ εὐπορίςων] Sic et Harl. 1. Frequentiſſimum Medicis vocabulum, εὐπόριςα, *parabilia:* quo utitur Plutarchus II. p. 204. B. 661. A. 698. B. 1068. C. I. 518. F. 620. B.

157. F. πηδάλιον ὑπὲρ καπνοῦ—Ἔργα βοῶν] Heſiodi Ἐργ. 45, 46.

p. 158. A. Δήλιος ἔναγχος ποιησάμενος τὸν μέγαν καθαρμὸν—ὑπομνήματα τροφῆς—] In expiando ſcelere Cyloneo, de quo diximus modo 157. D. partes etiam ſuas tribuit Epimenides Delo inſulæ, ut videtur. Monumenta antiquiſſimi cibi et frugum a pleriſque civitatibus quotannis Athenas miſſa beneficii et inventionis cauſſa, prodit Iſocrates Panegyr. p. 79 : αἱ μὲν γὰρ πλεῖςαι τῶν πόλεων ὑπομνήματα τῆς παλαιᾶς εὐεργεσίας ἀπαρχὰς τοῦ σίτυ καθ' ἕκαςον ἐνιαυτὸν ὡς ἡμᾶς ἀποπέμπουσι. Et Pythagoras in Delo Inſula dicitur a Diogene Laertio VIII. 13. βωμὸν προσκυνῆσαι μόνον ἐν Δήλῳ τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ γενέτορος, ὅς ἐςιν ὄπισθεν τοῦ κερατίνου, διὰ τὸ πυροὺς καὶ κριθὰς καὶ τὰ πόπανα μόνα τίθεσθαι ἐπ' αὐτοῦ ἄνευ πυρὸς, ὥς φησιν Ἀριςοτέλης ἐν Δηλίων πολιτείᾳ. De Epimenidis luſtratione notarunt quædam Daviſius et Marklandus ad Maxim. Tyr. Diſſ. XXXVIII. 3. quorum hic recte hunc Plutarchi locum ita exponit, ut Delus, quippe pars Athenarum, ejuſdem luſtrationis particeps facta fuerit. Religio Inſulæ et ſanctimonia nemini ignota. Sacras Athenis legationes certis temporibus eo miſſas, attigit Spanhemius ad Callimach. H. in Del. 314.

158. A. μετ' ἄλλων] Sic et Harl. 1.

158. A. Κλεόδημος] Κλεόδωρος Harl. 1. 2.

158. A. Ἡσίοδος—ἢ βρεφῶν καθίσεως] De horum pleriſque breviter et verbo: διαίτης, Ἐργ. 47 : κράσεως οἴνυ, videtur pertinere ad 745. Μηδέ ποτ' οἰνοχόην citatum ſupra 156. E. et 368 : ἀρετῆς ὕδατος, 595. 736—740 : λούτρυ γυ-

ναικῶν, ita et Harl. 1. 2. et malim, ut cum medicina magis conjunctum, 753: συνουσίας καιροῦ, 696. 812: βρεφῶν καθίσεως 747.

164. C. Δειλαί τοι δειλῶν—] Odyſſ. Θ. 351. Scriptor Vitæ Homeri, qui Plutarchus uſurpatur Cap. CLI. noſtræ editionis, in comparandis Sapientum dictis cum verſibus Homeri, ex hoc illud repetit dictum: καὶ 'Εγγύα πάρα δ' ἄτα Δειλαί τοι δειλῶν γε καὶ ἐγγύαι ἐγγυάασθαι. Cujus verſus ſenſum falſone an recte ad Delphici præcepti ſententiam retulerit, putidum ſit quærere: uſus eſt licentia in hoc genere conceſſa.

164. C. Χερσίας δὲ οὑτοσί φησι τὴν ἄτην ὑπὸ τοῦ Διὸς ῥιφῆναι—] Atqui hoc Homerus dixit Iliad. T. 90—133: Cherſias autem, ut videtur, voluit illud Delphicum præceptum 'Εγγύα, πάρα δ' ἄτα profectum eſſe non ex illo Homerico Δειλαί τοι δειλῶν γ. κ. ἐ. ἐ. ſed ex hoc de Herculis natalibus. Igitur Plutarchus fortaſſe ſcripſerit. —τὴν ἄτην, ἣν ὑπὸ τοῦ Διὸς ῥιφῆναι—, ſubaudiendo ex antecedentibus λοιδορεῖν αὐτόν. *Homerum vituperare Aten, quam ab Jove projectam eſſe*— cet.

164. D. Νὺξ δ' ἤδη τελέθει—] Iliad. H. 282. 293.

DANIELIS WYTTENBACHII

ANIMADVERSIONES

IN

PLUTARCHI LIBRUM

DE SUPERSTITIONE.

LIBER vere Plutarcheus, quamvis Veteribus non diſerte memoratus. Sententiam inde ſumtam p. 167. A. retulerunt S. Maximus p. 906. et Jo. Damaſcenus MS. appoſito *Plutarchi*, non item libri, nomine. At ipſe ſe nominatim *Plutarchum* profitetur ſcriptor p. 170. A: quod niſi faceret, tamen forma et oratio ipſum manifeſto auctorem prodebat. Nam quod in Lampriæ Catalogo Num. CL. editur titulus περὶ δεισιδαιμονίας πρὸς Ἐπίκουρον, ut apographum Venetum quoque habet, ſane iſtud πρὸς Ἐπίκουρον aliquid dubitationis movet: quod, ſi verum rectumque eſt, alium quemdam perditum librum ſignificat, non hunc, quem nunc in manibus habemus; quippe qui non contra Epicurum ſcriptus eſt: ſin hunc ipſum librum ſignificat, falſo additum cenſeri debet. At neutiquam negaverim Plutarchi aliquem exſtitiſſe librum, quo cauſſa δεισιδαιμονίας adverſus Epicurum defenderetur: cujuſmodi cauſſam attigit in libro, cui nomen eſt *Non ſuaviter vivi ſecundum Epicurum* p. 1101. B. ſequ. ubi etiam ſcholam a ſe nuper habitam dicit adverſus eos, qui contenderent Epicuri rationem plus valere ratione Platonis ad mortem facile ac li-

benter obeundam, p. 1103. E, F. Et novimus Plutarchum in tradenda philoſophia ſubinde Academicorum et Peripateticorum more in utramque partem diſputaſſe, et contrarias de eodem argumento ſententias libris conſignaſſe: cujus conſuetudinis quædam indicia annotavimus in fine diſputationis noſtræ, qua oſtendimus ſcriptorem libelli *De Educatione Puerorum* non eſſe Plutarchum.

Hic quidem, quem tractamus, liber, eſt *adverſus ſuperſtitionem*; ut oſtendatur, ſuperſtitioſos gravius errare quam athéos; et quod pejus de Diis ſentiant, et quod peſſime de ſe ipſi mereantur: atheos enim quamvis errantes, quod nullum eſſe divinum numen crederent, tamen levius errare, qui nullos quam qui malos eſſe Deos putent: et hoc errore aliquantum proficere ad vitæ tranquillitatem; certe, ut ne metuant Deos: at ſuperſtitioſorum eam eſſe ſtultitiam, ut perverſa pietatis ſpecie in ſummam impietatem prolabantur, qui de Diis peſſime ſentiant, eos iracundos, crudeles, maleficos eſſe arbitrentur, per eumque errorem continuo diurno nocturnoque metu agitentur. Neque hoc ita differit Plutarchus, ut atheos probet, ſed ut ſuperſtitioſos in rectam viam ducat, eoſque commonefaciat, impietatem ita fugiendam eſſe, non ut in contrarium ſuperſtitionis vitium ſe conjiciant, ſed ut pietatem, virtutem in medio poſitam, conſectentur. Sed totum argumentum quum magis oratorie et populariter quam dialectice ac ſubtiliter tractetur, et fere unice in ſuperſtitione reprehendenda conſumatur, nullæ ejus laudes doteſque memorentur, nulla ejus curandæ ſanandæque accurata quidem ac diligens ratio tradatur: quod Plutarchus aliis tamen pleriſque in libris factitat, quibus vitiorum curationes propoſitæ ſunt, veluti περὶ ἀοργησίας, περὶ πολυπραγμοσύνης, περὶ δυσωπίας, περὶ ἀδολεσχίας, περὶ φιλοπλουτίας, et ſimilibus; eo magis inclino in eam opinionem, ut putem hunc librum eſſe alterum ex pari librorum de Superſtitione in utramque partem ſcriptorum.

Igitur errant, ſi qui putant hoc in libro totam integramque Plutarchi de Superſtitione ſententiam contineri, et impietatem eam, quam veteres ἀθεότητα, novitii noſtri

mum dicunt, univerſæ ſuperſtitioni, ſine exceptione, oni. Qua in opinione quoſdam recentiore ætate fu- pparet ex eorumdam confutatione conjuncta cum tione Plutarchi apud Tanaquillum Fabrum in Præ- e ad hunc librum Gallice verſum p. 30. ſequ. tum quæ diſſeruit P. Bælius in Opp. Diverſ. T. III. p. R. Cudworthus Syſtem. Intell. Cap. V. §. 43—45. Fabricius Bibl. Gr. Vol. III. p. 351. is quidem pro- m Plutarchi aliquanto rectius intelligens. Et, ſi re- emini, eſt quoque J. Fr. Buddei liber De Atheiſmo perſtitione, ubi huic de Plutarcho quæſtioni locus . Equidem non is ſum qui acutiſſimorum hominum iis meum judicium interponam: illud tamen anim- tiſſe mihi videor, nec in Plutarchi cauſſa reticendum ror, multum temeritatis verſari in diſputationibus lurium de hoc argumento ita differentium, ut dia- æ viæ in definiendo, dividendo, partiendo, argumen- , nullam rationem ducant. Nam, quæ eſt ſuper- ? quæ ἀθεότης? quæ harum ſpecies? qui gradus? His m explicitis et inter ſe comparatis intelligi poterit, ἀθεότητος ſpecies cui ſuperſtitionis ſpeciei, qui gradus cui gradui illius, anteferri aut poſtponi debeat. Ac um, in ipſis illis, de quibus agitur, rebus definiendis a eſt difficultas. Quamquam *atheum* quidem definire difficile videtur; quippe quo ipſo nomine ſignificetur i *nullum eſſe deum putet*. Atqui hæc etiam definitio ntelligatur, niſi antea declaretur quid ſit id quod *Dei* ulo ſignificemus, omnino quæ ſit definitio *Dei*. Jam ignorat quantopere in notione ac definitione *Dei* tiant non modo univerſi populi, ſed et ſinguli homi- nec ſolum vulgus, ſed et ſapientes; ita quidem ut plures partes ſint, ex quibus hæc notio conſtituatur, inus in ea conſentiant. Sed fac eſſe qui eam paucis- complectatur proprietatibus, ut dicat *Deum eſſe men- æternam, omnium rerum creatricem et gubernatricem*. t, qui eum parum, erunt, qui nimium dixiſſe putent: i ſe atheos volent, utrique et hunc et ſe invicem s dicent. Nimirum, inquiunt alteri, *Dei notio non*

eſt contenta tam paucis proprietatibus: talis Deus verus eſſe nequit. Alteri reponent contrariam reprehenſionem: *Vos vero tam multa includitis attributa in Dei notionem, ut hæc nullo modo conſtare poſſit: talis Deus nec verus eſt, nec omnino eſſe poteſt.* Ita ſe res habet. Quotidie jactatur tralatitium illud *verus Deus:* quo ſuam quiſque de Deo notionem ſignificat, ſæpe illam ineptam et ſummi numinis majeſtate indignam. Et bene nobiſcum ageretur, ſi non niſi ab indocto vulgo jactaretur. Nunc philoſophi, certe qui ſe philoſophos haberi volunt, item crepant. Diſputant de *vero Deo,* nec ab ejus definitione proficiſcuntur, quaſi vero hæc nemini ignota ſit: tum ita concludunt, ut pleroſque Græcorum Romanorumque ſapientes verum Deum ignoraſſe, proptereaque in Atheis cenſendos, pronuncient. Cæterum pervulgata illa *veri Dei* appellatio nobis venit a conſuetudine Eccleſiæ, cujus diverſæ quondam ſectæ notionem Dei diverſo modo informantes, ejus ignorationem et ἀθεότητα non modo profanis, ſed invicem aliæ aliis ſectis exprobrare ſolebant. Hæc de notione *athei:* quæ profecto, niſi conſtituta notione *Dei,* conſtitui ipſa nequit.

Neque vero minore in temeritate verſatur notio *ſuperſtitionis.* Latini nominis incerta eſt notatio et origo: ſignificatio, haud obſcura; quippe reſpondens Græco δεισιδαιμονίας, ad eamque accommodata. Jam nemo ignorat, nomine ſignificari *metum dæmonum:* re ipſa, *metum inanem Deorum,* contrarium religioni, quæ Deorum cultu pio continetur; ut Ciceronis dictione utamur De Nat. Deor. I. 42. Sed de re ipſa dicere infinitum, nec nobis propoſitum, eſt: rei vim hactenus quærimus, quatenus ex nominis interpretatione ſpectatur. Ergo in nomine δεισιδαιμονίας animadvertendum, quid ſit *dæmon,* quid *metus.* Et primum quidem conſtat, δαίμονα antiquitus promiſcue dictum eſſe θεὸν, *deum,* fatum, caſum, fortunam, res proſperas vel adverſas, quarum cauſſæ occultæ et in poteſtate deorum poſitæ cenſentur: unde ὀλβιοδαίμων, *felix, beatus:* ſic Homerus. Heſiodus diſtinxit a *diis* δαίμονας ut inferiores naturas, Op. et D. 122: diſertius etiam Plato Sympoſ. p. 327. *dæmones* fecit nuntios et miniſtros deorum.

Poſtea uberius quæſtio agitata, et duplex genus dæmonum habitum eſt, bonorum et malorum: de quo diſcrimine Plutarchus egit in libro De Defectu Orac. p. 415. et alibi ſæpe. Nomen δεισιδαιμονίας, quandocumque primum frequentari cœpit, certe ad utrumque genus, et deos et dæmones, relatum eſt: ſed a laude paulatim ad vitii ſignificationem abiit. Nam bonam quoque in partem de *obſervantia conſtitutæ religionis* uſurpatum apparet ex Veterum locis: veluti Xenophontis Cyropæd. III. 3. 6: Ageſil. XI. 8. Polybii VI. 56. 7: quamquam et hic et alibi media ſignificatio retineri poteſt: et Heſychius, ὁ εὐσεβὴς, ϗ δειλὸς περὶ θεούς· *pius, et timidus erga deos*: ubi in eamdem rem quædam notat Albertius. Sed illa, quæcumque fuit, laudis ſignificatio, penitus obruta eſt a deteriore. Neque etiam φοβεῖσθαι θεὸν, φόβος θεοῦ, univerſe de *pietate erga deum*, dicta ſunt: quæ eſt ſignificatio eccleſiaſtica: ſed de una ſaltem pietatis parte ea, quæ continetur abſtinentia a male faciendo profecta illa ex metu divinæ vindictæ. Qua de re operæ pretium eſt cognoſcere Veterum dicta Caſaubono memorata in prima animadverſione ad Theophraſteum Characterem Δεισιδαιμονίας. Sane, ubi univerſæ pietatis et veri erga ſummum numen affectus ratio habetur, ibi σέβεσθαι, τιμᾶν, εὐσεβεῖν, εὐσεβὴς, φιλόθεος, θεοσεβὴς, uſurpatur. Sic eſt in pervulgatis illis præceptis: v. c. Pythagorici Carminis Aurei: Ἀθανάτους μὲν πρῶτα θεοὺς, νόμῳ ὡς διάκειται, Τίμα· ϗ σέβου ὅρκον. Sic Philemon apud Stob. Eclog. Eth. p. 156. apud Grot. p. 170. qui recte illius nomen pro Philetæ nomine poſuit: Θεὸν νομίζε καὶ σέβου, ζήτει δὲ μή. Phocylides, qui dicitur, 6: Πρῶτα θεὸν τίμα, μετέπειτα δὲ σεῖο γονῆας. Quare in Iſocratea Oratione Ad Demonicum p. 9: Τὸν μὲν θεὸν φοβοῦ, τοὺς δὲ γονεῖς τίμα· τοὺς δὲ φίλους αἰσχύνου· τοῖς δὲ νόμοις πείθου· ut in populari argumento, auctorem ſcripſiſſe putem, Τοὺς μὲν θεοὺς σέβου· nam et pluralem dant plerique codices, quem chriſtiani librarii in ſingularem mutaſſe videntur. Poterat locum habere in ſcena, Φόβος τὰ θεῖα τοῖσι σώφροσι βροτῶν· quod Plutarchus ita reprehendit De Audiend. Poet. p. 34. A: Καὶ μὴν οὐδαμῶς, (φόβος) ἀλλὰ θάρσος τὰ θεῖα τοῖσι σώφροσι

βροτῶν· φόβος δὲ τοῖς ἄφροσι κ̀ ἀχαρίςοις κ̀ ἀνοήτοις ὅτι κ̀ τὴν παντὸς αἰτίαν ἀγαθȣ̃ δύναμιν κ̀ ἀρχὴν ὡς βλάπτȣσαν ὑφορῶνται κ̀ δεδίασι. Et hujuſmodi quidem effata apud Plutarchum, Platonem, et alios philoſophos, minime rara ſunt.

Cæterum, in eodem argumento fuerunt libri Veterum, nunc perditi. *Antipatri Tarſenſis* Stoici ἐν τετάρτῳ περὶ δεισιδαιμονίας citat Athenæus VIII. p. 346. D: quem eumdem eſſe atque Antipatrum Onirocritam citatum Artemidoro IV. 67. non aſſentiri poſſumus Fabricio Biblioth. Gr. Vol. II. p. 388. *Theophraſti* τῶν περὶ τὸ θεῖον ἱςορίας, citatus Porphyrio De Abſt. II. 7. 8. indeque Meurſio in Theophraſto §. CLXXV. Fabricio Bibl. Gr. Vol. II. p. 249. *Senecæ, Contra Superſtitiones*, teſte Auguſtino De Civit. Dei VI. 10. *Menandri* Comœdia Δεισιδαίμων· quam ex Antiphanis Οἰωνιςῇ tranſcriptam judicavit Cæcilius, ut refert Porphyrius ap. Euſeb. Præp. Evang. X. p. 465. D. Supereſt *Theophraſteus* Character Δεισιδαιμονίας. Et eodem pertinent multi Ciceronis loci, ex libro II. De Divinatione, et III. De Natura Deorum.

p. 164. E. Τῆς περὶ θεῶν ἀμαθίας—ἐμπεποίηκεν.] Comparatio vera et manifeſta, a librariis obſcurata, animadverſa Xylandro et Amyoto, non item aliis interpretibus, noſtrorum auctoritate codicum reſtituta eſt. Ingenia ἀντίτυπα comparantur χωρίοις σκληροῖς, ἁπαλὰ ingenia χωρίοις ὑγροῖς. Geminus fere eſt locus Plutarchi in Vita Alexandri p. 706. B. ſed ipſe quoque male habitus a librariis, tentatus quidem nec tamen emendatus a Petavio ad Themiſt p. 13. edit. Flex. et M. Solano ad l. l. a noſtris complurium codicum excerptis nil medelæ nactus, fortaſſe tamen hujuſmodi ratione ad ſanitatem niſi ſcripturæ, certe ſententiæ, redigendus. Οὕτως ἄρα δεινὸν μὲν ἀπιςία πρὸς τὰ θεῖα, κ̀ καταφρόνησις αὐτῶν· δεινὸν δ᾽ αὖθις ἡ δεισιδαιμονία, δίκην ὕδατος ἀεὶ πρὸς τὸ ταπεινούμενον κ̀ ἀναπληροῦν ἀβελτηρίας κ̀ φόβου γενομένη. Οὐ μὴν ἀλλὰ καίπερ οὕτως ἔχων Ἀλέξανδρος, χρησμῶν γε τῶν περὶ Ἡφαιςίωνος ἐκ θεοῦ κομισθέντων, ἀποθέμενος τὸ πένθος αὖθις ἦν ἐν θυσίαις καὶ πότοις. Exemplum idem refertur in homines adulatoribus deditos, De Diſcern. Adul. ab Amico p. 66. B: τοῦτο μάλιςα τοῖς κόλαξιν εὐλήπτȣς καὶ πλαγίȣς

παραδίδωσιν ἀπὸ τῶν σφόδρα προσαντῶν καὶ ἀντιτύπων ὥσπερ ἐπὶ τὰ κοῖλα καὶ μαλακὰ, δίκην ὕδατος ἀπολισθαίνοντας. Utrumque de utroque dici, σκληρὸν et μαλακὸν de corporibus et animis, ſatis eſt pervulgatum: ἀντίτυπον et ὑγρὸν de animis uſurpari, exquiſitius videtur. Sic ἀντίτυπος apud Platonem Theæteto p. 120. A: Καὶ μὲν δὴ, ὦ Σώκρατες, σκληρούς γε λέγεις καὶ ἀντιτύπους ἀνθρώπους· quo de loco videndus eſt Ruhnkenius ad Timæi Gloſſ. Plat. p. 157. Plutarchus ſimili comparatione in fine hujus libri, p. 171. E. φεύγοντες τὴν δεισιδαιμονίαν ἐμπίπτουσιν εἰς ἀθεότητα τραχεῖαν καὶ ἀντίτυπον. A communi principio in contraria genera disjunctas pravitates ſuperſtitionem et ἀθεότητα notat Theophraſtus apud Porphyrium De Abſtin. II. 7: —οἱ μὲν ἄθεοι γεγόνασι τῶν ἀνθρώπων, οἱ δὲ κακόφρονες μᾶλλον ἢ κακόθεοι λεχθέντες ἂν ἐν δίκῃ, διὰ τὸ φαύλους καὶ μηδὲν ἡμῶν βελτίους ἡγεῖσθαι εἶναι τοὺς θεούς.

164. E. Πᾶν γὰρ πάθος ἔοικεν ἀπάτη φλεγμαίνουσα εἶναι.] *error inflammatus* rectius vertatur, quam cum Xylandro, —*inſtar morbi cum inflammatione conjuncti.* Atqui nunc Stoicos ſequitur. Nam De Virtute Morali, ubi Peripateticorum μετριοπάθειαν commendat, vehementiora tantum πάθη, non item mediocria, *inflammata* ac *tumentia* vult dici p. 452. A: οἰδοῦντι γὰρ ἔοικε καὶ φλεγμαίνοντι σώματι τὸ περιαλγοῦν καὶ περιχαρὲς καὶ περίλυπον τῆς ψυχῆς, οὐ τὸ χαῖρον, οὐδὲ τὸ λυπούμενον, οὐδὲ τὸ φοβούμενον.

164. E. μοχθηρότερον] μοχθηρότατον D. Harl. Xyl.

164. E. αἱ μετὰ τραύματος ἐκβολαὶ τῶν ἄρθρων] ἐκβολὴ ἄρθρου, *oſſis e ſuo loco motio:* pro ἄρθρων, quod Stephanus primus dedit, et confirmant D. Pol. Schott. Leonic. Anon. omneſque interpretes ſecuti ſunt, dant ἀνθρώπων omnes editiones et cæteri libri ſcripti, vitioſe profecto. Significatur *artuum luxatura.* De utraque voce monuit Fœſius in Œcon. Hippocr. de ἐκβολὴ etiam Uptonus in Indice Epicteti voc. Ἐκβάλλειν. Ionicam dictionem tenet Herodotus III. 129. de Dario narrans, Δαρεῖον—στραφῆναι τὸν πόδα· καί κως ἰσχυροτέρως ἐστράφη· ὁ γάρ οἱ ἀστράγαλος ἐξεχώρησε ἐκ τῶν ἄρθρων· quod Dion Chryſ. bis referens p. 231. B. et 652. E. omittit ἐκ τῶν ἄρθρων.

164. F. Ἀτόμους τὶς οἴεται καὶ κενὸν—] Significantur Democritus et Epicurus. Exemplum in Stoicis ſcholis verſatum, ut colligimus e Stobæo, Eclog. Ethic. p. 176: πάντες δ' οἱ ἐν τοῖς πάθεσιν ὄντες ἀποςρέφονται τὸν λόγον, οὐ παραπλησίως δὲ τοῖς ἐξηπατημένοις ἐν ὁτῳοῦν, ἀλλ' ἰδιαζόντως· οἱ μὲν γὰρ ἠπατημένοι, λόγου χάριν, περὶ (τὸ addendum) τὰς ἀτόμους ἀρχὰς εἶναι, διδαχθέντες ὅτι οὐκ εἰσὶν, ἀφίςανται τῆς κρίσεως· οἱ δ' ἐν τοῖς πάθεσιν ὄντες, κἂν μάθωσι, κἂν μεταδιδαχθῶσι, ὅτι οὐ δεῖ λυπεῖσθαι, ἢ φοβεῖσθαι, ἢ ὅλως ἐν τοῖς πάθεσιν εἶναι τῆς ψυχῆς, ὅμως οὐκ ἀφίςανται τούτων, ἀλλ' ἄγονται ὑπὸ τῶν παθῶν εἰς τὸ ὑπὸ τῆς τούτων κρατεῖσθαι τυραννίδος.

164. F. σφυγμόν] Notavimus ad p. 132. D.

164. F—165. A. πλοῦτον ἀγαθὸν εἶναι μέγιςον —ἀφαιρεῖται] Grandis oratio et dictionibus et ſententiis. Ac primum ἰὸς, *ærugo*, metaphoram habet congruentem divitiarum cupiditati: ſic Plutarchus Præcept. Reip. p. 819. E: φιλοπλουτίαν καὶ φιλοχρηματίαν, ὥσπερ σίδηρον καὶ μεςὸν ἰοῦ νόσημα τῆς ψυχῆς, ἀποδυσάμενος. Dio Chryſ. Or. LXXVIII. p. 663. A: ψυχὴ διεφθαρμένη· μὰ Δία οὐχ ὑπὸ φαρμάκων χρηςῶν ἢ ποτῶν, οὐδὲ ὑπὸ ἰοῦ τινὸς διεσθίοντος, ἀλλ' ὑπό τε ἀγνοίας καὶ πονηρίας καὶ φθόνου δὴ καὶ λύπης καὶ μυρίων ἐπιθυμιῶν· ſic legendum loco vulgati φαρμάκων χρηςῶν ἢ πότων, quod nunc video et a Reiſkio correctum eſſe: Horatius exemplo Græcorum Art. Poet. 330: —*ad hæc animos ærugo et cura peculi Cum ſemel imbuerit*—. Tum νέμεται, *depaſcitur*, *ſerpit per animam* elegantis eſt ſignificationis *a corporum ulceribus* ductæ, quam notavimus ad librum De Sera Num. Vind. p. 548. F. Deinde ὠθεῖ κατὰ τῶν πετρῶν, in quo omittunt τῶν D. et Venetus, ductum eſt ex Theognidis dicto, 177. Ἣν δὴ (πενίην) χρὴ φεύγοντα καὶ εἰς μεγακήτεα πόντον Ῥιπτεῖν, καὶ πετρῶν, Κύρνε, κατ' ἠλιβάτων. Denique ἄγχει, παῤῥησίαν ἀφαιρεῖται, Demoſthenis eſt in Orat. De Falſa Legat. p. 227. A. et notatum nobis ſupra p. 88. C.

p. 165. A. σῶμα τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν κακίαν—] Stoicorum placitum, qui omnes vires et qualitates corporeas ſtatuerunt. Plutarchus exagitat Adverſ. Stoic. p. 1084. A: attigit Cicero univerſe Acad. I. 12: expoſuit Lipſius De

Phyſiolog. Stoic. II. 4. Quod additur αἰσχρὸν ἴσως τὸ ἀγνόημα, magis rhetoris eſt quam philoſophi.

165. A. Ὦ τλῆμον ἀρετὴ—ἤσκουν] Ita omnes noſtri codices, una verborum ſerie. Dio Caſſius XLVII. 49. alterum quoque verſum integrum apponit, Brutum moriturum hæc exclamaſſe narrans —εἰς τὸν θάνατον ϗ αὐτὸς κατέφυγε, ϗ ἀναβοήσας τὸ Ἡράκλειον

Ὦ τλῆμον ἀρετὴ, λόγος ἄρ' ἦσθ'· ἐγὼ δέ σε
Ὡς ἔργον ἤσκουν· σὺ δ' ἄρ' ἐδούλευες τύχῃ.

παρεκάλεσέ τινα τῶν συνόντων, ἵνα αὐτὸν ἀποκτείνῃ. Plane conveniunt perſonæ Herculis, et auctoritati Euripidis: quamquam hodieque in Tragicorum reliquiis non exſtant: igitur Grotius in Excerptis Tragic. retulit ad Incertorum Tragicorum verſus. Fortaſſe ob impietatis ſpeciem a Grammaticis deletum. Seneca certe et cogitaſſe, et repudianda circumſcripſiſſe videtur in Hercule Œtæo 1170: *Sine hoſte vincor: quodque me torquet magis, O miſera virtus! ſummus Alcidæ dies nullum malum proſternit.* Digna lectu eſt annotatio J. A. Fabricii ad illum Dionis locum. Tragici dictum ad imitationem valuit apud poſteros ſcriptores: cujus indicia apparent, in Cleanthis reſponſo apud Stobæum Floril. Tit. LXXXI. p. 473: Κλεάνθης ἐρωτώμενος, διὰ τί παρὰ τοῖς ἀρχαίοις οὐ πολλῶν φιλοσοφησάντων, ὅμως πλέους διέλαμψαν ἢ νῦν· ὅτι, εἶπε, τότε μὲν ἔργον ἠσκεῖτο, νῦν δὲ λόγος· in Senecæ Epiſtola CXXIII. p. 495: *Inde ad hæc perveniunt verba, Virtus et philoſophia et juſtitia verborum inanium crepitus eſt.* Proxima verba Plutarchi ἀφεὶς —ἀκολασίαν, perperam pro parte ejuſdem ſententiæ Tragici reddiderunt, Cruſerius, Amyotus, Faber.

165. C. διηρμένον·] *animi elatio.* Sic ſupra p. 116. D. διαίρεσθαι πρὸς ἀλαζονείαν. Et διαίρεσθαι, *ſe erigere, attollere,* Ariſtoteles De Mundo, ab initio, φιλοσοφία—διαραμένη πρὸς τὴν τῶν ὄντων θέαν. Dio Chryſ. p. 488. C. Inde in oratione διηρμένος τὴν λέξιν Diogenes Laert. V. 89. ut correxit Caſaubonus. Et δίαρμα Plutarchus Opp. Mor. p. 853. C. ὄγκος ϗ δίαρμα. Longinus De Sublim. XI. p. 78: κεῖται τὸ μὲν ὕψος ἐν διάρματι, ἡ δὲ αὔξησις ϗ ἐν πλήθει. Item δίαρμα ψυχῆς Diog. Laert. IX. 5.

165. D. δεῖμα ϗ τάρϐος] Vera notatio: δεῖμα dictum a δεῖν *ligare*, ut *vinculum animi*, jam Plato docuit in Cratylo p. 270. C: et communem habent originem τάρϐος et ταράτlειν, quod ut ratio oſtendit, ita Herodianus monuit apud Etymologum M. voce Τάρϐος.

165. D. Οὐ φοϐεῖται—σεισμὸν ὁ ἐν Γαλάταις, οὐδὲ κεραυνὸν ὁ ἐν Αἰθίοψιν.] Pro Æthiopia alii Ægyptum memorant, quæ regiones ſæpe promiſcue uſurpantur, ubi non niſi aeris et cœli ratio habetur. Utrumque de utriſque affirmat Plinius H. N. II. 80. *Et autumno et vere terræ crebrius moventur, ſicut fiunt fulmina. Ideo Gallia et Ægyptus minime quatiuntur; quoniam hic æſtatis cauſſa obſtat, illic hiemis.* Stobæus Eclog. Phyſic. p. 67. de fulminibus in utraque regione: ἐν χώραις ὅσαι νιφετώδεις καὶ ψυχραὶ, ϗ ὅσαι ἂν κεκαυμέναι ὑπὸ ἡλίȣ οὐ κατασκήπlȣσιν· οἱ κατασκήψαντες δὲ ἐν θαύματι ἀναφέρονται, καθάπερ ἐν Κελτοῖς ϗ παρ' Αἰγυπlίοις· cujus loci partes adfectas commode ſanavit nuperus editor Heerenius, vir doctiſſimus Part. I. p. 610. De Celtis terræ motum non timentibus verbo mentionem injicit Ariſtoteles Ethic. Nicomach. III. 7: εἴη δ' ἂν τις μαινόμενος ἢ ἀνάλγητος, εἰ μηδὲν φοϐοῖτο, μήτε σεισμὸν, μήτε τὰ κύματα καθάπερ φασὶ τοὺς Κελτούς· at loco gemino Eudem. III. 1. non niſi κύματα dicit: Celtas adverſus ingruentes fluctus pugnare, narrat quoque Ælianus Var. Hiſt. XII. 23: quod Germanis tribuit Strabo VII. p. 450. A. *Ægyptum non concuti terræ motu*, ut vulgo quidem ſed falſo creditum, negat Seneca Quæſt. Nat. VI. 26: *Poteram abuti auctoritate magnorum virorum, qui Ægyptum numquam tremuiſſe tradunt.—Sed movetur et Ægyptus—.* Quod contra affirmat, ut nemini ignotum, Ariſtides, qui ipſe in Ægypto fuerat, Orat. Ægypt. T. II. p. 365: ὡς δὲ ϗ σεισμοῖς ϗ λοιμοῖς, καὶ τοῖς ἐξ ȣ̓ρανοῦ κατακλυσμοῖς ἀνάλωτος ἡ χώρα δι' αὐτὸν (τὸν Νεῖλον) ἐςὶν, οὐδὲ τοὺς πρὸ ἡμῶν (ita legend. pro ὑμῶν) Ἕλληνας ἔλαθεν. Plutarchi verba adhibuit Ariſtotelis Nicomach. loco Muretus Opp. T. III. p. 281.

165. E. δέδιε—κληδόνα, σιωπὴν, ὄναρον.] Fortaſſe poſt ὄναρον excidit ἐγρήγορσιν, ſiquidem in tota dictione disjunctis reſpondent disjuncta: ſic σιωπῇ opponitur κληδὼν, omen

o editum et auribus ſuſceptum: cujus nominis ſignifica-
nem expoſuimus Biblioth. Crit. Vol. III. Part. I. 60. et
|u.

165. E. *—νομαὶ σαρκὸς—κοιμωμένων ἀφίϛανται*] Attente
;enti mirum accidat, quomodo *ἀφίϛανται, diſcedant, ab-*
it hi morbi a dormientibus; neque enim hoc loco *ἀφί-*
ϑαι intelligitur *ἀπόϛασις, ἀπόϛημα, abſceſſus* ſenſu Medi-
rum, ſed *diſceſſus, abitus, expulſio morbi.* Igitur alter-
:a ratio adhibenda eſt: vel ea, qua non ipſa res ſed ejus
gitatio ſignificatur, ut dicatur *cogitatio ſenſuſque doloris*
cedere a dormientibus, quem uſum expoſuimus p. 65. F:
ea quæ vocatur *ἓν διὰ δυοῖν* nobis notata p. 43. F. 73.
85. E. qua vocabula disjuncta ſubjiciantur unius voca-
li regimini, atque *φλεγμοναὶ περὶ τραύματα ϗ νομαὶ σαρκὸς*
ιώδεις καὶ περιωδυνίαι ita accipienda ſint quaſi ſcriptum ſit
ριωδυνίαι φλεγμονῶν περὶ τραύματα ϗ νομῶν σαρκὸς ϑηριωδῶν.
:terum hæc ſunt apud Medicos uſitata verba, de qui-
s videatur Fœſius in Œcon. Hippocrat. ſingillatim in
vocibus, *Νομαὶ, Θηριώδης, Περιωδυνία.*

165. E. *Ὦ φίλον ὕπνυ ϑέλγητρον—*] Euripidis in Oreſte
3.

165. E. *ἐν ἀσεβῶν χώρῳ*] *impiorum in ſede apud inferos, in*
taro: ad hanc ſententiam interpretes omnes verterunt,
:epta Gottſchedia, quæ Sallierii Francicam interpreta-
nem hujus libelli Germanice reddidit in Operibus Aca-
niæ Inſcriptionum, *ἀσεβῶν χῶρον* intelligens *locum babi-*
um maleficis ad mortem condemnatis: quem errorem do-
animadvertit vir eruditiſſimus Chr. Frid. Matthæi, ap-
ıens locum ex Æſchinis, ut fertur, dialogo Axiocho
21: *Ὅσοις δὲ τὸ ζῆν διὰ κακυργημάτων ἠλάϑη, ἄγονται πρὸς*
ιννύων ἐπ' Ἔρεβος ϗ Χάος, διὰ Ταρτάρυ· ἔνϑα χῶρος ἀσεβῶν,
Δαναΐδων ὑδρεῖαι ἀτελεῖς, ϗ Ταντάλυ δίψος, ϗ Τιτυῦ σπλάγ-
ι, ϗ Σισύφυ πέτρος ἀνήνυτος. Sed et Plutarchus De Vi-
ıd. Ær. Alien. p. 828. F: *ὥσπερ οὓς ὁ Πλάτων φησὶ καϑ'*
διαπύρυς κολαϛὰς ϗ δημοκοίνυς ἐφεϛάναι τοῖς ἠσεβηκόσι·—οὗτοί
ἀγορὰν ἀσεβῶν χώραν ἀποδείξαντες· ubi ſolemne vocabu-
n *χῶρον* reponendum putem. Item Catone Min. p. 761.
: *τὴν οἰκίαν τοῦ Σύλλα μηδὲν τότε προσιδεῖν ἀσεβῶν χώρυ δια-*

φέρουσαν ὑπὸ πλῆθους τῶν ἀγομένων καὶ στρεβλουμένων. De Solert. Animal. p. 975. B: *εἰς τὸν ἄθεον καὶ τιτανικὸν ἀπέῤῥιπται τόπον, ὥσπερ ἀσεβῶν χῶρον.* Perictyone Pythagorica ap. Stob. Tit. LXXVII. p. 457: *ὑπὸ γῆν μετὰ τῶν ἀσεβῶν ἐν τουτέῳ τῷ χώρῳ.* Philo Judæus De Inſomn. p. 1126. D: *εἰς τὸν ἀσεβῶν ἀνήλιον χῶρον εἰσελαύνοντες, ὃν ἐπέχουσι νὺξ βαθεῖα, σκότος ἀτελεύτητον, καὶ εἰδώλων καὶ φασμάτων καὶ ὀνειράτων ἔθη μυρία·* in his *ἔθη*, ab auctore certe non ſcriptum, fuit vel *εἴδη*, vel *ἔθνη*. Lucianus Necyomant. T. I. p. 472: *Ὁ δ' οὖν Μίνως ἐπιμελῶς ἐξετάζων ἀπέπεμπεν ἕκαστον εἰς τὸν τῶν ἀσεβῶν χῶρον, δίκην ὑφέξοντα κατ' ἀξίαν τῶν τετολμημένων.* Inde Virgilius *impium* dixit Æn. V. 734: *—Non me impia namque Tartara habent, triſtes umbræ: ſed amœna piorum Concilia Elyſiumque colo.*

165. F. *στροβοῦσα τὴν ἀθλίαν ψυχὴν*] Sallierius perperam *στρεβλοῦσα* corrigendum cenſuit, merito notatus Reiſkio et Matthæo. Sic Plutarchus De Cupidit. Divitiar. p. 525. D: *σὺ δὲ τοσαῦτα πράγματα συνέχεις, καὶ ταράττεις καὶ στροβεῖς σεαυτόν.* Numa p. 68. D: *λοιμώδης νόσος περιϊοῦσα τὴν Ἰταλίαν ἐστρόβησε καὶ τὴν Ῥώμην.* Ariſtophanes Nub. 700: *Φρόντιζε δὴ καὶ διάθρει· Πάντα τρόπον τε σαυτὸν Στρόβει πυκνώσας:* idem alibi alia compoſitione uſurpat: Ran. 832. Equ. 385. Veſp. 1519. Æſchylus Choeph. 1051: *Τίνες σὲ δόξαι— στροβοῦσιν·* ubi verbi vim attigit Abreſchius Animadv. in Æſchyl. p. 532: item viri docti ad Heſychium in *Στροβεῖν* et *Στροβῆσαι*. Uſurpatur pro frequentativo verbi *στρέφειν*, ſi quidem *στροφεῖν* minus uſitatum eſt: ut a *vertere* eſt *verſare*, et hoc frequens Latinis iſto ſenſu. v. c. Ennius dixit apud Ciceronem De Senect. init. *—curamve levaſſo Quæ nunc te coquit, et verſat ſub pectore fixa.* Horatio Ep. II. 2. 9: *Qui minus argutos verſat furor iſte poetas*, hoc pro vulgato *vexat* reſtituens Bentleius, non memorat Græcum *στροβεῖν*, quo memorando haud exiguam auctoritatem huic conjecturæ addere poterat: cæterum ex Latinis ſimilia apponit. Propertius III. 17. 12: *Speſque timorque animum verſat utroque modo.* Alios uſus et locos omittimus. Sed ad præſentis loci ſenſum propius accedit *στρέφειν τὴν ψυχὴν*, quod Plato dixit Rep. I. p. 411. B: *οὔτε γὰρ λεγόμενοι μῦθοι*

περὶ τῶν ἐν ᾅδου ὡς τὸν ἐνθάδε ἀδικήσαντα δεῖ ἐκεῖ διδόναι δίκην, καταγελώμενοι τέως, τότε δὴ στρέφουσιν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν, μὴ ἀληθεῖς ὦσι· quæ imitatus eſt Choricius Or. II. §. 15. Julianus Or. II. p. 85. A. ubi plura notavimus aliquando fortaſſe edenda.

165. F. ἤχθησαν] Volui cum Xyl. ἤχθησαν. Ven. ἤχθονται. J. ἤχθοντο.

p. 166. A. ὕπαρ ἐξαπατῶσιν—λέγοντας] Tranſponendum καὶ ταράττουσι καὶ δαπανῶσι· D. omittit ἀνθρώπους. Frequentiſſima conjunctione ὕπαρ, *vigiliæ*, et ὄναρ ſomnium opponuntur. Sic apud Plutarchum Opp. Mor. p. 80. F. 565. B. 764. E. 826. B. 1066. C. 1105. D. Platonem Politic. p. 178. D. Leg. XII. p. 697. C. Dion Chryſ. 457. A. Ariſtid. T. I. p. 9. 41. 216. reponendum cum Reiſkio 292. 295. 298. 353. Pauſan. p. 326. 898.

166. A. Ἀλλ' εἴτ' ἐνυπνον—ἐδέξω] Hactenus, mea quidem opinione, Poetæ ſunt: cætera Plutarchi: qui fines in Emendatione perperam deſignati ſunt, ubi pro *inde ad*, legendum *inde ab*. Alter anapæſticus eſt: prior item in hoc genere cenſeri poſſit; niſi quis Iambicum velit fuiſſe hujuſmodi Ἀλλ' εἴ γε σὺ φάντασμ' ἐνυπνον αὖ φοβῇ. Sed tam in ligata quam ſoluta oratione, codicum auctoritati obtemperandum. De Hecates terriculis ſimiliter auctor libri De Morbo Sacro, inter Hippocrateos p. 303: ὁκόσα δὲ δείματα νυκτὸς παρίσταται καὶ φόβοι καὶ παράνοιαι καὶ ἀναπηδήσιες ἐκ τῆς κλίνης καὶ φόβητρα καὶ φεύξιες ἔξω, Ἑκάτης φασὶν εἶναι ἐπιβουλὰς καὶ Ἡρώων ἐφόδους· καθαρμοῖσι τε χρέονται, καὶ ἀνοσιώτατον καὶ ἀθεώτατον ποιοῦσιν, ὡς ἐμοί γε δοκεῖ· καθαίρουσι γὰρ τοὺς ἐχομένους τῇ νόσῳ, αἵμασί τε καὶ τοῖσιν ἄλλοισι τοῖσι μιάσμασιν, ἔχοντας ἀλάστορας, ἢ πεφαρμαγμένους ὑπὸ ἀνθρώπων, ἤ τι ἔργον ἀνόσιον εἰργασμένους— ſic diſtinguenda hæc verba. Eodem pertinet Suidas voc. Ἑκάτη et Ἔμπουσα. Euripides Ion. 1048: Εἰνοδία θύγατερ Δάματρος ἃ τῶν Νυκτιπόλων ἐφόδων ἀνάσσεις Καὶ μεθαμερίων. Alia dabimus ad p. 170. B. De Somniis Menander Stob. p. 527: ἂν ἴδῃ τὶς ἐνύπνιον, σφόδρα φοβούμεθα. Κῶμος et κῶμον δέχεσθαι dicitur eleganti tralatione: v. c. Euripidi Suppl. 390: Κῶμον δέχεσθαι τὸν ἐμὸν ἀσπιδηφόρον· *haſtatam comeſſationem meam recipere*, i. e. *bellum*. Sic ἐπι-

κωμάζειν, *ingruere*. Plato Leg. XII. p. 689. E: *φύρεσθαι δεχομένους τε αὐτοῖς ξένους, καὶ αὐτοὺς εἰς τὰς ἄλλας ἐπικωμάζοντας πόλεις*· alia expromſit Abreſchius ad Ariſtænet. II. 1. p. 179. Magis proprie Pindarus Pyth. V. 27: *δέδεξαι τόνδε κῶμον ἀνέρων*. Olymp. VIII. 14: *Τόνδε κῶμον καὶ στεφαναφορίαν Δέξαι*. Euripid. Bacch. 1166: *δέχεσθε κῶμον Εὐίου θεοῦ*.

166. A. *τὴν περιμάκτριαν κάλει γραῦν*] Quaſi dicas anum *circumpiſtricem*. Iſtiuſmodi luſtrationis pars erat, ut corpus luſtrandum circumlineretur, et quaſi circumpinſeretur, in primis luto, *πηλῷ*, tum abſtergeretur: quorum illud eſt *περιμάττειν*, hoc *ἀπομάττειν*: ſed utrumque promiſcue de tota luſtratione dicitur. Hoc apud Demoſthenem De Corona p. 350. A: *καθαίρων τοὺς τελουμένους, καὶ ἀπομάττων τῷ πηλῷ, καὶ τοῖς πιτύροις, καὶ ἀναστὰς ἀπὸ τοῦ καθαρμοῦ, καὶ κελεύων λέγειν, ἔφυγον κακὸν, εὗρον ἄμεινον*· quo de ritu operæ pretium eſt legere Harpocrationem in voce *Ἀπομάττων*: Ammonium in *Περιμάξαι*. Heſychius eodem ſpectat in *Μαγμός*. Plutarchus in hoc libro p. 168. D: *περιθυόμενος οἴκοι κάθηται περιματτόμενος, αἱ δὲ γρᾶες καθάπερ πάτταλῳ, φησὶν ὁ Βίων, ὅ, τι ἂν τύχωσιν αὐτῷ περιάπτουσι φέρουσαι καὶ περιαρτῶσι*. Quæſt. Rom. p. 280. B: *τῇ Ἑκάτῃ σκυλάκια μετὰ τῶν ἄλλων καθαρσίων ἐκφέρουσι, καὶ περιμάττουσι σκυλακίοις τοὺς ἁγνισμοῦ δεομένους*. Philo Jud. De Special. Leg. p. 792. D: *κακοτεχνία, ἣν μηναγύρται καὶ βωμολόχοι μετίασι, καὶ γυναικῶν καὶ ἀνδραπόδων τὰ φαυλότατα, περιμάττειν καὶ καθαίρειν κατεπαγγελλόμενα*. Plane congruit ad rem præſentem Menander cujus *ῥῆσιν* ſervavit Clemens Alex. Strom. VII. p. 844. poſt Grotii egregiam emendationem, etiam a Bentleio perpurgatam: ubi ſimilis ſuaſor inducitur, ſed alteram quoque verioremque rationem commendans:

Εἰ μέν τι κακὸν ἀληθὲς ἔχες, Φαιδία,
Ζητεῖν ἀληθὲς φάρμακον τούτου μ' ἔδει.
Νῦν δ' οὐκ ἔχεις· εὕρηκα δὲ κενὸν φάρμακον
Πρὸς τὸ κενόν· οἰήθητι δ' ὠφελεῖν τί σε.
Περιμαξάτωσαν σ' αἱ γυναῖκες ἐν κύκλῳ,
Καὶ περί σε θειούτωσαν· ἀπὸ κρουνῶν τριῶν
Ὕδατι περιῤῥάναι, ἐμβαλὼν ἅλας, φακούς.

Quod verſu penultimo legitur eſt ex elegantiſſima Bentleii

:ctura, *Sulphure te circum expient: a tribus fontibus a aqua circumſpergaris:* nec tamen ideo eam auſim ıdationem dicere: ſiquidem vulgata lectio, Καὶ περι- ᾽αν ἀπὸ τριῶν κρουνῶν ὕδωρ. Τούτῳ περιῤῥάναι, et a codi- auctoritate nobis tradita eſt, neque vel a rerum pro- ate, aut orationis bonitate abhorret, ut Menandro ;na cenſeri debeat: *Et circumponant tibi ex tribus fon- aquam: Hac adſpergaris:* accipiendum ex ratione il- Virgiliani Æn. VI. 229. *Idem ter ſocios pura circum- unda, Spargens rore levi et ramo felicis olivæ.* Mu- ı iſtæ ἀπομάκτριαι ſunt Polluci VII. 188. Noſtrum m non neglexit Iſ. Caſaubonus ad Theophraſti Cha- Δεισιδαιμονίας, qui de his nominibus et luſtrationis ne agens, illud quoque genus attigit, quod ſulphure ədis fieri ſolebat. Rarum ſed probum περιθειῶσαι pro- Heſychius, et nomen περιθείωσιν H. Stephanus Ind. . 1640. ex Platonis Cratylo p. 266. B: οἱ καθαρμοὶ— ἱ τοῖς μαντικοῖς περιθειώσεις τε καὶ λοῦτρα τὰ ἐν τοῖς τοιούτοις, ἱ περιῤῥάνσεις.

6. A. βάπτισον σεαυτὸν εἰς θάλασσαν, καὶ καθίσας ἐν τῇ γῇ ρευσον.] Mare efficaciſſimum ad luſtrationem olim cre- tur. Jam Euripides Iphigen. Taur. 1192: Θάλασσα ι πάντα τ᾽ ἀνθρώπων κακά· ubi alia hujus opinionis do- ənta notat Muſgravius: Euripidis dictum memorant 'iogenes Laert. III. 7. et Euſtathius ad Il. A. 314. ›8: Stobæus Tit. IV. p. 53. qui hoc ſcholion habet: αι δὲ εἰς τοὺς δεισιδαίμονας, οἳ θαλάσσῃ περικαθαίροντα· l interpretes miro errore tamquam partem ſententiæ pideæ reddiderunt. Sic reus cædis et exul, Platonis :ntia Leg. IX. p. 657. C. σκηνωσάμενος ἐν θαλάττῃ τέγγων πόδας, πλῶν ἐπιφυλαττέτω. Diphilus luſtrationem Proe- n narrans apud Clementem Alex. Strom. VII. p. unde Grotius in Excerpt. Com. p. 797: Προιτίδας ᾽ων κούρας—Δαδὶ μιᾷ σχίλλῃ τε μιᾷ, τόσα σώματα φώτων, τ᾽ ἀσφάλτῳ τε πολυφλοίσβοιο θαλάσσης, Ἐξ ἀκαλαῤῥείταο ῤῥόου Ὠκεανοῖο· ubi meam ſuſpicionem πολυφλοίσβῳ τε σσῃ confirmatam reperi Sylburgii præjudicio.

ɔ6. A. Ὦ βάρβαρ᾽ ἐξευρόντες—κακά.] Eurip. Troad. 759.

166. A. πηλώσας] Refertur ad magicum ritum πηλῷ περιμάτῖαν, de quo ex Demoſthene De Cor. p. 350. A. modo monuimus. Et mox infra p. 168. D. γυμνὸς ἐν πηλῷ καλινδούμενος. Herodotus II. 85. Ægyptiorum notat luctum: τὸ θῆλυ γένος πᾶν τὸ ἐκ τῶν οἰκηΐων τούτων κατ' ὧν ἐπλάσατο τὴν κεφαλὴν πηλῷ, ἢ καὶ τὸ πρόσωπον; ubi Valckenarius eadem fere iiſdem verbis a Diodoro Sic. I. 72. dicta apponit. Ariſtides Or. Sacr. T. I. p. 307. in eadem ſuperſtitione, προσέταξε χρήσασθαι τῷ πηλῷ πρὸς τῷ φρέατι τῷ ἱερῷ, καὶ λούσασθαι αὐτόθεν· παρέχον οὖν θέαν καὶ τότε· τοσαύτη δ' ἦν τοῦ τε πηλοῦ καὶ τοῦ ἀέρος ἡ ψυχρότης, ὥστε ἕρμαιον ἐποιησάμην προσδραμεῖν τῷ φρέατι· καί μοι τὸ ὕδωρ ἀντ' ἄλλης ἀλέας ἤρκεσε.

166. A. σαββατισμούς] Judæorum more, obſervatio ſabbathi, per jejunia et corporis vexationem: ſubinde notata Romanis ſcriptoribus Eccleſiaſticis σαββατίζειν: unde Auguſtinus Civ. D. XXII. 30. 5. *ſabbatiſmus evidentius apparebit.* Plutarchus, ut res ipſa oſtendit, non de Judæis ipſis loquitur, ſed de Græcis ſuperſtitioſis, qui ſubinde illorum ritus imitabantur.

166. A. αἰσχρὰς προκαθίσεις] Secuti Xylandrum hæc junximus, quum alii interpretes αἰσχρὰς ad ῥίψεις referrent. Sic προκαθίζειν *extra domum in publico conſidere* dixit Dio Chryſ. Or. p. 395. D. Plato Leg. IX. p. 652. F: in pœnis numerat, τινὰς ἀμόρφους ἕδρας, ἢ στάσεις, ἢ παραστάσεις εἰς ἱερά—. Menander apud Porphyrium De Abſtin. IV. 15. mox apponendum ſimili loco p. 168. D.

166. A. δικαίῳ στόματι] *ore juſto*, id eſt, *antiquæ muſicæ diligenter et accurate jus ſuum tribuendo:* formula non alibi nobis obſervata. Muſicæ veteris retinendæ ſtudium, et querelæ de innovatoribus, frequenter memorantur: Plutarcho De Muſica p. 1141. D. Ariſtoxeno ap. Athen. XIV. p. 362. A. Platoni Rep. VII. p. 447. B. Leg. III. p. 594. F. unde Cicero Leg. II. 15. Dion Chryſ. Or. XXXII. p. 380. C. et ſæpe.

166. B. τὴν ἐπὶ τῶν σπλάγχνων μὲν γλῶτταν] Non quod linguæ præcipua ratio habita ſit in extiſpicio, ſed quod ejus diverſum uſum in homine ad loquendum, in victima ad portendendum, ſignificare voluit. Nam ex jecore, he-

ate, corde, in primis quidem divinatio ducebatur; ſed et liquæ partes, ut rite fierent ſacra, integræ eſſe debebant. t lingua ſeorſim exſecabatur, ut novimus ex Odyſſ. Γ. 32. Ariſtophane Avib. 1701. ubi Scholiaſtes, et illic Euathius p. 1470. item Athenæus I. p. 16. B. conſulendus. lia quæ huc pertineant notavit Eraſmus Adag. p. 694.

166. B. ἀτόποις ὀνόμασι ϗ ῥήμασι βαρβαρικοῖς] Ægyptiis, ſſyriis, ſimilibus quibus utebantur præſtigiatores ut illinc atam artem profitentes. Plane ad rem Lucianus De Necromant. T. I. p. 469: ὁ δὲ μάγος ἐν τοσούτῳ δᾷδα καιομένην ἔχων, οὐκέτ' ἠρεμαίᾳ τῇ φωνῇ, παμμέγεθες δὲ, ὡς οἷός τ' ἦν ἀναmεγὼν, δαίμονάς τε ὁμοῦ πάντας ἐπεβοᾶτο, καὶ ποινὰς καὶ ἐρινας ϗ νυχίαν Ἑκάτην, ϗ ἐπαινὴν Περσεφόνειαν, παραμιγνὺς ἅμα ερβαρικά τινα ϗ ἄσημα ὀνόματα καὶ πολυσύλλαβα. Pſeudoant. T. II. p. 221: ὁ δὲ φωνάς τινας ἀσήμους φθεγγόμενος, ιι γένοιντ' ἂν Ἑβραίων ἢ Φοινίκων, ἐξέπληττε τοὺς ἀνθρώπους κ εἰδότας ὅ, τι λέγοι. Porphyrius ap. Euſeb. Præp. Evang. . p. 196. D: πῶς ἂν εἶεν θεοὶ μαγγανείαις—καί τισιν ἄλλοις σήμοις καὶ βαρβαρικοῖς ἤχοις τε καὶ φωναῖς κηλούμενοι—. Ib. . 198. D: τί δὲ ϗ τὰ ἄσημα βούλεται ὀνόματα ϗ τῶν ἀσήμων ι βάρβαρα πρὸ τῶν ἑκάστῳ οἰκείων. Euſebius ibid. III. p. 132.). de his incantationibus et præſtigiis, quæ fiunt μετά νος ἀσήμου καὶ βαρβαρικῆς ἐπιῤῥήσεως. Porphyrio reſpondit amblichus De Myſter. Ægypt. VII. 4. 5. ad quem loum conſulendus eſt Th. Galeus. De nomine ἄσημος diximus ad Plutarchi De Ser. Num. Vind. p. 564. B.

166. B. ὁ Κωμικός] Credo Menandrum ſignificari; quamuam alibi ſententiam citatam non reperimus. Grotius inc Excerpt. p. 909. ſub *Incerti Comici* titulo poſuit Ἔδωκαν ἡμῖν προῖκα τὸν ὕπνον οἱ θεοί· Αὐτὸς τί τοῦτο πολυτελὲς αυτῷ ποιεῖς; vertit: *Gratis ſoporem nobis cum dederint Dei, quid illum ſumtuoſum tibi tumet facis?* Hoc verborum modo quum nulla ratio habeatur vocabuli μόνον, fortaſſe aliuanto rectior ſit ratio Meziriaci ſic diſponentis, Ὅτι προῖκα μόνον ἔδωκαν ἡμῖν οἱ θεοὶ Τὸν ὕπνον· τί τοῦτο πολυτελὲς σαυτῷ ποιεῖς; At quum ὅτι ab ipſo Plutarcho eſſe videatur, et μόνον prima longa uſurpetur, fortaſſe ita ordinandi ſint duo verſus, ut priore ad Grotii rationem probato, alter ſic for-

metur —Μόνον· τί τοῦτο πολυτελὲς σεαυτῷ ποιεῖς; Juvant aliquid codices: ϗ omittunt Colleg. Nov. Moſc. 1. 2. Harl. Ald. Baſ. Xyl. et pro σεαυτῷ dat D. αὐτῷ.

166. B. τὸν ὕπνον οἱ θεοὶ—ἔδοσαν.] Hinc Grotius ſumſit in Excerpt. Trag. Incert. p. 465. τὸν γὰρ ὕπνον οἱ θεοὶ λήθην κακῶν ἔδωκαν.— perperam: ſunt enim ipſius verba Plutarchi. Hanc Plutarcheam admonitionem opportune Daviſius contulit cum Ciceronis graviſſimo loco Divinat. II. 72: *Perfugium videtur omnium laborum et ſollicitudinum eſſe ſomnus: at ex eo ipſo plurimæ curæ metuſque naſcuntur*—. Sed totus in ipſo libro locus legendus eſt.

166. C. Ἡράκλειτος] Licet non alibi prodita iiſdem verbis ſententia, tamen plane congruit Heracliteæ rationi, quam prodidit Sextus Empiricus Adv. Mathemat. VII. 127. ſequ. et nos attigimus ad Plutarchi Quæſt. Plat. I. p. 999. D.

166. C. Πολυκράτης—Περίανδρος.] Uterque literarum ſtudioſus, minus tamen erga ſuos clemens, et crudelis potius, perhibetur; igitur et hoc nomine, et ut tyrannus, potuit φοβερὸς dici. De Periandro vidimus, et quædam notavimus, ad VII. Sap. Conv. In Polycratis mentione fortaſſe Plutarchus cogitavit de Pythagora, qui illius fugiendi cauſſa patriam Samum reliquiſſe fertur: veluti apud Ovidium Met. XV. 60: Strabonem XIV. p. 945. C: Diogenem Laert. VIII. 3. Porphyrium Vit. P. 9. 16: Jamblichum Vit. Pythag. 10. 88: quod non abſolute repugnat eorum opinioni, qui eum per literas Amaſidi a Polycrate commendatum fuiſſe volunt; in quibus fertur Antiphon, citatus Diogeni Laertio l. l. et Porphyrio ibidem §. 7.

166. D. ποῦ μεταστῇ; ποῦ φυγῇ;] Sententiam ſimilibus aliorum dictis illuſtravimus ad Ser. Num. Vind. p. 554. D.

166. D. ἔστι ϗ δούλοις νόμος ἐλευθερίαν ἀπογνοῦσι, πρᾶσιν αἰτεῖσθαι.] Legem Atticam hanc fuiſſe et aliunde colligitur, et ex hoc loco eam appoſuit S. Petitus Legg. Attic. p. 158. Tib. Hemſterhuſius eamdem memorans ad Luciani Dialog. Deor. XXIV. T. I. p. 277. pleraque a me in ad-

verſariis meis notata occupavit: illud in Plutarchi loco ἐλευθερίαν ἀπογνοῦσι, non ſatis expeditum judicat, quod non appareat quid ad venditionem impetrandam pertinere poſſit libertatis deſperatio. Atqui nec Plutarchus ita pronunciat ut libertatis deſperatio vel abdicatio in perpetuum, habuerit vim conditionis ad impetrandam venditionem: ſed ut cauſſa fuerit efficiens, ſiquidem ſervi non aliam rationem videntes effugiendi præſentis domini, non quidem libertatem in perpetuum abjurarent, ſed interea dum eam ſperarent, nec dum conſecuti eſſent, præſentem ſervitutem cum alia ſervitute commutarent. Et vero in hoc libro non omnia ad dialecticam ſeveritatem exigenda ſunt; quandoquidem Plutarchus non magis philoſophi quam oratoris perſonam ſuſcepit. Fortaſſe etiam aliquid mores in hac lege mutaverint; ſiquidem et ante Plutarchi ætatem jam apud alios quoque valuit populos, ut colligere licet ex Philonis loco De Vita Contempl. p. 892. C. et poſtea Antonini Cæſaris Reſcripto probata ac recepta, relata item eſt a Juſtiniano Inſtitut. I. 8. 2.

166. D. παρ' ὧν αἰτούμεθα πλοῦτον—ἀρίστων.] Publicæ ad Deos precis hæc eſt materia potius quam formula; quippe nil habet in rebus inſoliti, nec in verbis priſci; ſiquidem et ὄρθωσις pro κατόρθωσις uſurpatur. Atque ita Plutarchus alibi precum materiam attingit, v. c. p. 688. A. 1064. D. 1077. C: at nominatim quædam formulæ verba, 239. A.

166. E. Δανή τις ἀνδρὶ—] Hinc in Excerpta Incertorum Tragicorum retulit Grotius p. 465: at ipſa dictio Euripidem prodit; cui procul dubio hos verſus tribuendos pronunciavit Valckenarius ad Phœniſſ. 393. Atque ejuſdem ſimillima eſt ſententia in Medea, 54: Χρηστοῖσι δούλοις ξυμφορὰ τὰ δεσποτῶν Κακῶς πιτνοῦντα καὶ φρενῶν ἀνθάπτεται. Inde profectus Philemon ap. Stob. Tit. LX. p. 384: Κακὸν ἐστι δούλῳ δεσπότης πράσσων κακῶς· Μετέχειν ἀνάγκη τῶν κακῶν γὰρ γίνεται· quem opportune Kuſterus comparavit cum Ariſtophanis Pluti initio, in quo hujus ipſius Euripideæ dictionis parodia apparet, Ὡς ἀργάλεον πρᾶγμ' ἐστιν, ὦ Ζεῦ καὶ θεοὶ, Δοῦλον γενέσθαι παραφρονοῦντος δεσπότου—.

166. E. *πόσῳ δὲ δεινότερον*—] Multa quis comminiſcatur ad conſtituendam orationem, potius mutationum, quam correctionis, loco habenda; ſiquidem hæc non niſi una eſſe poteſt. Fortaſſe probabilior hæc videatur, *πόσῳ δὲ δεινότερον οἴεσθε ἔχειν αὐτοὺς δυςυχεῖς δεσπότας ἀνεκφεύκτους κ. τ. λ.*

166. E. *Ἐςὶ δούλῳ—ναῦ*] Fana religioſa etiam latronibus ſubinde memorantur. Servis aliiſque, aras et templa et ſtatuas tuta ſanctaque perfugia, frequenter in comœdiis et hiſtoriis legimus: eoque valent citati modo S. Petitus Legg. Att. p. 158. et Inſtitut. I. 8. 2. Vocabulum *ἀβέβηλος* quod Reiſkium primo offenderat, habet Plutarchus Camillo p. 144. C. Bruto 993. C.

166. F. *Πέρας ἐςὶ τῦ βίυ.*] Rei notiſſimæ quis imitationem ineſſe putet? dictio tamen ipſa prodit non temere et caſu verba conveniſſe, ſed a Demoſthenis auctoritate et exemplo petita eſſe: cujus hoc eſt dictum in Orat. Pro Corona p. 326. C: *Πέρας μὲν γὰρ ἅπασιν ἀνθρώποις ἐςὶ τῦ βίυ ὁ θάνατος, κἂν ἐν οἰκίσκῳ τὶς αὐτὸν. καθείρξας τηρῇ· δεῖ δὲ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἐγχειρεῖν μὲν ἅπασιν ἀεὶ τοῖς καλοῖς, τὴν ἀγαθὴν προβαλλομένυς ἐλπίδα· φέρειν δ᾽ ὅ, τι ἂν ὁ θεὸς διδῷ γενναίως.* Memoratum Plutarcho De Fort. Alex. p. 333. C. et aliis et Luciano, qui dicitur, in Demoſth. Encomio T. III. p. 495. Auctori Vitæ Homer. §. CLVIII.

166. F. *συνάπλυσα τῷ θανάτῳ κ. τ. λ.*] Dictio in hoc argumento uſitata fuiſſe videtur. Sic Æſchines Socraticus, qui fertur, in Axiocho bis, §. 4: *Ξυνάπλεις γὰρ, ὦ Ἀξίοχε, παρὰ τὴν ἀνεπιςασίαν, ἀνεπιλογίςως τῇ ἀναισθησίᾳ, αἴσθησιν.* Et §. 16: *Ξυνάπλεις γὰρ, ὦ Ἀξίοχε, ἀνεπιλογίςως τῇ ςερήσει τῶν ἀγαθῶν, ἀντεισάγων κακῶν αἴσθησιν, ἐκλαθόμενος, ὅτι τέθνηκας·* verborum quidem iteratio et redundantia, haud magnopere congruens Socraticæ ſcholæ. Porphyrius De Abſtin. I. 54. p. 92: *εὐθὺς γὰρ τῇ ςερήσει τῶν βρωτῶν συνάπλει ἀοριςυ τινὸς δεινοῦ παρουσίαν, ἐξ ἧς ὁ θάνατος.*

p. 167. A. *Ἅδυ τινὲς ἀνοίγονται πύλαι*—] Ducta ex opinionibus et exemplis vulgo traditis: cujuſmodi ſunt poetarum p. 17. C: ſed et ex fabulis de Inferis quales ſunt De Sera Num. Vind. De Genio Socratis, De Facie Lu-

næ : apud Platonem in Gorgia, Rep. X. Phædone ubi et ἀποῤῥῶγες ςυγὸς dicuntur *ῥύακες*.

167. A. *καὶ ὃ τῷ παθεῖν ἐκπέφευγεν*—] Hæc et veriſimillima ſcriptura, et conveniens argumento ſententia. Similiter in alia re Dio Chryſ. Or. LXIV. p. 593. C: *ἡ τύχη γὰρ αὐτῷ τὸ μηδὲν παθεῖν περιποιησαμένη, τὸ ἀγνοεῖν ἔδωκεν· ὅπερ ὅμοιον ἦν τῷ μὴ παθεῖν.*

167. A. *ψυχῆς, ὥσπερ ὀμμάτων πολλῶν*—] Hæc Platonici ſunt coloris, comparanda cum iis, quæ de *animi oculo* expoſuimus ad Ser. Num. Vind. p. 563. E : partim etiam comparanda cum dictis in Timæo p. 533. D.

167. B. *Μουσικήν φησιν ὁ Πλάτων*—] Non ex uno Platonis loco ſumta, ſed pluribus in libris ſparſim tradita, indeque collecta ſunt : *ψυχῆς περίοδοι* ex Timæo p. 552. A. E : *ἀνελίξεις τοῦ παντός.* p. 175. A. D. 182. A : plurima tamen ex eodem Timæo p. 533. E : *ὅσον τ' αὖ μουσικῆς φωνῆς χρήσιμον, πρὸς ἀκοὴν, ἕνεκα ἁρμονίας ἐςὶ δοθέν· ἡ δὲ ἁρμονία ξυγγενεῖς ἔχουσα φορὰς ταῖς ἐν ἡμῖν τῆς ψυχῆς περιόδοις, τῷ μετὰ νοῦ προσχρωμένῳ μούσαις, οὐκ ἐφ' ἡδονὴν ἄλογον, καθάπερ νῦν δοκεῖ εἶναι χρήσιμος, ἀλλ' ἐπὶ τὴν γεγονυῖαν ἐν ἡμῖν ἀνάρμοςον ψυχῆς περίοδον, εἰς κατακόσμησιν καὶ συμφωνίαν ἑαυτῇ ξύμμαχος ὑπὸ μουσῶν δέδοται.* Unde profecit Philo Jud. De Victimas Offerent. p. 859. E : *ἡ δ' ἀκοὴ χρῆμα δι' ἧς μέλη καὶ ῥυθμοὶ καὶ πάνθ' ὅσα κατὰ τὴν μουσικὴν ἐπικρίνεται· ᾠδὴ γὰρ καὶ λόγος ὑγιεινὰ καὶ σωτήρια φάρμακα ἡ μὲν τὰ πάθη κατεπᾴδουσα, καὶ τὸ ἄῤῥυθμον ἐν ἡμῖν ῥυθμοῖς, τὸ δὲ ἐκμελὲς μέλεσι, τὸ δὲ ἄμετρον μέτροις ἐπιςομίζουσα·* ubi haud ſcio an cum Mangeyo legi debeat *ἐπικοσμοῦσα.* Conferatur et Theon in Mathematicis Platonis p. 12. ſeq. et notata nobis ſupra p. 156. C. Pro *κνήσεως* dat *κινήσεως* Exempl. Turn. at illud reliqui omnes exhibent libri : *κνῆσις* non eſt in Lexicis, habet tamen Plutarchus in Amator. p. 769. E. et rēſtituendum Platoni Philebo p. 86. H : de verbo *ἀνελίττειν* diximus p. 83. D : *παρεῖναι* ut alibi ſervit periphraſi, veluti p. 61. A. D. E. 97. E. ut temere Bryanus mutatum voluerit in *πραῦναι* Vit. T. I. p. 77. 2 : quamquam et codices quidam aliud exhibent : D. et margo Xyl. *καθιςᾶν* : Harl. *πρῶτον.*

166. E. *πόσῳ δὲ δεινότερον*—] Multa quis comminiſcatur ad conſtituendam orationem, potius mutationum, quam correctionis, loco habenda; ſiquidem hæc non niſi una eſſe poteſt. Fortaſſe probabilior hæc videatur, *πόσῳ δὲ δεινότερον οἴεσθε ἔχειν αὐτοὺς δυστυχεῖς δεσπότας ἀνεκφεύκτους κ. τ. λ.*

166. E. *Ἐστὶ δούλῳ—ναοῦ*] Fana religioſa etiam latronibus ſubinde memorantur. Servis aliiſque, aras et templa et ſtatuas tuta ſanctaque perfugia, frequenter in comœdiis et hiſtoriis legimus: eoque valent citati modo S. Petitus Legg. Att. p. 158. et Inſtitut. I. 8. 2. Vocabulum *ἀβέβηλος* quod Reiſkium primo offenderat, habet Plutarchus Camillo p. 144. C. Bruto 993. C.

166. F. *Πέρας ἐστὶ τοῦ βίου.*] Rei notiſſimæ quis imitationem ineſſe putet? dictio tamen ipſa prodit non temere et caſu verba conveniſſe, ſed a Demoſthenis auctoritate et exemplo petita eſſe: cujus hoc eſt dictum in Orat. Pro Corona p. 326. C: *Πέρας μὲν γὰρ ἅπασιν ἀνθρώποις ἐστὶ τοῦ βίου ὁ θάνατος, κἂν ἐν οἰκίσκῳ τὶς αὐτὸν καθείρξας τηρῇ· δεῖ δὲ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἐγχειρεῖν μὲν ἅπασιν ἀεὶ τοῖς καλοῖς, τὴν ἀγαθὴν προβαλλομένους ἐλπίδα· φέρειν δ᾽ ὅ, τι ἂν ὁ θεὸς διδῷ γενναίως.* Memoratum Plutarcho De Fort. Alex. p. 333. C. et aliis et Luciano, qui dicitur, in Demoſth. Encomio T. III. p. 495. Auctori Vitæ Homer. §. CLVIII.

166. F. *συνάπτουσα τῷ θανάτῳ κ. τ. λ.*] Dictio in hoc argumento uſitata fuiſſe videtur. Sic Æſchines Socraticus, qui fertur, in Axiocho bis, §. 4: *Ξυνάπτεις γὰρ, ὦ Ἀξίοχε, παρὰ τὴν ἀνεπιστασίαν, ἀνεπιλογίστως τῇ ἀναισθησίᾳ, αἴσθησιν.* Et §. 16: *Ξυνάπτεις γὰρ, ὦ Ἀξίοχε, ἀνεπιλογίστως τῇ στερήσει τῶν ἀγαθῶν, ἀντεισάγων κακῶν αἴσθησιν, ἐκλαθόμενος, ὅτι τέθνηκας·* verborum quidem iteratio et redundantia, haud magnopere congruens Socraticæ ſcholæ. Porphyrius De Abſtin. I. 54. p. 92: *εὐθὺς γὰρ τῇ στερήσει τῶν βρωτῶν συνάπτει ἀορίστου τινὸς δεινοῦ παρουσίαν, ἐξ ἧς ὁ θάνατος.*

p. 167. A. *Ἅδου τινὲς ἀνοίγονται πύλαι*—] Ducta ex opinionibus et exemplis vulgo traditis: cujuſmodi ſunt poetarum p. 17. C: ſed et ex fabulis de Inferis quales ſunt De Sera Num. Vind. De Genio Socratis, De Facie Lu-

næ: apud Platonem in Gorgia, Rep. X. Phædone ubi et ἀπορρῶγες ϛυγὸς dicuntur ῥύακες.

167. A. καὶ ὁ τῷ παθεῖν ἐκπέφευγεν—] Hæc et veriſimillima ſcriptura, et conveniens argumento ſententia. Similiter in alia re Dio Chryſ. Or. LXIV. p. 593. C: ἡ τύχη γὰρ αὐτῷ τὸ μηδὲν παθεῖν περιποιησαμένη, τὸ ἀγνοεῖν ἔδωκεν· ὅπερ ὅμοιον ἦν τῷ μὴ παθεῖν.

167. A. ψυχῆς, ὥσπερ ὀμμάτων πολλῶν—] Hæc Platonici ſunt coloris, comparanda cum iis, quæ de *animi oculo* expoſuimus ad Ser. Num. Vind. p. 563. E: partim etiam comparanda cum dictis in Timæo p. 533. D.

167. B. Μουσικήν φησιν ὁ Πλάτων—] Non ex uno Platonis loco ſumta, ſed pluribus in libris ſparſim tradita, indeque collecta ſunt: ψυχῆς περίοδοι ex Timæo p. 552. A. E: ἀνελίξεις τοῦ παντός. p. 175. A. D. 182. A: plurima tamen ex eodem Timæo p. 533. E: ὅσον τ' αὖ μουσικῆς φωνῆς χρήσιμον, πρὸς ἀκοὴν, ἕνεκα ἁρμονίας ἐϛὶ δοθέν· ἡ δὲ ἁρμονία ξυγγενεῖς ἔχουσα φορὰς ταῖς ἐν ἡμῖν τῆς ψυχῆς περιόδοις, τῷ μετὰ νοῦ προσχρωμένῳ μούσαις, οὐκ ἐφ' ἡδονὴν ἄλογον, καθάπερ νῦν δοκεῖ εἶναι χρήσιμος, ἀλλ' ἐπὶ τὴν γεγονυῖαν ἐν ἡμῖν ἀνάρμοϛον ψυχῆς περίοδον, εἰς κατακόσμησιν καὶ συμφωνίαν ἑαυτῇ ξύμμαχος ὑπὸ μουσῶν δέδοται. Unde profecit Philo Jud. De Victimas Offerent. p. 859. E: ἡ δ' ἀκοὴ χρῆμα δι' ἧς μέλη καὶ ῥυθμοὶ καὶ πάνθ' ὅσα κατὰ τὴν μουσικὴν ἐπικρίνεται· ᾠδὴ γὰρ καὶ λόγος ὑγιεινὰ καὶ σωτήρια φάρμακα ἡ μὲν τὰ πάθη κατεπᾴδουσα, καὶ τὸ ἄρρυθμον ἐν ἡμῖν ῥυθμοῖς, τὸ δὲ ἐκμελὲς μέλεσι, τὸ δὲ ἄμετρον μέτροις ἐπιϛομίζουσα· ubi haud ſcio an cum Mangeyo legi debeat ἐπικοσμοῦσα. Conferatur et Theon in Mathematicis Platonis p. 12. ſeq. et notata nobis ſupra p. 156. C. Pro κνήσεως dat κινήσεως Exempl. Turn. at illud reliqui omnes exhibent libri: κνῆσις non eſt in Lexicis, habet tamen Plutarchus in Amator. p. 769. E. et reſtituendum Platoni Philebo p. 86. H: de verbo ἀνελίττειν diximus p. 83. D: παρεῖναι ut alibi ſervit periphraſi, veluti p. 61. A. D. E. 97. E. ut temere Bryanus mutatum voluerit in πραῧναι Vit. T. I. p. 77. 2: quamquam et codices quidam aliud exhibent: D. et margo Xyl. καθιϛᾶν: Harl. πρῶτον.

166. E. *πόσῳ δὲ δεινότερον*—] Multa quis comminiſcatur ad conſtituendam orationem, potius mutationum, quam correctionis, loco habenda; ſiquidem hæc non niſi una eſſe poteſt. Fortaſſe probabilior hæc videatur, *πόσῳ δὲ δεινότερον οἴεσθε ἔχειν αὐτοὺς δυστυχεῖς δεσπότας ἀνεκφεύκτους κ. τ. λ.*

166. E. *'Εστὶ δούλῳ—ναοῦ*] Fana religioſa etiam latronibus ſubinde memorantur. Servis aliiſque, aras et templa et ſtatuas tuta ſanctaque perfugia, frequenter in comœdiis et hiſtoriis legimus: eoque valent citati modo S. Petitus Legg. Att. p. 158. et Inſtitut. I. 8. 2. Vocabulum *ἀβέβηλος* quod Reiſkium primo offenderat, habet Plutarchus Camillo p. 144. C. Bruto 993. C.

166. F. *Πέρας ἐστὶ τοῦ βίου.*] Rei notiſſimæ quis imitationem ineſſe putet? dictio tamen ipſa prodit non temere et caſu verba conveniſſe, ſed a Demoſthenis auctoritate et exemplo petita eſſe: cujus hoc eſt dictum in Orat. Pro Corona p. 326. C: *Πέρας μὲν γὰρ ἅπασιν ἀνθρώποις ἐστὶ τοῦ βίου ὁ θάνατος, κἂν ἐν οἰκίσκῳ τὶς αὐτὸν. καθείρξας τηρῇ· δεῖ δὲ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἐγχειρεῖν μὲν ἅπασιν ἀεὶ τοῖς καλοῖς, τὴν ἀγαθὴν προβαλλομένους ἐλπίδα· φέρειν δ' ὅ, τι ἂν ὁ θεὸς διδῷ γενναίως.* Memoratum Plutarcho De Fort. Alex. p. 333. C. et aliis et Luciano, qui dicitur, in Demoſth. Encomio T. III. p. 495. Auctori Vitæ Homer. §. CLVIII.

166. F. *συνάπτουσα τῷ θανάτῳ κ. τ. λ.*] Dictio in hoc argumento uſitata fuiſſe videtur. Sic Æſchines Socraticus, qui fertur, in Axiocho bis, §. 4: *Ξυνάπτεις γὰρ, ὦ 'Αξίοχε, παρὰ τὴν ἀνεπιστασίαν, ἀνεπιλογίστως τῇ ἀναισθησίᾳ, αἴσθησιν.* Et §. 16: *Ξυνάπτεις γὰρ, ὦ 'Αξίοχε, ἀνεπιλογίστως τῇ στερήσει τῶν ἀγαθῶν, ἀντεισάγων κακῶν αἴσθησιν, ἐκλαθόμενος, ὅτι τέθνηκας·* verborum quidem iteratio et redundantia, haud magnopere congruens Socraticæ ſcholæ. Porphyrius De Abſtin. I. 54. p. 92: *εὐθὺς γὰρ τῇ στερήσει τῶν βρωτῶν συνάπτει ἀορίστου τινὸς δεινοῦ παρουσίαν, ἐξ ἧς ὁ θάνατος.*

p. 167. A. *"Αδου τινὲς ἀνοίγονται πύλαι*—] Ducta ex opinionibus et exemplis vulgo traditis: cujuſmodi ſunt poetarum p. 17. C: ſed et ex fabulis de Inferis quales ſunt De Sera Num. Vind. De Genio Socratis, De Facie Lu-

næ: apud Platonem in Gorgia, Rep. X. Phædone ubi et ἀποῤῥῶγες ςυγὸς dicuntur ῥύακες.

167. A. καὶ ὃ τῷ παθεῖν ἐκπέφευγεν—] Hæc et veriſimillima ſcriptura, et conveniens argumento ſententia. Similiter in alia re Dio Chryſ. Or. LXIV. p. 593. C: ἡ τύχη γὰρ αὐτῷ τὸ μηδὲν παθεῖν περιποιησαμένη, τὸ ἀγνοεῖν ἔδωκεν· ὅπερ ὅμοιον ἦν τῷ μὴ παθεῖν.

167. A. ψυχῆς, ὥσπερ ὀμμάτων πολλῶν—] Hæc Platonici ſunt coloris, comparanda cum iis, quæ de *animi oculo* expoſuimus ad Ser. Num. Vind. p. 563. E: partim etiam comparanda cum dictis in Timæo p. 533. D.

167. B. Μουσικήν φησιν ὁ Πλάτων—] Non ex uno Platonis loco ſumta, ſed pluribus in libris ſparſim tradita, indeque collecta ſunt: ψυχῆς περίοδοι ex Timæo p. 552. A. E: ἀνελίξεις τοῦ παντός. p. 175. A. D. 182. A: plurima tamen ex eodem Timæo p. 533. E: ὅσον τ' αὖ μουσικῆς φωνῆς χρήσιμον, πρὸς ἀκοὴν, ἕνεκα ἁρμονίας ἐςὶ δοθέν· ἡ δὲ ἁρμονία ξυγγενεῖς ἔχουσα φορὰς ταῖς ἐν ἡμῖν τῆς ψυχῆς περιόδοις, τῷ μετὰ νοῦ προσχρωμένῳ μούσαις, οὐκ ἐφ' ἡδονὴν ἄλογον, καθάπερ νῦν δοκεῖ εἶναι χρήσιμος, ἀλλ' ἐπὶ τὴν γεγονυῖαν ἐν ἡμῖν ἀνάρμοςον ψυχῆς περίοδον, εἰς κατακόσμησιν καὶ συμφωνίαν ἑαυτῇ ξύμμαχος ὑπὸ μουσῶν δέδοται. Unde profecit Philo Jud. De Victimas Offerent. p. 859. E: ἡ δ' ἀκοὴ χρῆμα δι' ἧς μέλη καὶ ῥυθμοὶ καὶ πάνθ' ὅσα κατὰ τὴν μουσικὴν ἐπικρίνεται· ᾠδὴ γὰρ καὶ λόγος ὑγιεινὰ καὶ σωτήρια φάρμακα ἡ μὲν τὰ πάθη κατεπᾴδουσα, καὶ τὸ ἄῤῥυθμον ἐν ἡμῖν ῥυθμοῖς, τὸ δὲ ἐκμελὲς μέλεσι, τὸ δὲ ἄμετρον μέτροις ἐπιςομίζουσα· ubi haud ſcio an cum Mangeyo legi debeat ἐπικοσμοῦσα. Conferatur et Theon in Mathematicis Platonis p. 12. ſeq. et notata nobis ſupra p. 156. C. Pro κνήσεως dat κινήσεως Exempl. Turn. at illud reliqui omnes exhibent libri: κνῆσις non eſt in Lexicis, habet tamen Plutarchus in Amator. p. 769. E. et reſtituendum Platoni Philebo p. 86. H: de verbo ἀνελίττειν diximus p. 83. D: παρεῖναι ut alibi ſervit periphraſi, veluti p. 61. A. D. E. 97. E. ut temere Bryanus mutatum voluerit in πραῦναι Vit. T. I. p. 77. 2: quamquam et codices quidam aliud exhibent: D. et margo Xyl. καθιςᾶν: Harl. πρῶτον.

3 T 3

167. C. Ὅσα γὰρ μὴ πεφίληκε Ζεὺς—] Pindari Pyth. I. 25: reponit Plutarchus idem p. 746. B. 1095. E.

167. C. τὰς τίγρις] Rem ſupra notavimus p. 144. D: τίγρις venit ex Steph. antea Ald. et Baſ. vitioſe τίγρυς: at debebat τίγρεις poni ex D. Xyl. Harl. Colleg. Nov. huic voci proxime addunt δὲ Harl. et D.

167. C. Τειρεσίας—Ἀθάμας—Ἀγαύη—Ἡρακλεῖ—] Tireſiam cœcum novimus: ſed eum non vidiſſe filios ſuos et familiares idque miſeratum eſſe, non videtur ex aliquo poeta ſumtum, ſed a Plutarcho ita poſitum, ut cum videntium furentiumque exemplis componeretur. *Athamas* ex deperditis Sophoclis hoc nomine inſcriptis tragœdiis et ex Euripidis Inone, celebrabatur: Agave ex Euripidis Bacchis: Hercules ex ejuſdem Hercule Furente.

167. D. οἱ μὲν οὖν οὐχ ὁρῶσι—εὐμενὲς—] οὖν ne cui forte per errorem additum videatur: ita ſubinde poſitum reperitur. v. c. p. 123. A. 185. B. 194. A; quamquam ibi vitioſum eſt: 376. A. 421. E. 734. C. 986. C: et uſurpatur pro γὰρ ad explicandum, ſupra p. 53. B. Vit. 611. B. Porphyr. De Abſt. II. 38. p. 172. In collocatione verborum turbaſſe librarios putem eamque ita ordinandam: οἱ μὲν οὖν οὐχ ὁρῶσι τοὺς θεοὺς τοπαράπαν, οἱ δὲ παρορῶσι· οἱ μὲν οὐδὲ ὑπάρχειν νομίζουσι, οἱ δὲ δοξάζουσι φοβερὸν τὸ εὐμενὲς—. Sententia comparetur cum gemina De Aud. Poet. p. 34. A. Senecæ Epiſt. CXXIII. fin. *Superſtitio error inſanus eſt: amandos timet: quos colit, violat. Quid enim intereſt, utrum deos neges, an infames?*

167. D. ἄμικτον] ἀμήνιτον licet ſententia loci, ut nunc eſt, requirat, recipere tamen non auſus ſum; quod Meziriaci et Reiſkii, et ſi quid id eſt, meum nomen, qui antea idem conjeciſſem, non niſi conjecturæ auctoritatem haberet. Eo tamen ducunt libri; nam ἀμίμητον dant Ald. Baſ. Xyl. Harl. Colleg. Nov. A. C. E. F: Stephanus ἄμικτον recepit ex Pol. et Jannot. quocum conſentire videtur. D. quippe cujus in Excerptis nil varietatis annotatum video: Anon. et Vulc. ἀμίνητον, vitioſum quidem ſed ex vero ἀμήνιτον ortum; quod et elegantis, nec Plutarcho infrequen-

tis, eſt conſuetudinis: adhibitum Opp. Mor. p. 90. D. 95. D. 413. D. 464. C. 491. F. 741. A. 809. E. 825. D.

167. E. πολυπάθεια] Rarius vocabulum, factum ad imitationem ἀπαθείας. Sic Sympoſ. IX. p. 734. A: ἡ περὶ τὰ λετρὰ τῆς σαρκὸς πολυπάθεια. Item πολυπαθὴς, Opp. Mor. 97. B. 171. E. de ipſa Superſtitione.

167. E. κολακεύουσιν] Igitur acute Maximus Tyrius ſuperſtitioſum in adulatoribus cenſet Diſſ. XX. 6. p. 241: —ὁ μὲν εὐσεβὴς φίλος θεῷ, ὁ δὲ δεισιδαίμων κόλαξ θεοῦ· καὶ μακάριος ὁ εὐσεβὴς, φίλος θεῷ· δυστυχὴς δὲ ὁ δεισιδαίμων, κόλαξ θεοῦ· ita enim cum Marklando legendum videtur.

167. E. Κοινὸν ἀνθρώπων—διευτυχεῖν] Senarius: Κοινὸν γὰρ ἀνθρώπων τὸ μὴ διευτυχεῖν. v. c. K. γ. ά. τὸ μὴ πάντ' εὐτυχεῖν. Similia notavimus dicta p. 103. C. 110. E.

167. F. ὁ Πίνδαρος θεούς φησι] Bis ſine Pindari nomine repoſuit Plutarchus: in Amatorio p. 763. C: et de Communib. Not. Adv. Stoic. p. 1075. A. Harl. et D. omittunt θεούς.

p. 168. A. σπαθᾶται τὰ τῶν ἀνθρώπων—] Nove dictum erte in hac re: *carpuntur, diſcerpuntur res humanæ.* De verbi vi expoſuerunt H. Steph. Theſ. L. Gr. T. III. p. 908. Spanhemius ad Ariſtoph. Nub. 53. Interpretes ad Heſyhium voc. Σπαθᾷ: notavit et Taylorus ad Demoſth. Falſ. Leg. Ed. Reiſk. T. IX. p. 370. Utitur et Plutarchus in Pericle p. 160. F. Dio Chryſ. Or. I. p. 3. C. LXV. p. 608. C. Unus D. dat πράττεται, quod corruptum videtur ex ntiquiore lectione ταράττεται vel σπαράττεται. Reprehenſio ſta rerum humanarum ac temeritatis frequentiſſima eſt n Veterum ſcriptis: multis eam exemplis et cognovimus t expoſuimus in animadverſionibus ad libellum De Ser. Num. Vind. quædam etiam poſtea vidimus a Lennepio rodita ad Phalaridis Epiſt. p. 145.

168. A. οὔτε γὰρ ἄνθρωπον—οἴεται.] Vereor ne complures ationem noſtrarum emendationum contextui Græco ſubectarum ſubinde non percipiant; ſi quidem eam hoc in oco non animadvertit Eichſtædius V. Cl. qui in Prorammate, ſuperiore menſe Martio hujus anni MDCCCIV.

Jenæ edito, de *Ates*, *Dices*, et *Nemeſeos*, numinibus diſſerens, p. 16. me hoc in loco erraſſe pronunciat. Cujus diſputationem fuſe copioſeque explicitam ne ipſis verbis referamus, ſuis argumentis breviter notaſſe ſatis eſt. Igitur vir eruditiſſimus poſtremam hujus loci partem ita vult corrigi, δι' αὐτῶν τὸν κότον, *per iram deorum*, ubi nos dedimus δι' αὐτὸν οἴεται· nam, inquit, δι' αὐτὸν contrarium eſſe ſententiæ hujus loci, quum ſuperſtitioſus ſemet ipſum numquam incuſet, et ut ipſe ſcribit Plutarchus, οὐδ' ἑαυτὸν ἀλλὰ πάντων τὸν θεὸν αἰτιᾶται, omnemque infortunii ſui culpam in deos conjiciat. Deinde, φέρεσθαι ῥεῦμα δαιμόνιον, ex Æſchyli quadam tragœdia deſumtum cenſet. Vellem vera eſſet ratio optimi viri; ita lubens eam agnoſcerem ac laudarem. Nunc eam confutare cogor; quod ſemper invitus facio, cum erga alios omnes, tum in primis erga homines mei amantes. Et primum quidem nec nomen κότος Plutarcho uſurpatum: et compoſitio poſtulabat διὰ κότον αὐτῶν, vel δι' αὐτῶν τὸν κότον; non δ' αὐτῶν κότον, quod non niſi poetis licet. Deinde diſtinguenda cauſſa efficiens a cauſſa movente: ſuperſtitioſus οὐδ' ἑαυτὸν αἰτιᾶται, *non ſeipſum incuſat*, id eſt, *non in ſe ipſum confert cauſſam efficientem*, ſed in Deos: dicit, ſe a diis puniri, idque merito, quia ipſe ſit diis exoſus, θεομισής, igitur puniri δι' αὐτὸν, *propter ſe ipſum:* diligentia ac proprietas orationis hæc diſtinguit: ὑπό τινος, *ab aliquo*, eſt cauſſæ efficientis: ἔκ τινος, *cauſſa materialis:* διά τινος, *cauſſæ per quid*, vulgo dictæ *inſtrumentalis:* διά τι, *propter quid*, cauſſæ τελικῆς, *finalis*, mentem ad agendum moventis. Fit tamen ſubinde, ut cujuſque formulæ principi ac peculiari ſignificationi, ſimul reliquarum ſignificatio formularum addatur: quod notavimus in hoc ipſo διά τι p. 97. C. Igitur in hoc Plutarchi loco δι' αὐτὸν, eſt *propter ſe ipſum*, quia ſit θεομισής, *diis exoſus*; nam dicit ſe propter peccata quædam *a diis puniri*, ὑπὸ τῶν θεῶν κολάζεσθαι, δι' αὐτὸν, *propter ſe ipſum quia peccaſſet:* ita διὰ cum Accuſativo ſignificat *ſua culpa*, *ſuo merito*, apud Plutarchum Opp. Mor. p. 69. D. 114. C. 160. C. 178. E. 179. A. Menander ap. Stob. p. 527. in ſimili argumento, docens homines ſua culpa miſeros eſſe, bruta

m item, aſinum verbi cauſſa: Τὸν ὄνον ὁρᾷν ἔξεςι πρῶτα τυ-
ιί. Οὗτος κακοδαίμων ἐςὶν ὁμολογυμένως. Τούτῳ κακὸν δι' αὐ-
ι οὐδὲν γίνεται. Ἃ δ' ἡ φύσις δέδωκεν αὐτῷ, ταῦτ' ἔχει. Ἡμᾶς
χωρὶς τῶν ἀναγκαίων κακῶν, Αὐτοὶ παρ' αὐτῶν ἕτερα προσπο-
ζομεν. Λυπούμεθ' ἂν στάρῃ τις· ἂν εἴπῃ κακῶς, Ὀργιζόμεθ'·
ἴδῃ τις ἐνύπνιον, σφόδρα Φοβούμεθ'· ἂν γλαῦξ ἀνακράγῃ, δεδοί-
μεν. Deinde nullum exſtat in hoc loco indicium, δαι-
νιον ῥεῦμα ἄτης ex alio ſcriptore, aut poeta, atque adeo
ominatim ex Æſchylo deſumtum eſſe. Nam quod hæc
orſim ac diverſis locis adhibet nomina Æſchylus nullam
ıbet imitationis auctoritatem. Sophocli eſt ἄτη οὐρανία in
jace 197. Pindaro Olymp. X. 46. βαθὺν εἰς ὀχετὸν ἄτας
ισαν ἑὰν πόλιν· quod Scholiaſtes interpretatur εἰς ῥεῦμα
ης ἐμπεσῦσαν. Eſt hæc Plutarchi conſuetudo, ut pro ar-
ımenti gravitate orationem ſubinde ad poeticam dictio-
m extollat, nec tamen certum alicujus poetæ locum
ectat: ſed hæc quidem verba φέρεσθαι ῥεῦμα δαιμονίου ἄτης
terat etiam intra ſuæ modum terminumque proſæ con-
ngere. Similiter ῥεῦμα ad alias res tranſlatum reperitur.
c. Opp. Mor. p. 609. B. τοῖς κλαυθμῶν καὶ ὀδυρμῶν ῥεύ-
ασιν ἐκ μιᾶς πηγῆς φερομένων ἐφιέναι. De effluviis Lunæ in
rram p. 658. C. τοῦ φερομένυ ῥεύματος ἀπ' αὐτῆς. Divina-
onis τὸ μαντικὸν ῥεῦμα ϗ πνεῦμα. Similis ratio p. 357. A:
ιμονίῳ πνεύματι φήμης πυθομένην τὴν Ἶσιν—ἀφικέσθαι. Item
co *effluvii*, *exhalationis*, ἀποῤῥοίας, p. 648. A. 680. F. 683.
. 916. D. 938. D. Jam nil frequentius mentione ἄτης,
re ut *numinis*, ſive ut *damni*: et Plutarchus adhibet no-
en, præter hunc locum p. 164. C. 418. E. Vit. 666. A.
δαιμόνιος centies apud eumdem exſtat. Denique οἴεται
cepimus, ut lectionem legitimam, quippe quæ bonum
nſum præberet, et præberetur ipſa ab optimo codice an-
quo. Nam poteramus conjecturam afferre probabilem,
t τὸν νῦν tamquam ab antecedente αὐτὸν et ſequente νοσῶν
onflatum deleremus, et conſtructionem ſententiæ ab an-
cedente φησὶ repeteremus. At alia eſt legitima, alia pro-
ıbilis lectio: legitima, niſi a codicibus oblata probabilis,
ılla eſt: quod monuimus p. 15. A. Hæc præter morem
oſtrum fuſius explicuimus, et ut rationem haberemus viri

eruditiſſimi noſtrumque ſtudioſiſſimi, et ut alii conſideratius de noſtris animadverſionibus judicarent. Nam pleraſque iſtas conjecturas ſubitas et falſas etiam Reiſkii et aliorum, brevitatis cauſſa, ſilentio præterire ſolemus.

168. B. Πῆ παρέβην;—] Pythagoricum præceptum in Aureo Carmine, verſu 42. Reponit Plutarchus De Curioſit. p. 515. F: memorat Diogenes Laert. VIII. 22: Porphyrius Vit. Pythag. §. 40: interpretatur Hierocles in Commentario p. 200. imitatur Ariſtides T. II. p. 182.

168. C. δυσημερίαι] *adverſi ſucceſſus, mali eventus.* Opp. Mor. p. 467. E. 740. A. 741. A. 784. C. Vit. 320. B. 588. C. Contrarium eſt εὐημερία, *bonus ſucceſſus* in primis *rei publice apud populum aut principem geſtæ, favor et gratia ejus, qui rem geſſit, apud illos*, Opp. Mor. p. 104. D. 498. B: ſed exquiſitius, quamvis proprie, *bene diem tranſigere.* 686. B. De verbo εὐημερεῖν diximus p. 78. B.

168. C. ἀποτεύξεις] *repulſæ, fruſtrata ſpes propoſiti commodi:* latius etiam patet quam δυσημερία et ſæpe illam, ut genus ſpeciem, complectitur. Sic Opp. Mor. p. 543. F. 714. E. 743. B. Vit. 120. A. 408. A. 1024. C. 163. D. Verbum ἀποτυγχάνειν ejuſque oppoſitum ἐπιτυγχάνειν, indeque orta nomina alibi animadvertemus. Nunc J. Uptonus cognoſcatur in Indice Epictet. voc. Τυγχάνω.

168. C. πληγαὶ θεοῦ] Ex communi quodam fonte Cicero Tuſc. III. 29: *Accedit ſuperſtitio muliebris quædam: exiſtimant enim, diis immortalibus ſe facilius ſatisfacturos, ſi eorum plaga perculſi, adflictos ſe et ſtratos fateantur.* Sophocles ap. Theophil. ad Autolyc. II. p. 110. edit. Wolf. Θεοῦ δὲ πληγὴν οὐχ ὑπερπηδᾷ βροτός.

168. C. προσβολαὶ δαίμονος.] Diximus p. 43. D.

168. C. θεομαχεῖν] Plutarchus Apophthegm. p. 225. C. Marcello 307. A. Menander ap. Stob. p. 570. Μὴ θεομάχει, μηδὲ προσάγου τῷ πράγματι Χειμῶνας ἑτέρους, τοὺς ἀναγκαίους φέρε. Cicero Tuſc. III. 25: *neceſſitas ferendæ conditionis humanæ, quaſi cum Deo pugnare prohibet, admonetque eſſe hominem.* Plautus Perſa I. 1. 26: *Quid ergo faciam Diſne advorſer? quaſi Titani cum Dis belligerem, Quibus ſat eſſe non queam?* Plura dant J. Uptonus ad Epictet. Indicem

n voce. Weſſelingius ad Diodor. Sic. T. I. p. 696. Wettenius ad Act. App. V. 39.

168. C. Ἔα με—] Videtur verſus Comici, Ἔα μέ γ' ἄνθρωπε διδόναι δίκην— : eodem ſenſu et argumento, quo eſt illud poetæ a Plutarcho citatum De Virt. Mor. p. 446. A. Ἔα μ' ἀπολέσθαι· τοῦτο γάρ μοι συμφέρει· ac Terentii Heaut. . I. 37 : *Sine me, vacivum tempus ne quod duim mibi Laboris—Sic meritum eſt meum.* Simile ab antiquiore auctore quid ſcriptum eſſe ſignificat Euſebius Præp. Evang. VI. p. 243. D : ὅθεν καὶ λεγόντων ἐςὶν ἀκοῦσαι τῶν πολλῶν, ὅτι ἄρα πραχθήσεται τοῦτο, ἄγε εἵμαρταί μοι· καὶ, τί με χρὴ παρέχειν ἐμαυτῷ πράγματα ;—πῶς οὖν ὁ ταῦτα μὴ ἐξ αὐτοῦ ἡγούμενος ἐγκρατεῖν, ἀλλ' ὑπὸ τῆς ἔξωθεν ἀνάγκης, προσέξοι ἄν ποτε τῷ νουθετοῦντι καὶ διδάσκοντι μὴ ἑαυτὸν ἐπιδιδόναι ἔκδοτον τοῖς προειρημένοις ; εἴποι γὰρ ἂν πρὸς τὸν νουθετοῦντα, ὡς καὶ τῶν πρὸ ἡμῶν τισιν ἄρηται, τί με, ὦ ἄνθρωπε, νουθετεῖς ; ταῦτα γὰρ οὐ δήπου ἐςὶν ἐπ' ἐμοὶ τὸ μεταβάλλειν τὴν προαίρεσιν· ἡ γὰρ εἱμαρμένη προκατείληφε.

168. D. ἔξω κάθηται σακκίον ἔχων] Nota religio ex Judæorum ritibus. Attigit Weſſelingius ad Diod. Sic. T. II. p. 399. Et de Syris memorat Menander citatus Porphyrio De Abſtin. IV. 15 : et nobis apponendus mox p. 170. D : cujus hæc pars huc pertinet : σακκίον ἔλαβον, εἰς δ' ὁδὸν ἐκάθισαν αὐτοὶ ἐπὶ κόπρου, καὶ τὴν θεὸν Ἐξιλάσαντο τῷ ταπεινῶσαι σφόδρα. Laxior amictus etiam aliis populis in ſupplicatione uſurpatus: veluti dicuntur *velati* ſupplices: ut Tibullo I. 5. 15 : *Ipſe ego velatus filo, tunicisque ſolutis, Vota novem Triviæ nocte ſilente dedi.* Lucretius V. 1197 : *Nec pietas ulla eſt velatum ſæpe videri Vertier ad lapidem, atque omnes accedere ad aras : Nec procumbere humi proſtratum, et pandere palmas Ante deum delubra—.* Illud ἔξω κάθηται comparandum cum προκαθίσας ſupra p. 166. A. Nec ἔχειν σακκίον, *indutum eſſe ſacco*, ambiguum videri debet : ita ſolet Plutarchus : v. c. Vit. p. 90. A. 357. A. 684. D. 855. E. 1042. A. Opp. Mor. 753. D. Dio Chryſ. 627. D. Plautus Moſt. I. 3. 17.

168. D. ἐν πηλῷ καλινδούμενος] Significatur genus πηλώσεως, diverſum ab illo περιμάττεσθαι, de quo, paucis interjectis verbis, proxime dicitur, quod notavimus p. 166. A;

fortaſſe ſolitus naturæ affectus in luctu, corpus per humum ſternendi, quod eſt Homericum Iliad. X. 414. *κυλινδόμενος κατὰ κόπρον*, reprehenſum a Platone Rep. III. p. 433. A.

168. D. *ἐξαγορεύει*] *enunciat*, *profitetur*, tamquam a furiis coactus: res et nomen in hoc argumento frequentantur: notavimus ad Ser. Num. Vind. p. 566. E.

168. D. *πράῳ*] Forma fœminini iſta non alibi, quod ſciam, a me lectum nomen: certe, non apud Plutarchum; quippe *πραεῖα* uſurpatur. Neque tamen hoc reponere volenti Reiſkio aſſentior; quum in vulgata omnes libri conſentiant.

168. D. *περιθυόμενος—περιματτόμενος*] Conſulendus de hac verborum forma et de re ipſa Iſ. Caſaubonus ad Theophraſti Character. de Superſtitione, et noſtra animadverſio ad p. 166. A.

168. D. *φησὶν ὁ Βίων—*] Acute vidit Iſ. Caſaubonus ad Diogenem Laert. in vita Bionis, dictum quoddam Bionis exſtitiſſe hujuſmodi quale hic proditur a Plutarcho, idque ipſum a Diogene ſignificari, IV. 55—57. notante Bionem, qui quum antea iſtam ſuperſtitionem riſiſſet, poſtea morbo et mortis metu ad eam ſe applicuerit: *καὶ ὕστερόν ποτε ἐμπεσὼν εἰς νόσον, ὡς ἔφασκον οἱ ἐν Χαλκίδι, αὐτόθι γὰρ καὶ κατέστρεψε, περίαπτα λαβεῖν ἐπείσθη, καὶ μεταγινώσκειν ἐφ' οἷς ἐπλημμέλησε ἐς τὸ θεῖον.* Mox iambico metro idem narrat —*Καὶ γραΐ δῶκεν εὐμαρῶς τράχηλον εἰς ἐπῳδὴν, Καὶ σκυτίσιν βραχίονας πεπασμένος γ' ἔδησε.* Quod Salmaſius Exercit. in Solin. p. 370. a. F. *σκυτίσιν* mutatum vult in *κυστίσιν*, quia ſcilicet *περιάπτα* includerentur in *κύστεις*, itaque brachio appenſa geſtarentur, ejuſque moris exemplum adfert e Dioſcoride: eſt hæc mutatio veteris ſcripturæ, non emendatio; ſiquidem et *σκυτίδων* fuit uſus magicus et ſuperſtitioſus: veluti refert Tatianus Or. Contra Gr. p. 156. A: *οὐδὲ ὁ μεμηνὼς σκυτίδων ἐξαρτήμασι θεραπεύεται· δαιμόνων εἰσὶν ἐφόδοι.* Et nutrices infantibus primum dentes emittentibus ſcortea quædam alligare ſolitas narrat Julianus Or. VII. p. 206. D: *αἱ τίτθαι περὶ τὰς ὀδοντοφυΐας κνησιῶσιν αὐτοῖς (τοῖς παιδίοις) σκύτινα ἅπτα προσαρτᾷν ταῖν χεροῖν.* Hæc ſatis de hoc uſu. Fre-

ıs mentio apud Veteres περιάπτων, amuletorum: de ıus alibi nobis erit locus dicendi. Nunc non eſt negli-
lus Plutarchi locus in Pericle p. 173. A. quem morbo litatum item ad iſtam valenti ſpretam ſuperſtitionem endiſſe narrat; teſtem laudans Theophraſtum: ὁ γοῦν ϱαςος ἐν τοῖς ἠθικοῖς διαπορήσας εἰ πρὸς τὰς τύχας τρέπεται θη, καὶ κινούμενα τοῖς τῶν σωμάτων πάθεσιν ἐξίςαται τῆς ἀρε- ἱςόρηκεν ὅτι νοσῶν ὁ Περικλῆς ἐπισκοπουμένῳ τινὶ τῶν φίλων ε περίαπτον ὑπὸ τῶν γυναικῶν τῷ τραχήλῳ περιηρτημένον ὡς ρα κακῶς ἔχων ὁπότε καὶ ταύτην ὑπομένοι τὴν ἀβελτηρίαν.

58. E. Τὸν Τηρίβαζον—] Teribazi clarum eſt nomen in . ducibus et ſatrapis Artaxerxis Mnemonis, apud n multis benefactis gratioſus, deinde Cyprio bello fectus, ab Oronte in invidiam adductus, comprehen- judicatus, judicioque abſolutus eſt: ut cognovimus Diodoro Siculo XV. 8. ſeq. Eum comprehendentibus oppoſuiſſe, ex alio eoque deperdito ſcriptore ſumtum fortaſſe Theopompo, quem latius narraſſe par eſt hanc , quam in breviſſimum compendium redegit Photius . Cod. CLXXVI.

58. F. Ταῦτα πάσχεις—κελεύοντος·] Trochaicus apparet rti poetæ: Ταῦτα πάσχεις, ὦ κακόδαιμον, ἐκ προνοίας, Καὶ ύοντος θεοῦ—.

58. F. Μίδας ὁ παλαιὸς—αἷμα ταύρου πιών.] Plutarchus). Flamin. p. 380. E. de Hannibale famam fuiſſe a uſdam proditam, μιμησάμενον Θεμιςοκλέα καὶ Μίδαν, αἷμα ου πιεῖν. Strabo I. p. 106. B: ſub incurſum Cimme- um Μίδαν αἷμά τι ταύρου πιόντα φασὶν ἀπελθεῖν εἰς τὸ χρεών· repetit Euſtathius ad Odyſſ. Λ. 14. p. 1671. 12. Mi- dicitur ὁ παλαιὸς, per excellentiam, quia præter eum oſtea alii cognomines fuerunt: de qua Plutarchi con- udine alibi dicemus. Et ὡς ἔοικε ex ejuſdem eſt pro- tate, pro *ut fertur*, quam notavimus p. 41. C. De miſtocle idem genus mortis proditum conſtat: de quo mus ad ejus Vitam p. 128. A. Taurini ſanguinis vim it Dioſcorides Alexiph. XXIV. indeque Plinius attigit VIII. 41.

58. F. Ἀριςόδημος] Bello primo, Ariſtodemum Meſſe-

niorum regem per ſuperſtitionem animum ac ſpes omnes deſpondiſſe, ſeque ipſum interfeciſſe, narrat etiam Pauſanias IV. 3: ſed aliam cauſſam prodens: regem enim antea filiam ſuam occidiſſe, tum hujus ſpecie per ſomnium conterritum, ſibi ipſum mortem conſciviſſe.

p. 169. A. Νικίᾳ—] Celebrata ad omnium cognitionem calamitas Athenienſium ad Syracuſas: auctor Thucydides, unde fere alii ſuam duxerunt narrationem; VII. 35—87. et Plutarchus noſter in Vita Niciæ p. 523, 524. ſeq.

169. A. ποδῶν] Veriſimillima eſt lectio περιόδων, a nullo quamvis codice exhibita. Sic Adv. Stoic. p. 1066. B: οὐδ' ἂν ὥραις ἐχρῆτο καὶ περιόδοις καιρῶν ὁ κόσμος—. Circuitus Lunæ ipſo hoc facto Niciæ, Vit. p. 539. B: ὁ δὲ Νικίας ἄλλην ἔπεισε μένειν σελήνης περίοδον·—μικροῦ δὲ πάντων ἀφέμενος τῶν ἄλλων ἐθύετο καθήμενος, ἕως ἐπῆλθον αὐτοῖς οἱ πολέμιοι· ubi pro ἐθύετο codex Moſcovienſis probabilius dat ἔθυε τε καὶ διεμαντεύετο. Dione 968. A. Sic proxime 171. A. 974. F. 1007. C, D. 410. C. 426. D. 430. A. Vit. Homer. 145. Plato Leg. 636. B. 639. E. 702. G. 704. C, D. Dio Chryſ. 622. C. Libanius T. II. p. 103. B. περίοδοι ὡρῶν.

169. A. ἀπάντησις] *Occurſus*. In ſimili cauſſa territis militibus prudentius egit Dion, in cujus Vita hæc Plutarchus p. 968. A: —ἐξέλιπεν ἡ σελήνη· καὶ τοῖς μὲν περὶ τὸν Δίωνα θαυμαστὸν οὐδὲν ἦν, λογιζομένοις τὰς ἐκλειπτικὰς περιόδους, καὶ τὴν γενομένην τοῦ σκιάσματος ἀπάντησιν τῆς σελήνης, καὶ τῆς γῆς ἀντίφραξιν πρὸς τὸν ἥλιον.

169. B. Γλαῦκε ὅρα—] Archilochi hanc dictionem ex Heraclidis libello De Allegoriis p. 412. tertio etiam verſu integram, retulerunt collectiones Fragmentorum Lyricorum, Commeliniana Anni 1598. Stephaniana A. 1600. p. 376. in Lectiana in Corpore Poetarum non apparent: at retulit Brunckius Analect. Poet. Gr. T. I. p. 42. Poſt Theod. Canterum Var. Lect. II. 15. tractavit J. Pierſonus Veriſimil. II. 10. p. 254. qui trochaicum metrum, manifeſtum illud quidem ſed paucis in verbis obſcuratum, purgavit, ſic:

Γλαῦκ' ὅρα, βαθὺς γὰρ ἤδη κύμασιν ταράσσεται

Πόντος· ἀμφὶ δ' ἄκρα γυρεὸν ὄρπον ἵςαται νέφος
Σῆμα χειμῶνος· κιχάνει δ' ἐξ ἀελπίης φόβος.

rſu ſecundo pro ὀρθὸν, quod omnes Plutarchei codices bent, Heraclides dat ὄρπον, quod quid ſit velim explicuent viri docti: Brunckius, neſcio unde, edidit ὀρφνὸν, *tebricoſum*, quod certe intelligi poteſt: at, ne dicam a nul- traditum codicibus, non conveniens priori adjectivo ρεὸν, præſertim in iſtiuſmodi copulæ abſentia, *nubem rotudam tenebricoſam*: et haud exigua eſt varietas ſcripturæ: m γυρεύων dant C. E. G. Harl. Colleg. Nov. Moſc. 2: ρέων Pol. Jannot. γυρῶν D. quæ quum metro repugnent, tinendum videtur γυρεὸν ſed ut ſit γυρέον, Participium erbi γυρέω cujus loco uſurpatur γυρόω, aut minima mutione legatur γυροῦν, vel γυρεῦν, ut ſenſus ſit *circum promtoria ſe volvens recta conſtitit nubes.* Carminis exemum aliis obſervatum poetis; veluti Horatio aliquoties I. : *Vides ut alta ſtet nive candidum Soracte.* Ib. 14: *Nonne des, ut Nudum remigio latus.* III. 27: *Sed vides quanto epidet tumultu Pronus Orion.* Plauto Mercat. V. 2. 37: *ecipe te ad terram, Charine, huc: non ex advorſo vides? ubis ater imberque inſtat—.*

169. B. τοῦτο ἰδὼν κυβερνήτης—] Demoſthenis hoc loco emplum nonnihil valuiſſe dicam: Philipp. III. p. 48. : ταῦθ' ὁρῶντες οἱ Ἕλληνες ἀνέχονται· ϗ τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅνρ οἱ τὴν χάλαζαν, ἐμοί γε δοκοῦσι θεωρεῖν· εὐχόμενοι μὴ καθ' υτοὺς ἕκαςοι γενέσθαι, κωλύειν δ' οὐδεὶς ἐπιχειρῶν. Et p. 51. C: ς ἂν σώζηται τὸ σκάφος, ἄν τε μεῖζον ἄν τ' ἔλαττον ἦ, τότε χρὴ ναύτην, ϗ κυβερνήτην, ϗ πάντ' ἄνδρα ἐφεξῆς πρόθυμον εἶναι· καὶ ως μήθ' ἑκὼν μήτ' ἄκων ἀνατρέψῃ, τοῦτο, σκοπεῖσθαι· ἐπὰν δὲ ἡ ιλατία ὑπερέχῃ, μάταιος ἡ σπουδή. Plane ad rem præſentem commodate ab iiſdem initiis profectus Dio Chryſ. Or. VI. p. 246. A: πῶς ἔνεςιν ἑκάςου τούτων αἰσθανόμενον καὶ ραως ἐνδιδόντα μὴ κακοδαιμονέςατον ἁπάντων εἶναι, προσευχόμενον ῖς θεοῖς ὅπως μὴ τοῦτο, μηδὲ τοῦτο, συμβῇ· καθάπερ εἴτις ἐν ὄμβρῳ ρευόμενος, σκέπασμα μὲν ἔχοι μηδὲν, εὔχοιτο δὲ μόνου ἕκαςον τῶν ιλαγμῶν διαφυγεῖν· πολὺ γοῦν τῶν ςαλαγμῶν συνεχέςερά ἐςιν ὶ δυσχερῆ παρὰ τῆς τύχης· ἤ, νὴ Δία, εἴτις πλέων, ἀντὶ τοῦ τοῖς αξι προσέχειν, ϗ τὸ προσπίπτον δέχεσθαι καλῶς, εὔχοιτο μηδὲν

τῶν κυμάτων κατὰ τὴν ναῦν γενέσθαι; Julianus Or. II. p. 97. D: ἀγαθὸς κυβερνήτης ἐξ ἀπειλῆς νεφῶν ῥαγείσης λαίλαπος, εἶτα (ἐπ' del.) αὐτοῦ τοῦ θεοῦ σείοντος τὸν βυθὸν καὶ τὰς ἠϊόνας· ἐνταῦθα γὰρ τοὺς μὲν ἀπείρους δεινὸν καὶ ἄτοπον κατέλαβε δέος· ὁ δὲ ἤδη χαίρει καὶ γάννυται, γαλήνην ἀκριβῆ καὶ νηνεμίαν ἐλπίζων. Johannes Chryſoſtomus Homil. Ad Antiochen. XVI. p. 179. E: Οὐχ ὁρᾷς τοὺς κυβερνήτας ὅτι τῆς θαλάσσης μαινομένης, νεφῶν διατρεχόντων, βροντῶν καταῤῥηγνυμένων, πάντων τῶν ἐπὶ τοῦ πλοίου θορυβουμένων, ἐπὶ τῶν οἰάκων αὐτοὶ κάθηνται χωρὶς θορύβου καὶ ταραχῆς, τῇ τέχνῃ τῇ ἑαυτῶν προσέχοντες καὶ σκοποῦντες ὅπως τὸν ἐπιόντα διακρούσωνται χειμῶνα.

169. B. .τὴν κεραίαν ὑφιῆσι, Φεύγει—θαλάσσης] Geminus eſt locus De Animi Tranq. p. 475. F: κυβερνήτης—ἕως οὐκ ἀπέγνωκε, τῇ τέχνῃ χρώμενος φεύγει, μάλα λαῖφος ὑποστολίσας, ἔστε ἐνέρτερον ἱστὸν ἐρεβώδεος ἐκ θαλάτλης ὑπέρσχῃ, τρέμων κάθηται καὶ πάλλόμενος: quæ turbata ad hujuſmodi ordinem redigenda videntur, ut ſimul dictum poetæ integrius appareat: κυβ.—ἕως οὐκ ἀπέγνωκε, τῇ τέχνῃ χρώμενος

Φεύγει, μέγα λαῖφος ὑποστολίσας ἐς ἐνέρτερον ἱστὸν,
Ἐρεβώδεος ἔκ τε θαλάτλης—.

i. e. *Fugit et ex mare tartareo et ex—magnum velum deducens ad inferiorem malum—.* Cæterum ante ὑπέρσχῃ inſerendum καὶ ἕως, *et dum eminet ſupra mare, dum nondum opprimitur fluctibus.* Antenna κέραια, *tranſverſum in ſummo malo lignum ex quo ſuſpenſum eſt velum,* exponit recte J. Schefferus De Militia Navali II. 5. p. 142. L. Bayſius De Re Nav. p. 120. itaque adhibuit Plutarchus in Cicerone p. 885. B.

169. B. Ἡσίοδος] Ἔργ. 463. Εὔχεσθαι δὲ Διῒ χθονίῳ Δημήτερί θ' ἁγνῇ—Ἀρχόμενος τὰ πρῶτ' ἀρότου, ὅταν ἄκρον ἐχέτλης Χειρὶ λαβὼν, ὅρπηκα βοῶν ἐπὶ νῶτον ἵκηαι—. Quod ex hoc loco reponendum erat ἀρότου pro vulgato ἀρότρου, unus præbet Anon.

169. B. τὸν Αἴαντα—] Iliad. H. 193.

169. C. ὁ Ἀγαμέμνων] Iliad. B. 382. 414. ubi Δός με Plutarchus fecit pro Πρίν με.

169. C. Ἀρετῆς γὰρ ἐλπὶς—πρόφασις.] Egregia ſententia, proverbii frequentiam habet, aliis tamen verbis prodita.

juſmodi eſt Philemonis ap. Theophilum ad Autolyc.
. p. 294: Οἱ γὰρ θεὸν σέβοντες ἐλπίδας καλὰς Ἔχουσιν εἰς ηρίαν. Similia haud pauca idem collegit II. p. 106.
. et nos in Epiſt. Crit. in Julianum p. 32. ſeq.

169. C. Ἰουδαῖοι σαββάτων ὄντων ἐν ἀγνάμπτοις καθεζόμενοι—] ſtat factum in primis celebratum ſub Antiocho Epiane et initiis Maccabæorum, proditum Maccab. I. 2. , ſequ. et Joſepho Antiq. Jud. XII. 6. 2. Talem Juum Syneſius Epiſt. IV. notat, cui p. 164. B. dicitur ὑχρῆμα Μακκαβαῖος, οἷος ἦν ἐγκαρτερῆσαι τῷ δόγματι. In tibus ſordidis, *non lotis a fullone*, ἐν ἀγνάπτοις, rectior ma recipi debet oblata ab Harl. Colleg. Nov. C. D. Plutarchus Sympoſ. VI. p. 691. D: περιςέλλοντες ἱμας ἀγνάπτοις: et mox 692. A: alterum de Catone Min. 764. B. cujus ἄγναμπτος animus notatur, qui intelligitur ιμπτος, *inflexibilis*. Conſulatur et Stephanus Theſ. L. . Indice p. 254. et 255: item Albertius ad Heſych. I. p. 56.

169. D. ἐν τοῖς ἀβαλήτοις καὶ περιςατικοῖς] De priore dixis p. 90. Alterum περιςατικὰ, *res cum periculo conjunctæ*, le vertit Xylander: exempla dictionis attulit Gatakerus M. Antonin. I. 12. p. 15: qui ibidem hanc notionem minis περιςάσεως, *caſus adverſi, temporis ancipitis* expli-: de quo item videndus J. Uptonus Indic. Epictet. et ırpatur Plutarcho Opp. Mor. p. 103. B. 137. B. 886. Hierocli ap. Stob. p. 414. 449. 461. Porphyrio De ſtin. I. 55. II. 9.

169. D. εἰλαπίναι—ὀργιασμοὶ καὶ κατευχαὶ θεῶν—] Primum e poeticum, nec Plutarcho ut proſaicum alibi adhibin. At ὀργιασμοὶ Opp. Mor. p. 758. F. 417. A. Vit. 647. 665. D. Phintys ap. Stob. p. 444, 445. Porphyr. De ſtin. II. 49. Jamblich. Vit. Pythag. §. 228. Denique ευχὴ bono ſenſu, exſtat Vit. 301. C. 968. A. 970. E: κατεύχεσθαι quod frequenter malo ſenſu eſt *devovere, ex-ari*, in meliorem partem uſurpatur, v. c. Opp. Mor. 108. F. Vit. 963. C. Jamblicho Vit. Pythag. §. 124. item animadvertit Caſaubonus ad Strabon. p. 1065.

169. D. Σαρδώνιον γέλωτα] *riſu dolorem animi diſſimulante.*

Utitur Plutarchus in C. Graccho p. 840. C. Dio Chryſ. Or. LXXX. p. 669. C. Originem cum variæ eruditionis copia prodit Zenobius V. 85. unde ſua habet Suidas et partim Apoſtolius. Nam apud Diogenianum VIII. 5. Σαρδόνιος γέλως· ἐπὶ τῶν χαιρέσης ψυχῆς γελώντων· quod bona fide redditur: *de iis qui animo bilari rident.* Addenda negatio, ut ſit ἐπὶ τῶν οὐ χαιρούσης ψυχῆς γελώντων.

169. D. τέτοις ποιεμένοις] Fortaſſe Dativus hic nonnullis novus accidat; quippe ſi a γελῶντα penderet, requirat Præpoſitionem veluti γελῶντα ἐπὶ τούτοις γέλωτα Σ. vel ἐπιγελῶντα τούτοις γ. Σ. Nunc intelligendus eſt *Dativus Conſequentiæ,* qui ſubinde a Plutarcho pro Genitivo Conſequentiæ adhibetur. Cujus animadverſionis documento ſatis eſt locos notaſſe, quos ſuo ipſe quiſque ſtudio pervolvat. Ergo hi ſunt noſtra quidem ſententia: Opp. Mor. 116. B. Vit. 129. C. 149. E. 268. A. 385. B. 386. D. 710. C. 727. E. 733. F. 735. B. Nam aliquantum a præſente loco differunt aliæ rationes: veluti, συνελόντι εἰπεῖν, de quo J. F. Heuſingerus ad Plutarch. De Educat. p. 108. aut ἐμοί γε κριτῇ: aut cujuſmodi eſt conjunctio Dativi cum Genitivo Conſequentiæ obſervata Abreſchio Animadv. Æſchyl. Lib. III. p. 333.

169. E. Πόλις δ' ὁμοῦ—] Sophoclis Œdip. Tyr. 4: nobilis locus, de quo diximus p. 95.

169. E. Πυθαγόρε λόγον—] Plutarchus Defect. Orac. p. 413. B. in ſimili argumento: ὥςε κατὰ κράτος ἐξελέγχεσθαι τὸν Πυθαγόραν εἰπόντα, βελτίςες ἑαυτῶν γίνεσθαι τοὺς ἀνθρώπες ὅταν πρὸς τες θεοὺς βαδίζωσιν. Refertur huc narratio Scriptoris Incerti De Vita Pythagoræ apud Photium, §. 5: Ἔλεγον δὲ τὸν ἄνθρωπον αὐτὸν ἑαυτοῦ βελτίω κατὰ τρεῖς τρόπες γίνεσθαι· πρῶτον μὲν τῇ ὁμιλίᾳ τῇ πρὸς τοὺς θεούς· ἀνάγκη γὰρ προσιόντα αὐτοῖς, κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, χωρίζεσθαι αὐτὸν πάσης κακίας, εἰς δύναμιν ὁμοιεῦντα ἑαυτὸν τῷ θεῷ. Cicero De Leg. II. 11: *Et illud bene dictum eſt a Pythagora, doctiſſimo viro, tum maxime et pietatem et religionem verſari in animis, cum rebus divinis operam daremus.* Seneca Epiſt. XCIV. p. 352: *Pythagoras ait, alium animum fieri intrantibus in templum, deorumque ſimulacra ex vicino cernentibus, et alicujus oraculi*

perientibus vocem. Geminam fere laudat ſententiam Ari- ɔtelis Quæſt. Nat. VII. 30: *Egregie Ariſtoteles ait, num- iam nos verecundiores eſſe debere, quam cum de Diis agitur. intramus templa compoſiti, ſi ad ſacrificium acceſſuri vul- m ſubmittimus, togam adducimus, ſi in omne argumentum odeſtiæ fingimur; quanto hoc magis facere debemus, cum de leribus, de ſtellis, de Deorum natura diſputamus, ne quid mere, ne quid impudenter aut ignorantes affirmemus, aut ientes mentiamur.* Ab ejuſdem officii præcepto profectus ſſerit Epictetus II. 8. p. 206.

169. E. φαύλοις] Hac notione vocabulum adhibuit Plut- chus Opp. Mor. 771. B. 971. E. 972. A. Vit. 496. E. ı8. D. 1039. C.

169. E. χαιαῖς δρακόντων] Plutarch. Defect. Orac. p. 418. . Homer. Iliad. X. 93. 95. Ariſtides T. I. p. 20.

169. E. ἀσέβειαν εἶναι—τὴν δεισιδαιμονίαν.] Tale eſt Epicuri ſatum ap. Diog. Laert. X. 123: ἀσεβὴς δὲ οὐχ ὁ τοὺς τῶν ολλῶν θεοὺς ἀναιρῶν, ἀλλ' ὁ τὰς τῶν πολλῶν δόξας θεοῖς προσ- ·ἅπτων. Philo Jud. De Temulentia p. 256. C: ὁ ἀπερίσκε- ος—κατειργάσατο τοὐναντίον οὗ προσεδόκησεν, ἀντὶ ὁσιότητος ίβειαν· τὸ γὰρ πολύθεον ἐν ταῖς τῶν ἀφρόνων ψυχαῖς, ἀθεότης.

ι69. F. Ἀναξαγόρας—] Hanc ejus opinionem plurimi morarunt, quos citant Menagius ad Diog. Laert. II. 8. et Daviſius ad Maxim. Tyr. XXV. 3. p. 595.

59. F. Κιμμερίους—] Fabula orta ex vulgari de Cim- is opinione, quam multi memorarunt: Plutarchus o p. 411. F: Strabo I. p. 12. B. III. p. 222. B: om- ıuctore Homero Odyſſ. Λ. 15. ubi hinc pleraque ad- Euſtathius. Inde proverbium *Cimmeriæ Tenebræ*, de ·raſmus p. 285.

. F. Τί σὺ λέγεις] Formula reprehendendi ab initio tiæ, tamquam in præſentem adverſarium conjecta. ›ra p. 77. F: ſimiliter ad præſentem 83. C. 90. B.

'o. A. ἐπὶ θύραις μὴ ἔλθῃς] Sic libri noſtri: et tamen ίρας poſtulat: quod non niſi Exempl. Turneb. ha- Reiſkius vult. Dicitur enim ἐπὶ θύρας τινὸς ἔρχεσθαι, ναι, et ἐπὶ θύραις τινὸς εἶναι: et uſurpatur fere de po- ιus, certe de iis, quibus alii honoris aut petitionis

cauſſa, domum ventitandi, adeundi, viſendi, ſalutandi, officium præſtant: quod Horatius Epod. II. 7. ſignificat a viro ſimplici agris colendis dedito non factitari, *Forumque vitat, et ſuperba civium Potentiorum limina.* De regibus, in primis Perſarum, frequens eſt dictio ἐπὶ βασιλέως θύρας φοιτᾷν· et ἐπὶ β. θύραις εἶναι. Itaque apud Plutarchum ſæpe eſt *ἐπί τινος θύρας venire*, Vit. p. 379. D. 424. A. 487. E. 599. C. ubi legendum ἐπὶ pro περί. 777. B. 864. F. 868. D. 925. A. 1056. C. At *ἐπί τινος θύραις eſſe*, Opp. Mor. 816. B. Vit. 294. B. 436. C. 591. B. 646. C. Ariſtoph. Nub. 467. Neque tamen diffiteor alterum a nobis repudiatum, bis legi in Plutarcho. v. c. Nicia p. 526. A. *οἱ δὲ φίλοι τοῖς ἐπὶ ταῖς θύραις φοιτῶσιν ἐνετύγχανον.* Catone Min. p. 769. C: *κατ' ἀγορὰν προσιὼν καὶ φοιτῶν ἐπὶ θύραις.* Attamen, meo quidem judicio, utrobique corrigendum θύρας. Sic et Ariſtides T. II. p. 43.

170. A. *ἀποτυμπανιεῖ*—] Non infrequens verbum, nec tamen eadem ac diſerta ſignificatione; nam univerſe eſt *verberare*, ut *τυμπανίζειν*, ſed addita præpoſitio adfert notionem *ad finem verberare:* quod eſt vel ejuſmodi, ut verberatus inter verbera moriatur, *fuſtuarium:* vel, ut vivus dimittatur, quæ *fuſtigatio* quibuſdam dicitur. Ita niſi ex tota narratione rei appareat, notio cujuſque loci fere ambigua eſt. Sic adhibet Plutarchus Opp. Mor. p. 778. E. 968. E. 1049. D. Vit. 455. A. 1056. D. Beroſus ap. Euſeb. Præp. Evang. p. 455. D. Athenæus V. p. 214. D: qui IV. p. 154. C. ponit pro antegreſſo *τὴν κεφαλὴν ἀποκοπῆναι πελέκει.* Plura de hujus verbi uſu petantur a Gatakero in Adverſar. Poſthum. p. 908. ſeq. et Spanhemio ad Ariſtoph. Plut. 470.

170. A. *θηρίον ἔχων τοῖς καρποῖς ἐφῆσε*—] Significatur Diana, quæ aprum Calydonium in Œnei ſata immiſit. Iliad. I. 537. quod item tangit Lucianus De Sacrificiis T. I. p. 526.

170. A. *Θυάδα, Φοιβάδα, Μαινάδα, Λύσσαδα*] Scitus plane dactylicus, inſigni nominum, numerorum, proprietatum paritate. Res eadem ſupra p. 22. A. nobis animadverſa.

170. B. *αἵ τε καλλιχόνα—συμπλεχθεῖσα*] Suſpicati ſumus

ſubeſſe verſus trochaicos dimetros hypercatalectos, quales appoſuimus:

Ἦτ' ἐπ' ἀγχόνας ἀΐξασαν,
Ἦτε καὶ λεχὼ 'νακαύσαεν,
Ἦτε κἀκ νεκροῦ μιανθεῖσα
Κἂν πεφυρμένα γ' ἐπεισῆλθεν,
Ἦτε κἀν τριόδῳ καθαρμάτεσσιν,
Ἐπισπωμένα, παλαμναίῳ
Συμπλέκοι σε—.

Varietatem in libris hanc deprehendimus. Exempl. Turneb. dat —κἂν λεχὼ ἀνακάνασα ἐκ νεκρῶν μαιμῷ τῷ αἵματι ἐκ τριόδων καθάρματα συνεπισπωμένα—. Anonym. item eouſque, excepto quod habet ἀνακαύσασα ἐν νεκρῶν αἵματι. T. V. harum enim videtur lectio, nullo appoſito nomine ad calcem editionis Græco-Latinæ —κἂν λεχὼ ἀνακαύσασα—τρίοδον ἐκ νεκρῶν αἵματι καθάρματα συνεπισκοπούμενα—. Mez. αἴτε κἂν λεχὼ ἀνακναίουσα, αἴτε κἂν ἐκ νέβρας μαίνουσα, ἀναπεφυρμένα εἰσῆλθες· αἴτε καὶ ἐκ τριόδων καθαρμάτεσιν ἐπισπωμένα: quam lectionem a conjectura profectam ultro apparet. Præterea in ſingularibus vocabulis hæc varietas exſtat: Verſu II. Harl. καλεφῶνα pro καὶ λεχώ. III. ἐκέκρος μ' οὖσα pro ἔκκεκρος μαίουσα, Harl. IV. εἰσῆλθες pro ἐσῆλθες, Harl. V. in αἵ τε καὶ ἐκ τριπόδων, C. omittit αἳ, Venetus omittit καί: ibidem pro καθ' ἑρμάτευσιν, Colleg. Nov. καθ' ἑρμάτεσιν, et C. E. Harl. καθερμάτεσσιν. VI. pro ἐπισπωμένα Moſc. 1. ἐπιπλωμένα. Quibus ex ruderibus ſi quis proficere poſſit ad veterem ſcripturam integriorem efformandam, næ ego eum et mirabor et laudabo. Nunc nos ſententiæ a nobis conſtitutæ rationem reddamus. Verſ. I. Significatur Diana fœminam terrens, ut in toto hoc loco. Cauſſas naturales opinionis aperit Hippocrates v. c. περὶ παρθενίων p. 562: —ἀπὸ τῆς τοιαύτης ὄψιος πολλοὶ ἤδη ἀπηγχονίσθησαν· πλέονες δὲ γυναῖκες ἢ ἄνδρες·—ὑπὸ δὲ τῆς περὶ τὴν καρδίην πιέξεως ἀγχόνας κραίνουσιν·—φρονησάσης δὲ τῆς ἀνθρώπου, τῇ Ἀρτέμιδι αἱ γυναῖκες ἄλλά τε πολλὰ, ἀλλὰ δὴ καὶ πολυτελέστατα τῶν ἱματίων καθιεροῦσι τῶν γυναικείων, κελευόντων τῶν μάντεων, ἐξαπατώμεναι—. Similia præcipit auctor De Morbo Sacro p. 303. quem citavimus ad p. 166. A. Dianæ, Hecates, et Lunæ,

conjuncta eſſe numina, neminem fugit. Illis etiam ſuſpendii eſſe communionem, quibuſdam indiciis ſignificatur: veluti quod narrat Callimachus apud Euſtathium Odyſſ. M. p. 1714: καὶ Καλλίμαχος οὖν ἐν ὑπομνήμασι τὴν Ἄρτεμιν ἐπιξενωθῆναί φησιν Ἐφέσῳ υἱῷ Καΰςρου, ἐκβαλλομένην δὲ ὑπὸ τῆς γυναικὸς, τὸ μὲν πρῶτον μεταβαλεῖν αὐτὴν εἰς κύνα, εἶτ' αὖθις ἐλεήσασαν ἀποκαταςῆσαι εἰς ἄνθρωπον· καὶ αὐτὴν μὲν αἰσχυνθεῖσαν ἐπὶ τῷ συμβεβηκότι, ἀπάγξασθαι· τὴν δὲ θεὸν περιθεῖσαν αὐτῇ τὸν οἰκεῖον κόσμον, Ἑκάτην ὀνομάσαι. Et conjuncta eſt cauſſa cultæ apud Arcades Ἀρτέμιδος ἀπαγχομένης de qua prodit Pauſanias VIII. 23. et Callimachus ap. Clementem Alex. Protrept. p. 24. C: Ἄρτεμιν δὲ Ἀρκάδες, Ἀπαγχομένην καλουμένην, προτρέπονται, ὥς φησι Καλλίμαχος. Cæterum dictio eſt exquiſita eademque Euripidi adhibita Phœniſſ. 331: —ἀνῆξε μὲν ξίφους Ἐπ' αὐτόχειρά τε σφαγὰν, Ὑπὲρ τέρεμνα τ' ἀγχόνας. Sic et Philo Jud. De Nomin. Mutat. p. 1054. A: τῆς μὲν φρενοβλαβείας οὖν οὐκ εἰς μακρὰν ἔδωκε τὴν ἁρμόζουσαν δίκην· ἀπὸ γὰρ μικρᾶς καὶ τῆς τυχούσης προφάσεως ἐπ' ἀγχόνην ᾖξεν. Maximus Tyrius Diſſ. XXVI. 9. p. 319: οἰςρούμεναι δὲ ὑπὸ τοῦ πάθους πρὸς τὴν ὕβριν—ᾖξαν δὲ οἱ δυςυχεῖς ἐπὶ βρόχον πάντες ἑξῆς. Similes cum eodem Verbo formulas notat Tib. Hemſterhuſius ad Ariſtophanis Plut. 732. Ejuſdem formæ eſt quod dixit Plutarchus De Mulier. Virt. p. 249. B: πάσαις—πρὸς ἀγχόνην ὁρμὴ περιμανὴς ἐνέπιπτε.

Verſu II. Puerperii quoque tutelam habet Diana, ut novimus ex Plutarcho p. 264. C. 658. E. et multis teſtibus, Orpheo Hymn. XXXV. 4. Callimacho H. in Dian. 23. ubi et alios citavit Spanhemius: Cornuto De Nat. Deor. p. 232. ſeq. Euſtathio ad Iliad. Λ. 270. p. 863. 61. Sed et malum ac difficilem partum immittere ſolebat, ut notat Callimachus 127; eidemque ſubitæ mulierum mortes tribuebantur, notante Euſtathio p. 636. 3. 637. 15. 1171. 25. Et ſimilia Hippocrates p. 303. et 562. ſupra memoratus, Tale exemplum puerperæ a Dæmone vexatæ narrat Pſellus De Op. Dæm. p. 101. In ἀνακαύσειεν, *excitet*, *incendat*, rationem habuimus ſententiæ et conſuetudinis: ſic Plutarch. p. 1089. A: ἀνακαλῇ τὴν ὄρεξιν: et tralata notio refertur etiam ad Hecates faces ut in Sopho-

clis dicto ap. Schol. Apoll. Rhod. II. 1213: —*καίουσα ἱεϱὰς τριόδους, στεφανωσαμένη δρυσὶ καὶ πλεκτοῖς ὠμῶν σπείρησι δϱακόντων*. Ita Brunckius edidit T. II. Fragm. p. 27: at Valckenarius in Diatrib. p. 167. *ναίουσα*. Hinc *δᾳδοφόρος* Bacchylidæ dicitur apud Schol. Apoll. Rhod. III. 4. 67. quem correxit Ruhnkenius ad Hymn. in Cer. 24. *Ἑκάτα δᾳδοφόϱος, Νυκτὸς μεγαλοκόλπου θύγατερ*· ubi *μελανοκόλπου* ſcribendum putem. Neque vero ſi quis legat *ἀνακναίσειεν*, repugnem; *rodendi* notio non abhorret a re propoſita: et ipſis puerperis dabatur malum quod *roderent*, quaſi ſe rodendo adverſus rodentem Deam tuerentur: quod, ni fallor, Plautus ſignificare voluit Amphitryone II. 2. 91: *Enim vero prægnanti opportet et malum et malum dari; Ut quod obrodat, ſit, animo ſi male eſſe occœperit.*

Sed quamvis ipſa præſes puerperii, tamen qui id attigiſſent, et ipſas puerperas, averſabatur, et tamquam impuros a ſacris ſuis arcebat. Atque huc videtur totius argumentum fragmenti ſpectare, quod Dea impuros ac pollutos aliqua corporis parte homines vexans, tamen ipſa in purgamentis triviorum verſetur. Hujus eſt reprehenſio Euripidis in Dianam Iphig. Taur. 380: *Τὰ τῆς θεοῦ δὲ μέμφομαι σοφίσματα, Ἥτις, βροτῶν μὲν ἄν τις ἅψηται φόνου, Ἢ καὶ λοχείας, ἢ νεκροῦ θίγῃ χεροῖν, Βωμῶν ἀπείργει, μυσαρὸν ὡς ἡγουμένη. Αὐτὴ δὲ θυσίαις ἥδεται βϱοτοκτόνοις*. Theophraſtus in Charactere Superſtitioſi: —*οὔτε ἐπιβῆναι μνήματι, οὔτ᾽ ἐπὶ νεκρὸν ἐλθεῖν, οὔτ᾽ ἐπὶ λέχοι*, ubi forte legendum *ἐπὶ λεχὼ*, *ad puerperam*, Cornutus p. 232. Porphyrius De Abſtin. IV. 16. p. 353. in Eleuſiniis proditum ſcripſit *καὶ ἐπίσης μεμιάνθαι τῷ τε λέχους ἅψασθαι, ὡς τῷ θνησειδίων*· *et æque contaminari tactu puerperæ et animalium mortuorum*; ita enim corrigendum præeunte partim eruditiſſimo Abreſchio. Idem ibidem p. 365. apponit Euripidis locum relatum Grotio Excerpt. p. 391. Muſgravio T. III. p. 557. ubi *montanæ Deæ* mentionem faciens myſta Jovis Idæi, illius quoque abſtinentiæ religionem canit: —*ματρί τ᾽ ὀρείᾳ δᾷδας ἀνασχὼν —πάνλευκα δ᾽ ἔχων εἵματα φεύγω, γένεσίν τε βροτῶν, καὶ νεκροθήκης οὐ χριμπτόμενος*—∸· diſerte vertit Grotius —*fugio Partus hominum, quæque ſepultos Monumenta tenent.* Jam Tri-

viæ nomen neminem fugit: et purgamenta in τριόδους projici ſolita, erudite docet Harpocration in voce 'Οξυθύμια, ubi τὰ ἑκαταῖα *Hecates aræ* quo ſcilicet τὰ καθάρματα deferebantur, ſervanda vetus lectio, pulſa nova 'Εκαταῖος· ut recte monet Tib. Hemſterhuſius ad Luciani T. I. p. 330. illa, εἴ που εὕροι ἐν τῇ τριόδῳ 'Εκάτης δεῖπνον κείμενον, ἢ ᾠὸν ἐκ καθαρσίου, ἤ τι τοιοῦτο, eruditiſſime hanc religionem explicans: cui adjungatur J. Meurſius ad Lycophronem 1158. et 1176. Per hæc καθάρματα, *ſanguinem* et per *ſepulcra* incedere credebatur: ex qua opinione Theocritus Id. II. 12: Τᾷ χθονίᾳ θ' 'Εκάτᾳ, τὰν καὶ σκύλακες τρομέοντι 'Ερχομέναν νεκύων ἀνά τ' ἠρία καὶ μέλαν αἷμα. De ipſa Hecates forma ex opinione magica operæ pretium eſt legere Porphyrium De Abſtin. III. 17. IV. 16. et apud Euſebium Præp. Evang. IV. p. 175. C. V. 201. D. 202. D: ubi, qui ei tribuuntur angues e capite dependentes capillorum inſtar conveniunt cum *implicandi* negotio, ut illis anguibus quis implicitus adſtringatur τῷ παλαμναίῳ: eſtque hoc loco *piaculum*, *ſcelus*, *cædes*; nam aliis etiam locis *numen* et *conſcientia ſceleris ejuſque pœna*, item *vetus peccatum* ſignificatur: qua de re conſulantur Harpocration, Heſychius et quos ibi citavit Albertius, tum Spanhemius ad Juliani Cæſares fin. p. 147. edit. Heuſinger. et Plutarchus habet Opp. Mor. p. 297. A. 418. B. Vit. 219. D. 922. B. 1067. A. Eurip. Iphig. Taur. 1226. Plautus in Moſtellaria II. 2. 45. de ſpectro domi habitatores territante, vim Græci nominis ſecutus eſt. *Scelus, inquam, factum 'ſt jamdiu antiquom et vetus.—Hoſpes necavit hoſpitem captum manu—.* Furores hos Dianæ ejuſque iræ imputari ſolitos modo monuimus ex Hippocrate: et ſpectat eodem illud Horatii A. P. 453: *Ut mala quem ſcabies aut morbus regius urget, Aut fanaticus error et iracunda Diana, Veſanum tetigiſſe timent fugiuntque poetam, Qui ſapiunt—.* Univerſe ſub Hecates nomine ſignificat Dio Chryſ. Or. IV. p. 73. D: εἰώθασιν ἔνιοι τῶν περὶ τὰς τελετὰς καὶ τὰ καθάρσια μῆνιν 'Εκάτης ἱλασκόμενοί τε καὶ ἐξάντη φάσκοντες ποιήσειν· ἔπειτα, οἶμαι, φάσματα πολλὰ καὶ ποικίλα πρὸ τῶν καθαρμῶν ἐξηγούμενοι καὶ ἐπιδεικνύντες, οἷά φασιν ἐπιπέμπειν χολουμένην τὴν θεόν.

170. C. Ἐξ μὲν θυγατέρας—] Iliad. Ω. 604.

170. C. ὠμότητα ϗ πικρίαν.] Ad hunc locum Anon. po-
ſuit *Demoſth. Ep.* 3. *p.* 18: ſcilicet ibi hæc nomina item
jungi, noſtris pag. 116. D. Et Plutarcho junguntur Theſ.
p. 3. C. Mario 433. C. Ser. Num. Vind. 565. C. Juliano
Or. I. p. 40. B. Sic πικρὸς καὶ ὠμὸς, Plutarch. Virt. Mor.
p. 452. A. Liban. Declam. XIX. p. 507. C. Johannes
Chryſ. Homil. Antioch. III. p. 48. D.

170. D. —τοῦ ἐγὼ μέσον ἧπαρ—] Iliad. Ω. 212.

170. D. Τὴν δὲ Συρίαν θεόν—] Plane conveniunt cum
Menandri dictione, quam ſervavit Porphyrius De Abſtin.
IV. 15: —παράδειγμα τοὺς Σύρυς λάβε· Ὅταν φάγωσιν ἰχθὺν
ἐκεῖνοι διά τινα Αὑτῶν ἀκρασίαν, τοὺς πόδας ϗ γαςέρα Οἰδοῦσιν·
σάκκιον ἔλαβον, εἰς θ' ὁδὸν Ἐκάθισαν αὐτοὶ ἐπὶ κόπρυ, καὶ
τὴν θεὸν Ἐξιλάσαντο τῷ ταπεινῶσαι σφόδρα. Fortaſſe hæc tra-
diderat Antipater Tarſenſis libro quarto De Superſtitione,
unde ſimilia de hac re profert Athenæus VIII. p. 346. D.
De hac Syrorum religione ſubinde Veteres injiciunt men-
tionem, et recentiores eorum interpretes ſibi animadver-
ſionis argumentum faciunt, neque fere hunc Menandri
et Plutarchi locum ſilentio prætereunt: Joſ. Scaliger ad
Manil. IV. 800. hos apud Martialem IV. 43. *Syrios tumo-
res* intelligit. Iſ. Caſaubonus illud Perſii V. 186. *deos in-
flantes corpora* huc refert: et ad Theophraſti Charact. XIX.
λέκη ἔχειν ἐν τοῖς ἀντικνημίοις, frequentem Athenis δυσχέρειαν
fuiſſe ſuſpicatur. Similia de re ipſa notarunt Seldenus De
Diis Syris II. 3. Voſſius Idol. Gentil. I. 23. quos laudat
Daviſius ad Cic. N. D. III. 16. Weſſelingius ad Diod.
Sic. II. 4. Viri Docti ad Lucian. De Dea Syria T. III.
p. 460. J. Upton. ad Epictet. Diſſ. I. 9. p. 38.

170. D. ἐμπλήκτυς—] *temerarios, ſine conſilio et ratione
agentes*. Sic de Diis Iſocrates Areopag. p. 250: τὰ παρὰ
τῶν οὐκ ἐμπλήκτως οὐδὲ ταραχωδῶς αὐτοῖς συνέβαινεν, ἀλλ' εὐ-
καίρως. Notavimus de nominis uſu p. 149. B.

170. E. χρυσοῦς ἀνιςᾶσιν] *aureas iis ſtatuas ponunt*. Ita
χρυσοῦν τινὰ ἱςάναι et ἀνιςάναι, et χρυσοῦς ἵςαμαι, χαλκοῦς, et
alii et Plutarchus, v. c. Vit. p. 295. C. 362. B. 984.
A. Dio Chryſ. p. 334. A. 342. D. 343. C. 344. D. 456.

C. 461. D. Simpliciter *ἀνιςάναι τινὰ* Plutarch. Mor. p. 837. D: et *ἱςὼς*, *is cui ſtatua poſita eſt* 395. B. 753. F.

170. E. *κάρτα θύοντες*] Si Plutarchus ita ſcripſit, neceſſe ſit eum ſpectaſſe dictum aliquod poetæ, certe Ionica formula uſi ſcriptoris; ſiquidem nec ipſe ex ſua perſona, nec alius quiſquam, Attice aut communiter Græce loquens, vocabulo *κάρτα* utitur. Sed hoc dictum quum apud alium ſcriptorem, quem Plutarchus imitari potuerit, nondum deprehenderemus, non omnino repudianda eſt altera codicum lectio *κάρα σείοντες*, *capita moventes*, quod eſt *improbantium:* v. c. apud Sophoclem Antig. 296: *—ἀλλὰ ταῦτα καὶ πάλαι πόλεως Ἄνδρες μόλις φέροντες ἐῤῥόθουν ἐμοὶ, Κρυφῆ κάρα σείοντες.* Hippocratis Epiſt. XX. p. 20. B: *καὶ ὁ Δημόκριτος ὑπακούων, τὰ μὲν ἐμειδία, τὰ δὲ ἐξεγέλα, καὶ οὐκέτι οὐδὲν ἔγραφεν, τὴν δὲ κεφαλὴν θαμινὰ ἐπέσεισεν.* Plutarch. Apophthegm. Lac. p. 235. C: *ὁ πρεσβύτης κινήσας πολιόν τε κάρη πολιόν τε γένειον, καὶ δακρύσας, Οἴμοι τῶν κακῶν, φησὶν,—* quæ partim Homerica ſunt ex Iliad. X. 74. Hujuſmodi adulatorum ingenia notat Philo Jud. De Migr. Abrah. p. 405. B: *τοὺς κόλακας οὐχ ὁρᾷς, οἳ μεθ' ἡμέραν καὶ νύκτα ἀποκναίουσι τῶν κολακευομένων τὰ ὦτα θρύπτοντες, οὐκ ἐπινεύοντες ἐφ' ἑκάστῳ τῶν λεγομένων αὐτὸ μόνον, ἀλλὰ καὶ ῥήσεις μακρὰς συνείροντες καὶ ῥαψῳδοῦντες, καὶ εὐχόμενοι μὲν τῇ φωνῇ πολλάκις, ἀεὶ δὲ τῇ διανοίᾳ καταρώμενοι; τί οὖν ἄν τις εὖ φρονῶν εἴποι; ἆρ' οὐχ ὥσπερ ἐχθροὺς μᾶλλον ἢ φίλους τοὺς λέγοντας ὄντας, καὶ ψέγειν μᾶλλον ἢ ἐπαινεῖν, κἂν δράματα ὅλα συντιθέντες ἐγκωμίων ἐπᾴδουσι.*

170. E. *Ἀλέξανδρον—Γάϊον.*] Perperam Reiſkius Alexandrum intellexit Pheræum, et hæret in nomine *Hermolai*, quod illius percuſſor *Pytbolaus* fuiſſet. Atqui *Ἀλέξανδρος* ſic nude dictus ſignificatur *ὁ πάνυ*: et in iis, qui adverſus eum conjurarunt, *Hermolai* haud obſcurum fuit nomen, memoratum et Plutarcho in Alex. p. 696. C. Arriano IV. 13. 14. Curtio VIII. 6. 7. *Pauſanias* Philippi, patris Alexandri, ſatelles, ejuſdem interfector fertur, Ariſtoteli Republ. V. 10. Diodoro Sic. XV. 94, 95. Valerio Max. I. 8. Ext. 9. Juſtino IX. 6. Æliano Var. Hiſt. III. 45. *Caſſius Chærea*, princeps conjuratorum, C. Cæſarem Caligulam occidit; ut ait Tacitus Ann. I. 32: *Caſſius Chærea, mox*

cæde C. Cæſaris memoriam apud poſteros adeptus—. Suetonius C. Calig. 56—58. Dio Caſſius LIX. 29.

170. F. Ἢ σ' ἂν τισαίμην—] Iliad. X. 20.

170. F. ἀσθενέϛερός ἐϛιν ἢ ὥϛε δοξάζειν—] Vetus lectio ἀ. ἐ. ἢ τοῦ δ. merito Reiſkium offendit. Poterat etiam dici ſimpliciter, ἀσθενέϛερός ἐϛιν δοξάζειν, vel —ἢ δοξάζειν, vel ὥϛε δοξάζειν: at ἀ. ἐ. ἢ τοῦ δοξάζειν dici non poterat. Expoſuimus formas hujus dictionis in Biblioth. Crit. Vol. III. Part. II. p. 63.

p. 171. A. Οὐ γὰρ ἐν οὐρανῷ τι μεμπτὸν—] Redolet hæc dictio diſputationem Stoici adverſus Epicureos, cujuſmodi eſt illa apud Ciceronem Nat. Deor. II. 34: *Mundi adminiſtratio nihil habet in ſe quod reprehendi poſſit: ex iis enim naturis quæ erant, quod effici optimum potuit effectum eſt. Doceat ergo aliquis, potuiſſe melius. Sed nemo umquam docebit.* Sæpe id inculcavit Chryſippus, teſte Plutarcho De Repugn. Stoic. p. 1051. B: περὶ τοῦ μηδὲν ἐγκλητὸν εἶναι μηδὲ μεμπτὸν ἐν τῷ κόσμῳ πολλάκις γεγραφώς—.

177. A. γ'.] In Amatorio p. 770. C. Alcibiade p. 192. A. cum narrationis copia Ælianus Var. Hiſt. XIII. 4: *Ἀρχέλαος ὁ βασιλεὺς ἑστίασιν παρεσκεύασε πολυτελῆ τοῖς ἑταίροις· προϊόντος δὲ τοῦ πότου, ζωρότερον πιὼν Εὐριπίδης ὑπήχθη πως κατ' ὀλίγον εἰς μέθην· εἶτα συγκλιθέντα αὐτῷ Ἀγάθωνα τὸν τῆς τραγῳδίας ποιητὴν περιλαβὼν κατεφίλει τεσσαράκοντα ἐτῶν που γεγονότα. Τοῦ δὲ Ἀρχελάου πυθομένου, εἰ καὶ νῦν ἔτι ἐρώμενος αὐτῷ δοκεῖ εἶναι, ἀπεκρίνατο, Ναὶ μὰ Δία· οὐ γὰρ μόνον τὸ ἔαρ τῶν καλῶν κάλλιστον, ἀλλὰ καὶ τὸ μετόπωρον.* Quo loco *ἐρώμενος* accipiendus *amaſius*. Quaſi verſus eſſet ex Tragœdia, in Fragmentis ponitur Incert. CXXIV.

177. B. δ'.] De Fortuna et Virt. Alexandri II. p. 334. B: *Ἀρχελάῳ δὲ δοκοῦντι γλισχροτέρῳ περὶ τὰς δωρεὰς εἶναι, Τιμόθεος ᾄδων ἐσήμαινε πολλάκις τουτὶ τὸ σκωμμάτιον, "Σὺ δὲ τὸν "γηγενέταν ἄργυρον αἰνεῖς·" ὁ δὲ Ἀρχέλαος οὐκ ἀμούσως ἀντισυνεφώνησε, Σὺ δέ γ' αἰτεῖς·* quo loco legendum *κομμάτιον* et *ἐνεσήμαινε*. Sic *κομμάτιον* ſæpe dicitur: v. c. Plutarcho, Ser. Num. Vind. p. 566. E. Ariſtidi T. II. p. 412: item *κόμμα*. Plutarcho Mor. p. 862. F. 1011. D.

177. C. ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΤΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΠΑΤΡΟΣ.] Caput hoc tantam habet exemplorum copiam, quantam pleraque capita, quorum Apophthegmata ſumta ſunt ex Vitis, quas adhuc habemus, veluti Alexandri, Themiſtoclis, Phocionis, Fabii Maximi, Pauli, Catonis, Pompeii, Ciceronis, Cæſaris, aut ex Vitis, quæ interciderunt, veluti Epaminondæ, Scipionis utriuſque, Cæſaris Auguſti; ut fere eam in cogitationem inducar, ut putem, Plutarchum hujus quoque Philippi Macedonis Vitam conſcripſiſſe, licet ejus Vitæ nuſquam mentionem factam reperiamus. Cæterum ad complures partes rerum Philippi rectius cognoſcendas operæ pretium fecit Valckenarius noſter in Annotationibus ad Orationem ſuam De Philippo, editam cum aliis ſuis et Hemſterhuſii Orationibus Lugd. Bat. anno MDCCLXXXIV.

177. C. α'] Tenemus adhuc noſtram conjecturam. Ra-

e uſu *μεταξὺ* accipiendum eſt pro *poſtea*, *τῶν μεταξὺ βα-*
ων, *quam reges ſequentes*. Sic eſt in Apophthegm. La-
p. 214. E. Inſtitut. Lacon. p. 240. B: *οὔτε συνεςρά-*
ν οὔτε τούτοις, οὔτε τοῖς μεταξὺ Μακεδονικοῖς βασιλεῦσιν·
e Xylander, *neque bis neque aliis deinceps Macedonum*
bus ſocios ſe expeditionum præbuerunt. Joſephus Bell.
V. 4. 2: *Δαυΐδου καὶ Σολομῶντος, ἔτι δὲ τῶν μεταξὺ τῶ-*
βασιλέων φιλοτιμηθέντων περὶ τὸ ἔργον: *quum Davides et*
mon, tum vero etiam ſequentes reges ſummum ſtudium in
opere poſuiſſent. Item Lucas Act. Apoſt. XIII. 42. *τὸ*
ξὺ Σάββατον, eſt *Sabbathum proxime ſequens*. Igitur
l temere hujus particulæ hanc quoque *μετ' ὀλίγον* ſig-
ationem exhibet Heſychius: *Μεταξύ· ἐξαίφνης· μετ'*
ν· ἀνὰ μέσον. Quædam in hanc rem dedit Jac. Peri-
us Origin. Babyl. VI. p. 114. Nam in Herodoto IV.
: —*οἴχετο μεταξὺ ἀπολιπών*, communis valet forma, ſub-
endo *θεσπίζων* ex antecedentibus, *interea dum hæc va-*
aretur, relinquens eum abiit: quamquam Weſſelingius
s etiam exquiſitioris ſignificationis cognitionem adhi-
Theophraſtus ſubinde a Plutarcho teſtis citatus cum
o *ἱςορεῖ*, *ἱςόρηκε*, v. c. Opp. Mor. p. 648. C. 700. D.
A. 914. A. 953. C. 1006. C. Vit. 96. D. 124. C.
E. 173. A. 440. B. 529. C. 596. F. 850. C: nam
ınt nonnulla ejus ſcripta argumenti hiſtorici, veluti
ινήματα ἱςορικὰ, *Περὶ βασιλείας*, *Καλλισθένης*· et in cæte-
liarum doctrinarum ſcriptis, exemplo magiſtri Ariſto-
, frequentia ſparſit hiſtoriæ exempla. Titulos librorum
ophraſti diligentiſſime congeſſit ac digeſſit vir ſupra
em laudem de noſtris literis bene meritus Jo. Meur-
in ſingulari libro *Theophraſto*: in quo deſideramus
am et abſolutam Fragmentorum collectionem; ſiqui-
omiſſi ſunt loci Theophraſtei qui ſimpliciter, nullo
nomine addito, a Veteribus memorantur. Plutarchus
m non niſi de hiſtorico argumento utitur verbo *ἱςο-*
non item de philoſopho: at *λέγει*, *φησὶ*, *εἴρηκε*, de
que. Illud non eſt prætereundum, ſimilem Philippi
em prodidiſſe Dionem Chryſ. Or. XLIX. p. 537. D.
commemorata ejus cum Epaminonda, Pelopida, Ly-

fide conſuetudine, ſubjicit: ὅθεν, οἶμαι, πολὺ διήνεγκεν ὁ Φίλιππος τῶν πρότερον ἐν Μακεδονίᾳ βασιλευσάντων. Pauſaniam VIII. 7: Φίλιππον δὲ βασιλέων μὲν τῶν πρὸ αὐτοῦ καὶ ὅσοι Μακεδόσι γεγόνασιν ὕστερον, τούτων μὲν πάθοιτο ἄν τις μάλιστα αὐτὸν ἔργα ἐπιδείξασθαι· qui addit hanc laudem labe fraudis ac perjurii contaminatam eſſe. Et quum triplex in talem comparationem cadere poſſit ratio, harum ſingulas ſingulos hos ſcriptores Philippo adhibuiſſe videmus: Theophraſtus eum anteferendum cenſuit ſucceſſoribus, Dion deceſſoribus, Pauſanias utriſque. In duobus prioribus eſt quid dubii: minus tamen in Dione, ſiquidem majus eſt deceſſores quam ſucceſſores ſuperare, et illud per ſe ſolum juſtam laudem continet. In Theophraſto, modo vera ſit lectio, nec mentio deceſſorum ab ipſo facta interciderit; poteſt hæc cauſſa valere, ut priorum mentionem omiſerit, veluti nemini dubium putans illos a Philippo ſuperatos eſſe: ſucceſſores autem memorandos cenſuerit ut recentes in hominum cogitatione, vulgo noviſſima ac præſentia quæque maxime mirantium. Sane, ſi Theophraſti obitum ponamus Olympiade CXXVIII. multos habuit hæc ætas ſucceſſores Philippi, reges e Macedonica gente multos: fortuna et animi moderatione ſimul, Philippo parem neminem.

177. C. γ'. Πολλῶν κατορθωμάτων—] Plutarchus in Alexandro p. 606. A. Conſolat. Apollon. 105. A: ubi plura notavimus.

177. D. ε'. Τὸν δὲ λοίδορον—] Habet ſimili dictione S. Antonius p. 261. edit. Stob. Wechel. Plutarchus tribuit Pyrrho in Ejus Vita p. 387. E.

177. D. ς'. Σμικύθου δὲ Νικάνορα διαβάλλοντος—] Refert ſine nominibus hominum Themiſtius Or. VII. p. 95. B: Φιλίππῳ τῷ Ἀμύντου κατεῖπέ τις ὀτουδὴ τῶν ταξιαρχῶν ὡς ἀπεχθῶς διακειμένου καὶ ῥᾳδίως κακόν τι βουλεύσοντος, εἰ μὴ τάχιστα ἐκποδὼν γένηται. Τί οὖν ὁ Φίλιππος; οὐκ εὐθὺς ἧκεν ἐπὶ τὸν σίδηρον· „ἀλλὰ καὶ παρ' ἡμᾶς, φησὶ, τὸ αἴτιον τῆς ἀπεχθείας· ὁ „γὰρ ἀνὴρ οὐχ ὁ φαυλότατος τῶν Μακεδόνων·" καὶ τά τε ἄλλα εὐθὺς ἐπιμελεῖται τοῦ ἀνθρώπου, καὶ προῖκα ἐπιδίδωσι δεομένῳ θυγατρὸς ὡραίας. Καὶ μετὰ ταῦτα οὐδεὶς ἦν πιστότερος τῷ βασιλεῖ

τῶν πάλαι κεκριμένων ἐπιτηδείων. Codex Ambroſianus pro γένηται et ἧκεν habet γένοιτο et ἧξεν. Eodem refertur narratio Frontini Strategem. IV. 7. 37: *Philippus quum audiſſet, Pythiam quemdam, bonum pugnatorem, alienatum ſibi, quod tres filias inops vix aleret, nec a rege adjuvaretur; monentibus quibuſdam, ut eum caveret: Quid ſi, inquit, partem corporis ægram haberem, abſciderem potius quam curarem? Deinde familiariter ſecreto elicitum Pythiam, accepta difficultate neceſſitatum domeſticarum, pecunia inſtruxit: ac meliorem fideliorem que habuit, quam habuerat, antequam offenderet.* In Græcis Plutarchi verbis illud πρὸς ἡμᾶς αὐτούς ἐστι, nullo modo poteſt tueri ſenſum, quem hic locus unice poſtulat, *in noſtra poteſtate eſt, in nobis poſitum eſt*; et licet ſubinde dicatur πρός τι πάσχειν τι, *ad aliquid aliquo modo affici*, non cauſſam efficientem ac totam, ſed partem cauſſæ ſignificat: de quo alibi dicemus. Igitur probanda eſt lectio Harl. et Jun. παρ' ἡμᾶς αὐτούς ἐστι· quod frequens eſt et aliis iiſque optimis ſcriptoribus et Plutarcho. Ex hoc genere eſt, τί γὰρ παρὰ τοῦτο, *quid enim per hoc fiet, ſive hoc adſit ſive abſit*, quod expoſuimus p. 85. E. Sic p. 222. F: οὐ παρ' ἕνα τὰ Σπάρτας· ita enim legam, *ſalus Spartæ non in uno homine poſita eſt*: p. 1041. D. πᾶς ἁμαρτάνων παρ' ἑαυτὸν ἁμαρτάνει, *omnis peccans ſua culpa peccat.* Vit. p. 143. B. παρὰ τοῦτο, *hanc ob cauſſam*. Similiter 278. C. 522. B. 566. E. 785. F. Item παρ' ὅσον, *quia, pro eo quantum*, 843. F. 1145. B. 1146. F. Herodianus IV. 6. 10. et ſæpiſſime Philo Judæus. Simili poteſtate Dio Chryſ. p. 520. D. 545. C. 605. B. Nicoſtratus apud Stob. p. 446: καὶ τοῦτο συμβαίνει παρ' αὐτάς τε τὰς νέας καὶ παρὰ τὰς πρεσβύτιδας· *et hoc accidit culpa juniorum mulierum, et culpa vetularum*: et reſtituendum Hierocli ibidem p. 416. 26: συχνοῖς δὴ τισιν ἀφόρητος ἐγένετο ὁ γάμος, ἀλλ' οὐχὶ παρ' ἑαυτῷ· corrigendum παρ' ἑαυτὸν, *ſua culpa*.

177. E. ζ'. Τοῖς δὲ τῶν Ἀθηναίων δημαγωγοῖς—] Hinc ſumtum retulit S. Antonius p. 261. edit. Stob. Wechel. In ejuſdem argumenti præceptis et exemplis verſatur Plutarchi liber De Capienda ex Inimicis Utilitate p. 86. ſeq.

177. E. η'. Τῶν δὲ Ἀθηναίων—] Captos ad Chæroneam

Athenienſes gratis dimiſit, mortuos ſepelivit: ita Polybius teſtatur V. 10. Diodorus Sic. XVI. 88. Excerpt. XXXII. p. 589: utroque loco videndus Weſſelingius qui ſingularem iſtam Athenienſium incuſationem ad eamque Philippi reſponſum ex hoc loco refert.

177. F. θ'. Τῆς δὲ κλειδὸς—] Hoc Philippi vulnus notat Demoſthenes Or. Pro Corona p. 322. A: ἑώρων δ' αὐτὸν τὸν Φίλιππον, πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ ἀγὼν ὑπὲρ ἀρχῆς καὶ δυναστείας, τὸν ὀφθαλμὸν ἐκκεκομμένον, τὴν κλεῖν κατεαγότα, τὴν χεῖρα, τὸ σκέλος πεπηρωμένον κ. τ. λ. quæ citat Gellius II. 27. Credibile eſt in perdito illo Plutarchi loco unde hæc deſcripta ſunt, diſertius ſignificatum fuiſſe quam κλεῖδα Philippus fregerit; ſiquidem plures corporis partes hoc nomen habuerunt, notatæ H. Stephano in Dictionario Medico p. 528—536: idem Theſ. L. Gr. T. II. p. 232, 233. hunc locum ex hoc Apophthegmate adfert, et alium Plutarchi Artax. p. 1015. E. ubi Cyrus dicitur trajeciſſe haſtam παρὰ τὴν κλεῖδα διὰ τοῦ τραχήλου *Artagerſis*; quæ eſt Iliad. Θ. 325: ſed diverſa a re præſente. Videatur et Seberus ad Pollucem IV. 188.

177. F. ι'. Ἀμφοτεροῦ καὶ Ἑκατεροῦ—] Amphoterus memoratur in ducibus Alexandri M. a Curtio III. 1. IV. 5 et 8. Arriano I. 25. III. 2 et 6. ubi priore loco frater *Crateri* dicitur. Atque hoc ipſum nomen Κρατεροῦ et Κρατερὸν, pro Ἑκατεροῦ et Ἑκατερὸν, eſt in Jannot. Venet. Harl. Voſſ., quorum poſtremus vulgatam in margine habet. Forte in dicto Philippi primum *Craterus* ferebatur, quod nomen poſtea quis, acuminis ſcilicet augendi cauſſa, in *Hecaterum* mutavit. Xylander reddidit *Uterque* et *Alteruter:* Cruſerius *Ambo* et *Uterque*, aliquanto melius ad rem; ſiquidem, *alteruter* non eſt ἑκάτερος, ſed ὁ ἕτερος, vel θάτερος: non item bene ad Latinitatem, quæ non *Ambo* pro ſingulari nomine, nec, ut Græci ἄμφω faciunt ἀμφότερος, ita aut *ambo*, aut aliud hinc nomen ſingulare habet. Diſtinguunt autem Græci hæc nomina, ut accurate docet Ammonius p. 14: Ἀμφότεροι καὶ Ἑκάτεροι διαφέρουσιν. Ἀμφότεροι μὲν γὰρ ἐροῦμεν ὅταν ἐν τῷ αὐτῷ κατὰ τὸ αὐτὸ πράττωσιν· "Ἀμφότεροι τὴν δοκὸν μίαν οὖσαν φέρουσιν·" Ἑκάτεροι δὲ ἐπειδὰν

ϛωρὶς ἑκάτερος τὸ ἑαυτοῦ πράτῃ οἷον, “ Ἑκάτερος αὐτῶν δοκὸν φέρει·” ἤτοι ὅταν ἑκάτερος αὐτῶν μίαν φέρῃ κατ᾽ ἰδίαν. Et vero pſa vi originis ἄμφω conjungit, ex ἄπω, ἅπτω, ἅμμα, ἅμα: κάτερος, ſiquidem eſt comparativus gradus poſitivi ἕκας, nde ἑκάτερος, ἕκαστος, et adverbium ἑκὰς procul. Sed uſu uoque ſubinde diſtinguuntur a Græcis, multo diligentius uam a Latinis. Veluti Plutarchus ſupra, Conjug. Præept. p. 140. E: ἑκατέρου τὴν εὔνοιαν ἀντίστροφον ἀποδιδόντος ἡ οινωνία σώζηται δι᾽ ἀμφοῖν· καὶ γὰρ ἡ φύσις μίγνυσι διὰ τῶν σωάτων ἡμᾶς, ἵν᾽ ἐξ ἑκατέρου μέρος λαβοῦσα καὶ συγχέασα, κοινὸν ἀμφοτέροις ἀποδῷ τὸ γενόμενον· ὥστε μηδέτερον διορίσαι μηδὲ διακρῖναι τὸ ἴδιον ἢ τὸ ἀλλότριον. In quibus plane hoc diſcrimen eclaratur. Sympoſ. p. 740. C: τὸ ἐφ᾽ ἡμῖν ἑκατέρῳ καὶ ἀμφοτέροις ἐπιμίγνυσθαι καὶ συμπλέκεσθαι πέφυκε. Lucullo p. 9. D: ὁ δ᾽ εἰπὼν, ἑκατέρους μὲν οὐκ ὀρθῶς, ἀμφοτέρους δὲ καλῶς ηγεῖν, διεῖλε τὴν στρατιάν· *utroſque non recte, ambos bene:* trorumque conjuncta ſententia demum probanda erat. rtaxerxe p. 1023. E, F: ἐξηπάτα δὲ ἑκάτερον ἑκάτερος, λέων—τούτοις ἐπείσθησαν ἀμφότεροι. Herodotus III. 8: ἀνὴρ ἀμφοτέρων αὐτῶν ἐν μέσῳ ἑστεὼς—λαβὼν ἐκ τοῦ ἱματίου ἑκατέρου ρκύδα. Xenophon. Cyropæd. I. 3. 17: ἐγὼ γοῦν τούτοις ικάζων, ἔγνων βέλτιον εἶναι ἀμφοτέροις τὸν ἁρμόζοντα ἑκάτερον ὸν χιτῶνα· *judex ego bis datus, ſtatui ambobus melius eſſe uterque congruentem ſibi tunicam haberet.* Hierone II. : ἐν ὅπλοις δεῖ εἶναι ἀμφοτέρους, καὶ φυλάττεσθαι καὶ κινδυνεύειν, καὶ τι πάθωσι κακὸν ἡττηθέντες, λυποῦνται ἐπὶ τούτοις ἑκάτεροι. lato Leg. VII. p. 630. C: ὁμοίως ἑκατέροις ἐπ᾽ ἀμφότερα ώμενος. Ibid. p. 633. E. Theæteto p. 132. D: ἀμφοῖν, δύο· ἑκάτερον δὲ ἕν. Plane feſtiva eſt diſputatio Soatis adverſus Hippiam, hanc ſibi ab eo objectam ambiſtatem vocabulorum ἀμφοτέρων et ἑκατέρων eludentis, in alogo Hippia Maj. p. 103. et 104. ſed in ipſo libro leda. Iſocrates Panathen. p. 486: —ποίους τινὰς ἑκατέρους ὰς, ἀληθῆ δὲ λέγων δόξειας ἂν περὶ ἀμφοτέρων. Philo Jud. Decalog. p. 751. C: περὶ γονέων τιμῆς, καὶ ἰδίᾳ ἑκατέρου, ἀμφοτέρων κοινῇ. De Somniis p. 1129. E: πρὸς γὰρ τὴν τὴν χρείαν σπεύδουσιν ἀμφότεροι·—καὶ ἑκάτερος μὲν περὶ τροφῆς ου πονεῖται, ἀμφότεροι δὲ περὶ πᾶσαν. Ariſtides Or. Leuctr.

V. p. 469. 471. 472. Pauſanias III. 1. de utraque regum Spartanorum familia dicturus, ἑκατέραν ὂν τὴν οἰκίαν ἐπέξειμι αὐτῶν ἰδίως, καὶ οὐκ ἀμφοτέρας ἅμα εἰς τὸ αὐτὸ ἀναμίξας. *Amphoterus* nomen proprium eſt viri apud Homerum Iliad. Π. 415. et filii Alcmæonis apud Apollodorum III. 7. Pauſaniam VIII. 24. p. 646. et ut ὀξύτονον ſcribendum eſt Ἀμφοτερὸς, monente Euſtathio ad l. c. p. 1068. 3. At *Hecaterum* nomen proprium me legiſſe non memini.

p. 178. A. ια'.] Refertur ad clementiam erga Athenienſes clade ad Chæroneam afflictos; de qua Diodorus Sic. XVI. 87. Juſtinus IX. 4. In ſimili metaphora eſt dictum Antigoni de Zenone mortuo p. 182. D. τὸ θέατρον αὐτοῦ τῶν πράξεων ἀνῃρῆσθαι. Cicero Brut. 2. de Hortenſio: *forum populi Romani, quod fuiſſet quaſi theatrum illius ingenii*—.

178. A. ιβ'.] Acumen eſt in φεύγειν, et διώκειν· eorumque ambiguitate: illud eſt *fugere, accuſari in judicio, in exilium abire:* hoc, *accuſare in judicio, fugientem perſequi.*

178. A. ιγ'.] In libro De Rep. Gerenda Seni p. 791. B: τὸν δὲ Φίλιππον ἐν καλῷ χωρίῳ μέλλοντα καταστρατοπεδεύειν, ὡς ἤκουσεν ὅτι χόρτος οὐκ ἔστι τοῖς ὑποζυγίοις, Ὦ Ἡράκλεις, εἶπεν, ὁ καὶ πρὸς τὸν τῶν ὄνων καιρὸν ὀφείλομεν ζῆν. Hujuſmodi eſt conſilium Xenophontis Anabaſ. III. 2. 27: πρῶτα μὲν τοίνυν μοι δοκεῖ, ἔφη, κατακαῦσαι τὰς ἁμάξας, ἃς ἔχομεν, ἵνα μὴ τὰ ζεύγη ἡμῶν στρατηγῇ—. Elegans dictio πρός τι ζῆν· *ad alicujus voluntatem vivere, ab aliquo vitæ rationes ſuſpenſas habere*: de qua alibi dicemus.

178. A. ιδ'.] Cicero Attic. I. 16: —*Philippus omnia caſtella expugnari poſſe dicebat, in quæ modo aſellus onuſtus auro poſſet adſcendere.* Paulo aliter Diodorus Sic. XVI. 54. Pertinet huc Horatii ſententia Carm. III. 16: *Aurum per medios ire ſatellites, Et perrumpere amat ſaxa, potentius Ictu fulmineo—diffidit urbium Portas vir Macedo, et ſubruit æmulos Reges muneribus.* Philippum maximas res egiſſe donis et corruptione adverſariorum ducum, maledictum vanum judicat Plutarchus De Herodoti Malign. p. 856. B: item Valckenarius Orat. De Philippo p. 254. ſeq. nil ejus laudibus detrahere cenſet.

178. B. ιε'.] Laſthenem et Euthycralem Olynthios, pa-

iæ proditores cognovimus ſupra p. 97. D. Ariſtophanis erſum, nullo auctore, apponit Joſ. Scaliger ad Priapeia arm. II. Ἄγροικός εἰμι, τὴν σκάφην, σκάφην λέγω· eumque ım hoc Philippi dicto confert. Lucianus Jupit. Tragœd. . II. p. 680: ἐγὼ γὰρ, ὡς ὁ Κωμικὸς ἔφη, ἄγροικός εἰμι τὴν κάφην, σκάφην λέγων. Quomodo Scrib. Hiſt. p. 54: παῤ-σίας ϗ ἀληθείας φίλος, ὡς ὁ Κωμικός φησι, τὰ σῦκα σῦκα, τὴν κάφην δὲ, σκάφην ὀνομάζων· interpretes utroque loco ad vo-cem Κωμικὸς annotant nomen Ariſtophanes, nulla addita bulæ mentione, nec verſus numero. Julianus Or. VIII. . 208. A: κατὰ τὸν Κωμικὸν, τὴν σκάφην σκάφην, λέγοντα. Iiror neutrius a Proverbiorum Scriptoribus mentionem eri. De proditoribus ejuſdem regis dictum refert Sto-beus p. 366. quod Plutarchus p. 207. A. Cæſari Auguſto ibuit.

178. B. ιϛʹ.] Plutarchus Præcept. Reip. Ger. p. 806. B: ίλιππος Ἀλεξάνδρῳ παρῄνει, κτᾶσθαι φίλους ἕως ἔξεστιν βασιλεύ-τος ἑτέρου πρὸς χάριν ὁμιλοῦντα καὶ φιλοφρονούμενον. Huic mo-nito filius perverſa ratione obtemperans, et largiendo ſibi lacedones conciliare inſtituens, denuo ab eo admonitus t ea reprehenſione, quam refert Cicero Offic. II. 15: *ræclare quadam epiſtola Alexandrum filium Philippus ac-ſat, quod largitione benevolentiam Macedonum conſectetur: Quæ te, malum," inquit, "ratio in iſtam ſpem induxit, ut eos tibi fideles putares fore, quos pecunia corrupiſſes? An tu id agis, ut Macedones non te regem ſuum, ſed miniſtrum et præbitorem ſperent fore."* Hinc idem refert Valerius lax. VII. 2. Extern. 10.

178. C. ιζʹ. οἷς μὲν χρῆσθαι, οἷς δ' ἀποχρῆσθαι] Solœciſmi ſtar pro τοῖς μὲν—τοῖς δέ: raro apud bonos ſcriptores de-ehenditur, ut parum abſit quin putem id librariis de-re: legitur in Opp. Mor. p. 394. A. Vit. 15. D. 181. 301. F. 568. C, D. 663. B: nec Plutarchum cenſeam iis, qui ſibi hoc licere exiſtimaverint: de quibus et de ıc forma diligentiſſime docet Hemſterhuſius ad Thomam ag. p. 1. ſeq. aliique ibidem haud negligendi viri docti: Wetſtenius ad Matth. XIII. 8. In verbis elegans et

acuta eſt oppoſitio, veluti de Alcibiade, Vit. p. 234. C. *ἀποχρωμένων μᾶλλον ἢ χρωμένων αὐτῷ Λακεδαιμονίων.*

178. C. *ιη'. Φίλωνα τὸν Θηβαῖον*—] Videtur omnino idem hic eſſe Philon Thebanus, quem, inter Thebanorum ad Philippum legatos, gravi ac prudenti ad eum admonitione uſum, narrat Demoſthenes Orat. De Falſa Legat. p. 218. B. Credibile eſt, hujus vel filium, vel nepotem, fuiſſe *Philonem Thebanum*, inter ſocios Alexandri et rerum ejus ſcriptores memoratum Plutarcho Alex. p. 691. A. Dictum Philippi, invictum ſe benefaciendo cupientem videri, habet colorem Socraticum, e Xenophonte petitum Cyropæd. V. 3. 15: Anabaſ. II. 3. 12: et congruit Alexandro.

178. C. *ιθ'.*] Et hoc, ut pleraque, a Theopompo memoriæ proditum dicam: qui ſimile factum dictumque Philippi hoſpites captos vendentis memoravit, ut novimus e Zenobio Proverb. V. 26: *Ξένος ἔλθοι ὅςις ὀνήσει. Ταύτην φησὶ Θεόπομπος ὑπὸ Φιλίππου πρῶτον λεχθῆναι. Θεσσαλῶν γὰρ καταςρεψάμενος πόλιν, καὶ τοὺς αὐτόθι ξένους πωλήσας, χλευάζων εἶπεν, Ἔλθοι ξένος ὅςις ὀνήσει.* Relatum eſt in Proverbiis Metricis Schotti 305. p. 596.

178. D. *κ'.*] Notavimus p. 123. F. Hoc loco legendum *προσπέμπων*, ex Harleiano.

178. E. *κα'. Ἱππάρχου τοῦ Εὐβοιέως*·] Eſt ille Hipparchus quem Philippum, cum aliis duobus tyrannum Eretriæ feciſſe ſcribit Demoſthenes Orat. Philipp. III. p. 50. C: et inter Eubœenſes patriæ proditores recenſet in Orat. De Corona p. 354. C.

178. E. *κβ'.*] De hac ſimultatis cauſſa prodit Plutarchus in Alexandro p. 669. In ſimili argumento reſponſum Piſiſtrati ad filios exſtat in his Apophthegm. p. 189. E.

178. F. *κγ'.*] Eamdem rem, mutatis perſonis, narrat Ælianus Var. Hiſt. VII. 20. ut dictum Lacedæmone ab Archidamo rege ad legatum Ceum: atque indidem refert Stobæus Floríleg. Tit. XII. p. 140. addito in Geſneriana editione lemmate ad marginem, *Ejuſdem al. Æliani*; jam quum proxime antecedens dictum fuerit Theophraſti,

Scheſſerus ad Ælianum l. l. annotavit, *Hiſtoria deſumta ex Theophraſto. Vide Stobæum Serm. X.* Cujus errorem recte reprehendit Perizonius: et nos in apographo variarum lectionum exempli Grotiani diſerte habemus pro unico lemmate, Αἰλιανοῦ· et item edidit Schowius p. 130. Nam in Trincavelliana ſimpliciter eſt Τοῦ αὐτοῦ.

178. F. κδ'. Μαχαίτᾳ δέ τινι—] Legendum τινα, *quamdam litem*, cum codice Harl. neque enim commode dicatur *Machætæ cuidam*, qui non fuerit obſcurus homo, ſed pater Harpali et Philippi, clarorum ſub Alexandro ducum: quem novimus ex Arriano III. 6. V. 8. Eadem res narratur, ſed perſona Machatæ in vetulam delata, apud Stobæum Florileg. Tit. XIII. p. 146: Πρεσβῦτις δικαζομένη ἐπὶ Φιλίππου, ὡς ἑώρα νυστάζοντα καὶ μέλλοντα ἀποφαίνεσθαι, ἐδεῖτο συγχωρῆσαι αὐτῇ ἐφεῖναι, ὁ δὲ Ἐπὶ τίνα, εἶπεν· Ἐπὶ Φίλιππον, ἀπεκρίνετο, ἐγρηγορότα· ita legendus hic locus ex codice Pariſino A. in exemplo Grotiano. In Trincavelliana eſt lacuna, —Φιλίππου ὡς οὐ * * * ζοντα ἐπὶ τὰ μέλλοντα ἀποφαίνεσθαι κ. τ. λ. Geſnerus dedit expleta lacuna —ὡς νυστάζοντα ἐπὶ κ. τ. λ. cætera reliquit, etiam initio πρεσβύτης fecit: eumque ſecutus eſt Schowius p. 318. Valerius Max. VI. 2. Extern. 1. narrat ſuo more, hiſtoriæ neſcio quid ſcholæ affundens: *mulier—a Philippo rege temulento immerenter damnata, "Provocarem ad Philippum," inquit, "ſed ſobrium." Excuſſit crapulam oſcitanti, ac præſentia animi ebrium reſipiſcere, cauſſaque diligentius inſpecta, juſtiorem ſententiam ferre coegit. Igitur æquitatem, quam impetrare non potuerat, extorſit: potius præſidium a libertate, quam ab innocentia mutuata.*

p. 179. A. γενόμενος δὲ μᾶλλον ἐφ' ἑαυτῷ] Quod recepimus ἑαυτῷ pro ἑαυτὸν, ſuadet uſus Scriptorum, in primis Plutarchi; ſenſus eſt, *magis ſibi ipſe redditus, ad cogitandum revocatus*: quibus in cauſſis ἐπὶ Dativum Caſum aſſumit. Stoic. Repùgn. p. 1051. B: ſic ἐφ' αὑτῷ eſt *ſolus* apud Ariſtidem T. I. p. 329: et ἐπ' ἐμοὶ, ἐφ' ἡμῖν, *in mea, in noſtra poteſtate*, frequens.

179. A. κς'.] Notavimus p. 143. F.

179. B. κζ'.] Athenæus X. p. 435. D: Καρύστιος δὲ ἐν

τοῖς ἱϛορικοῖς ὑπομνήμασιν, Ὅτε, φησὶν, μεθύειν προῃρεῖτο Φίλιππος, τοῦτ᾽ ἔλεγε, Χρὴ πίνειν, Ἀντίπατρος γὰρ ἱκανός ἐϛι νήφειν.

179. B. κη΄.] Vino deditum perhibent Hiſtorici, veluti hi quos memorat Athenæus l. l. item Plutarchus Demoſth. p. 853. C. Simile huic exemplum Alexandri, quem Parmenio ante pugnam ad Arbelam ex ſomno excitavit: ut narrant Plutarchus Alexandro p. 683. E. Diodorus Sic. XVII. 56. Curtius IV. 13: at Arnanus III. 10. adventum Parmenionis ad Alexandrum referens, nil de hujus ſomno dicit. Sed apophthegmata ſubinde temere a Scriptoribus vel conficta, vel ab alia in aliam perſonam collata, novimus.

179. B. κθ΄. Ψάλτην—] Notavimus p. 67. F.

179. C. λ΄. Ἐπεὶ δὲ διενεχθέντος—] Notavimus p. 70. B.

179. C. λα΄. Πρεσβύτιδος—] Plutarchus in Demetrio p. 990. C, D. aliquanto uberius narrat, unde hoc in brevitatem redactum. Stobæus, auctore Sereno, refert mutatis perſonis Tit. XIII. p. 146: Ἀντιπάτρῳ ἀγροῖκος ἄνθρωπος ἐπεδίδυ βιβλίον ἐντυχίαν ἔχον· ὁ δὲ, Οὐ σχολάζω; ἔφη. Καὶ μὴ βασίλευε, εἶπεν ἐκεῖνος. Vulgo legitur in omnibus editionibus εὐτυχίαν, quod Geſnerus bona fide reddidit, *librum de felicitate:* atqui res ipſa clamat ἐντυχίαν, id eſt, *petitionem, congreſſum, colloquium.*

179. C. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ.] Plutarchea ſcripta cum cætera tum Vita Alexandri, habent haud pauca hujus Apophthegmata, quæ non ſunt in hoc capite: et viciſſim hoc caput quædam habet, quæ nec in Plutarcheis, nec in aliis Veterum ſcriptis legantur, ſed tamen germanam Plutarcheæ orationis formam obtineant. Ut fuerunt innumerabiles fere ſcriptores rerum Alexandri, ita et apophthegmata ejus inſigni multitudine et diverſitate ferebantur: quorum partem recenſere aggreſſus Plutarchus, ut videtur, adoleſcens, in rhetorica laudatione *De Fortuna vel Virtute Alexandri* p. 331. A: τῶν δὲ ἀληθινῶν ἀποφθεγμάτων Ἀλεξάνδρυ πρῶτον ἄν τις τὰ παιδικὰ διέλθοι, pauca tantum apponit: et maturiore ætate Vitam Alexandri ſcribens in hac minus etiam quam in aliis Vitis narrationi apophthegmatum indulſit: quamvis in ejus principio conſilium ac

judicium ſuum profeſſus ὅτι πρᾶγμα βραχὺ πολλάκις καὶ ῥῆμα καὶ παιδιά τις ἔμφασιν ἤθους ἐποίησεν μᾶλλον ἢ μάχαι μυριόνεκροι, καὶ παρατάξεις αἱ μέγισται καὶ πολιορκίαι πόλεων.

179. C. α'.] In Vita Alexandri p. 666. F. Freinſhemius in Supplementis Q. Curtii I. 2.

179. C. β'.] In Vita Alexandri p. 666. D. De Alexandri Fortuna aut Virt. p. 331. B. Freinſhem. ibid.

179. E. δ'. Ἐπιθυμιῶντι—] In Vita Alex. p. 679. C. Ex communi fonte hauſit Plinius Hiſt. Nat. XII. 32: *Alexandro Magno in pueritia ſine parcimonia thura ingerenti aris, paedagogus Leonides dixerat, ut illo modo, quum deviciſſet thuriferas gentes, ſupplicaret. At ille Arabia potitus, thure onuſtam navem miſit ei, exhortatus, ut large deos adoraret.*

179. F. ε'.] Hiſtoricorum quidem, qui pugnam ad Granicum narrarunt, et ſuperſunt, nemo prodidit.

179. F. ϛ'. Περίλλῳ—] Sine nomine hominis referunt Sententiae S. Maximi et Antonii p. 277. edit. Stob. Wechel. Τινὸς δὲ τῶν αὐτοῦ φίλων αἰτήσαντος αὐτὸν εἰς προῖκα τῆς θυγατρὸς, ἐκέλευσε πεντήκοντα τάλαντα λαβεῖν, αὐτοῦ δὲ φήσαντος ἱκανὰ εἶναι δέκα, Σοὶ μὲν, ἔφη, λαβεῖν, ἐμοὶ δὲ οὐχ ἱκανὰ (εἶναι δέκα delendum) δοῦναι. Pertinet huc narratio Euſtathii ad Odyſſ. Z. p. 1557. 3: ἐντεῦθεν περιᾴδεται βασιλεὺς ὃς ἀνδρὶ ταπεινῷ δούς τινα δωρεὰν καὶ ἀκούσας πολλὴν αὐτὴν εἶναι, εἶπε, τῷ λαβόντι τοιαύτην φανῆναι, αὐτῷ δὲ ὡς βασιλεῖ μικρὰν εἶναι· ἱστορεῖ δέ πε καὶ Πλούταρχος μεγάλην βασιλικὴν δωρεάν· ἣν κωλύοντος τοῦ βασιλικοῦ ταμιούχου, ὁ βασιλεὺς δυσαναχετήσας ἐπλήθυνεν ἐπιβαλὼν πλέον ἀργύριον. Quorum poſtremum ad aliam Alexandri liberalitatem refertur. Sed, ut confunduntur talia dicta a poſteris, argutiam ejus in aliud factum collatam reperimus apud Senecam De Beneficiis II. 16: *Urbem cuidam Alexander donabat veſanus, et qui nihil animo non grande conciperet. Cum ille cui donabatur, ſe ipſe menſus, tanti muneris invidiam refugiſſet, dicens non convenire fortunae ſuae: Non quaero, inquit, quid te accipere deceat, ſed quid me dare.*

179. F. ζ'. Ἀναξάρχῳ] Hunc apud Alexandrum in gratia fuiſſe produnt et ſcriptores rerum ejus et Diogenes Laertius IX. 58. 60. Plutarchus Alex. p. 668. E. For-

tun. Alex. p. 331. E. Ipſam hanc rem ſignificat Euſtathius l. c.

p. 180. A. η'. Ἐν δὲ τῇ Μιλήτῳ—] Antiqua Mileſiorum virtus jam dudum defecerat, et proverbium erat, Πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι, Ariſtophani adhibitum Plut. 1003. ejuſque Scholiaſtæ docte expoſitum, Athenæo ex Ariſtotele XII. p. 523. F: Zenobio V. 80. ibique Schotto: adhibitum Æſchini qui dicitur, Epiſt. X. p. 128. A. Mileſios gymnaſticæ vehementer ſtuduiſſe, colligitur etiam ex Platonis Leg. I. p. 569. F: τὰ γυμνάσια ταῦτα καὶ τὰ ξυσσίτια πολλὰ μὲν ἄλλα νῦν ὠφελεῖ τὰς πόλεις, πρὸς δὲ τὰς στάσεις χαλεπά· δηλοῦσι δὲ Μιλησίων καὶ Βοιωτῶν καὶ Θουρίων παῖδες. Attamen in Indice Hieronicarum Ed. Corſini, opinione pauciores reperiuntur pugiles et luctatores Mileſii. Plutarchi locum Taylorus adhibuit Lycurgo Orat. Adv. Leocrat. p. 154: ἐπίστασθε, ὦ Ἀθηναῖοι, μόνοι τῶν Ἑλλήνων τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας τιμᾷν· εὑρήσετε δὲ παρὰ μὲν τοῖς ἄλλοις ἐν ταῖς ἀγοραῖς ἀθλητὰς ἀνακειμένους, παρ' ὑμῖν δὲ στρατηγοὺς ἀγαθοὺς καὶ τὸν τύραννον ἀποκτείναντας.

180. A. θ'. Τῆς δὲ τῶν Καρῶν βασιλίσσης—] Notavimus p. 127. B. Hoc loco δημιουργὸς dicitur coquus, ac ſimilis operis artifex: ut p. 125. F: ὀψοποιῶν δὲ τέχναι καὶ δημιουργῶν. 226. D. 228. B. Menander apud Athenæum IV. p. 172. A, B. XIV. p. 644. D. ad eumdem Caſaubonus p. 305. Antipater apud Stobæum p. 428.

180. B. ι'. Ἐπεὶ δὲ παρεσκευασμένων—] Nil hujus rei prodit in Vita Alexandri, nec alius in hiſtoria quidem: at in Theſeo meminit p. 3. A: τοῦτο δὲ ἀμέλει καὶ Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα ἐννοήσαντα φασὶ προστάξαι τοῖς στρατηγοῖς ξυρεῖν τὰ γένεια τῶν Μακεδόνων, ὡς λαβὴν ταύτην ἐν ταῖς μάχαις οὖσαν προχειροτάτην. Et narrat ante pugnam ad Arbelam factum. Syneſius Encomio Calvit. p. 79. B, C. auctorem laudans gravem Ptolemæum Lagi filium. Nec prætermiſit Polyænus IV. 3. 2. Certe Alexandri ætate primum invaluiſſe conſuetudinem barbam radendi locuples item auctor eſt Chryſippus apud Athenæum XIII. p. 565. A.

180. B. ια'. Δαρείου διδόντος—] Plutarchus in Alexandro p. 180. B. in eadem re idem dictum refert: Παρμενίωνος

εἰπόντος, Ἐγὼ μὲν εἰ Ἀλέξανδρος ἤμην, ἔλαβον ἂν ταῦτα, Κἀγὼ, νὴ Δία, εἶπεν ὁ Ἀλέξανδρος, εἰ Παρμενίων, ubi ultimum ἤμην excidiſſe videtur. De Fortuna Alex. p. 331. F. Arrianus II. 25. Diodorus Sic. XVII. 54. cujus narratio plane convenit cum toto hujus loci argumento. Et Longinus De Subl. VII. p. 44. Alexandri reſponſum in exemplum ſublimitatis poſuit, ſcriptura libri quamvis depravata. Nec omiſit Valerius Max. VI. 4. Extern. 3: *Dario enim uno jam et altero prælio virtutem ejus experto, atque ideo partem regni Tauro tenus monte et filiam in matrimonium cum decies centum millibus talentum pollicente, cum Parmenion dixiſſet, "Se, ſi Alexander eſſet, uſurum conditione," reſpondit, "Et ego uterer ſi Parmenion eſſem."* Deſcripſit, ut alia, Zonaras Annal. IV. 10. Formæ et compoſitionis acumen animadvertit, alia exempla præter hoc apponens, Valckenarius in Diatribe in Eurip. Fragm. p. 211. Secutus videtur idem dictum in eodem argumento Curtius IV. 11. ubi aliorum teſtimonia adfert Freinſhemius. Ejuſdem generis eſt dictum in Apophthegm. Laconic. p. 222. C. Vis verbi διδόντος, *dante*, pro *offerente, ad accipiendum ponente*, ſemel hic annotanda eſt: ſic eſt Opp. Mor. p. 194. E. 195. A. 224. C. Vit. 334. C. 337. A. 359. D. 384. C. 413. C. de qua monuerunt Taylorus ad Lyſiæ Areopagit. p. 146. et Marklandus ibidem in fine, Conjectur. Lyſ. p. 550.

180. C. ιβ'. τὸν γράσσον]. Rarum vocabulum, cujus unum hoc protulit exemplum H. Stephanus Indic. Theſ. L. Gr. p. 696. intelligens ἀλαλαγμὸν, *clamorem inevidæ pugnæ*: melius Xylander reddit, *axillarum fœtorem*: Cruſerius *virus*. Eupolin ſic uſum eſſe ſcribit Pollux II. 79. Alia, quibus hæc notio firmetur, dedit Gatakerus ad M. Ant. p. 163.

180. C. ιγ'. Ἐναγκυλούμενον τὸ ἀκόντιον]. *militem qui baſile amento aptaret*: hoc enim in ipſa demum pugna facere debebat, quum uſus poſceret: ut phalangites tela habebat tria, primo et præcipuo loco *ſariſſam*, tum *gladium*; tum *miſſilia jacula*, quæ item *baſtilia* dicuntur, ἀκόντια; hæc loris manui aptabantur, itaque torquendo emit-

tebantur, quo robuſtior eſſet ictus: de verbo ἐναγκυλοῦσθαι videatur Weſſelingius ad Diodor. Sic. XIV. 27. T. I. p. 663.

180. D. ιδ'. Ἐπιστολὴν δὲ παρὰ τῆς μητρὸς—] Ex Vita Alexandri p. 688. A. et De Fortun. Alex. p. 332. F. et 340. A.

180. D. ιε'. Ἐν δὲ Ἄμμωνος—] Ex Vita Alexandri ubi hoc diſertius traditur p. 681. A: λέγεται—μᾶλλον αὐτὸς περὶ τούτων φιλοσοφώτερον δοξάζειν ἢ λέγειν, ὡς πάντων μὲν ὄντα κοινὸν ἀνθρώπων πατέρα τὸν θεὸν, ἰδίους δὲ ποιούμενον ἑαυτοῦ τοὺς ἀρίστους.

180. D. ις'. Τοξεύματι δὲ πληγεὶς—] Vita Alexandri p. 681. B: ὕστερον δὲ πληγῇ περιπεσὼν ὑπὸ τοξεύματος καὶ περιαλγὴς γενόμενος, Τοῦτο μὲν εἶπεν, ὦ φίλοι, τὸ ῥέον αἷμα, καὶ οὐκ ἰχὼρ, οἷος πέρ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσι: quæ, ut ſolet, deſcripſit Zonaras Annal. IV. 10. Plutarchum auctorem nominatim citat in hoc facto referendo Diogenes Laertius IX. 60. in Anaxarcho: τὸν γοῦν Ἀλέξανδρον οἰόμενον εἶναι θεὸν ἐπέστρεψεν (ita leg. pro ἐπέτρεψεν)· ἐπειδὴ γὰρ ἔκ τινος πληγῆς εἶδεν αὐτῷ καταῤῥέον αἷμα, δείξας τῇ χειρὶ πρὸς αὐτὸν, φησὶ, Τουτὶ μὲν αἷμα καὶ οὐκ Ἰχὼρ οἷος πέρ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσι. Πλούταρχος δὲ αὐτὸν Ἀλέξανδρον τοῦτο λέξαι πρὸς τοὺς φίλους φησίν. Eruditiſſimus Roſſius in Commentat. Laert. p. 57. locum ex Plutarcho ſumtum ab aliena manu libro Laertiano inſitum judicat: in quo ei judicio eo minus aſſentiri poſſumus, quo magis Laertiani operis ea eſt conditio, ut plerumque excerptis conſtet plane ad ſpeciem locorum aliunde inſitorum. Plutarchus De Fortun. Alex. p. 341. B. hoſtem etiam et prœlium, quo vulnus accidit, prodit: πρὸς Ἀσσακάνοις Ἰνδικῷ βέλει τὸν σφυρὸν (πληγεὶς) —πρὸς τοὺς κόλακας εἶπεν ἐπιμειδιάσας Τουτὶ μὲν αἷμα, οὐκ Ἰχὼρ, οἷος πέρ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσι. Verſus eſt Iliad. E. 340. Alexandrum hoc dicentem facit etiam Seneca Epiſt. LIX. p. 157: *Alexander cum jam in India vagaretur, et gentes ne finitimis quidem ſatis notas bello vaſtaret, in obſidione cujuſdam urbis, dum circuit muros et dum inbecilliſſima mœnium quærit, ſagitta ictus diu perſedere et incepta agere perſeveravit. Deinde cum repreſſo ſanguine, ſicci vulneris dolor creſceret, et crus*

ſuſpenſum paulatim obtorpuiſſet, coactus abſiſtere, Om- iquit, jurant me Jovis eſſe filium, ſed vulnus hoc homi- ;ſſe me clamat. Dio Chryſ. Or. LXIV. p. 598. A: ς γοῦν, πρὸς τοὺς φίλους, Ἀλλὰ τοῦτό γε οὐκ ἰχώρ ἐστιν, ὁ ῥέον, ἀλλὰ αἷμα ἀληθινόν. At M. Seneca Suaſor. I. a Calliſthene dictum, quem propterea ab Alexandro :mtum: *Cum Deus vellet videri, et vulneratus eſſet, ſanguine ejus, philoſophus mirari ſe dixerat, quod non* ἰχὼρ οἷος πέρ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσι. *Ille ſe ab hac ur- ıte lancea vindicavit.* Ultima ut a rhetore impropria : magis congruunt in Cliti, quam in Calliſthenis, m. Alia etiam dedit Menagius ad Diog. Laert. IX.

ɔ. E. ιζ'. λευκοπάρυφος] Rarior vox, cujus non aliud plum in Steph. Theſ. proditur: accipienda non *veſti- ;ſte albo limbo prætexta, ſed alba veſte indutus*, ex uſu entioris vocis εὐπάρυφος, *bene veſtitus*, de qua diximus . A. Antipater in victu et veſtitu frugalitatem pri- et ſpeciem moderationis affectabat: ita ejus mores ıit Plutarchus in Phocione p. 754. E.

o. E. ιη'. ἐσχάραν] *foculum* geſtabilem, mobilem: hu- :rat diverſus uſus vel ad ſacrificium adolendo thuri, d conclave calefaciendum poſiti in *foco*, ἐν τῇ ἑστίᾳ· etiam uſus in culina. De ſingulis notat Pollux com- bus locis: de ſacris Harpocration in voce: ibi Mauſ- ı et ad eum Valeſius p. 115. Plutarchus aliquoties t: veluti Gryllo p. 988. B. ad Ulyſſem dicitur: ἢ σοῦ πολεμοῦντος, οἴκοι κάθηται πρὸς ἐσχάραν πυρός—. Ca- Maj. p. 337. D: de M. Curio, πρὸς ἐσχάρᾳ καθήμενον ἕψοντα γογγυλίδας εὑρόντες. In re ſacra ponitur De Iſid. ſir. p. 355. A. ut ἐσχαρίς, Vit. p. 106. B. 553. A. Por- ius de Antro Nymph. §. 6. Polyæn. IV. 8. 2.

o. F. κ'.] *Euium* tibicinem Alexandro gratum novi- ex Vita Eumenis p. 583. D: idemque videtur eſſe qui ıoratur Athenæo XII. p. 538. F. Alia etiam de ıa Alexander iratus Caſſandro in eum involaſſe et ra contuliſſe narratur Plutarcho in Vita p. 705. F.

ɔ. F. κα'.] Idem factum narratur in Vita Alex. p. 689.

B. et De Fortun. Alex. p. 339. C: priore loco nomen viri editur Εὐρύλοχος Αἰγαῖος qui an idem ſit, qui *Eurylochus* Arriano memoratus IV. 13. et Curtio VIII. 6. non ſtatuo. *Antigenis* clarum eſt nomen inter Alexandri duces, et numeratur ab Juſtino in iis, quos ille ſenes in patriam dimiſit XII. 12. Plutarchus Vit. Alex. p. 703. F. *Antigenem* ἑτερόφθαλμον, in cauſſa haud diſſimili memorans, hunc ipſum dicere videtur.

p. 181. B. κγ′. Τῶν δὲ Ἰνδῶν—] Hic locus fere ad verbum deſcriptus exſtat in Sententiis S. Maximi et S. Antonii p. 569. edit. Stob. Wechel. ubi legitur ἀπαγόμενος, pro ἀγόμενος. Item —ἔλεγε πρὸς τοὺς ἄγοντας, ὅτι πολὺς χρόνος ἐςὶν ἀφ' οὗ ἐπὶ χεῖρας τόξον οὐκ ἔλαβεν, καὶ τὸ ἀποτυχεῖν ἐφοβήθη· ἀκούσας ταῦτα Ἀλέξανδρος—. Indorum ſtudium et ſolertiam διὰ σφενδόνης τοξεῦσαι prodit Philoſtratus Vit. Apollon. II. 19. p. 81. cujus locum expoſuimus in Biblioth. Crit. Vol. III. Part. I. p. 72.

181. C. κδ′. Ἐπεὶ δὲ Ταξίλης] Huc pertinet ſermo Alexandri cum Taxile narratus in Vita Alex. p. 698. B, C. quem retulit Zonaras Annal. IV. 13.

181. C. κε′. Περὶ δὲ τῆς—ἀόρνου πέτρας—] In Vita Alex. p. 697. E. De re ipſa Diodorus Sic. XVII. 85. ibique Weſſelingius. Curtius VIII. 11. Arrianus IV. 28. ſeq. In libro De Fort. Alex. p. 327. C. dicuntur ἄορνα ὕψη. Alia ſunt loca ἄορνα *avibus impervia* ob peſtiferam exhalationem vaporum: de quibus docte egit Jo. Beckmann. ad Ariſtot. Mirab. Auſcult. CIX. p. 220.

181. D. κζ′.] Atqui captam Aornon in operibus numeravit, quibus Herculis facta ſuperaret apud Arrianum V. 26.

181. D. κη′. ἐν τῷ κυβεύειν οὐ παίζοντας] i. e. *magis* σπουδάζοντας *quam* παίζοντας *in talorum luſu ſe geſſiſſe, nimia cupiditate et animorum commotione per talorum luſum contendiſſe.* Huic negotio et nomen et res erat παίζειν: ſic p. 132. F. παίζοντας καὶ κυβεύοντας. 355. D. παίξαντα πέτλια. Itaque Laco de Athenienſium ſcenicis certaminibus, οὐκ ἔφη σωφρονεῖν τὴν πόλιν μετὰ τοσαύτης σπουδῆς παίζουσαν· apud Plutarchum Sympoſ. VII. p. 710. F. qui veriſſime ſubjun-

τῷ γὰρ ὄντι παίζοντα δεῖ παίζειν καὶ μήτε δαπάνης πολλῆς— ἰσθαι τὸ ῥαθυμεῖν. Alexandri admonitionem ad amicos uriantes univerſe memorat Plutarchus in Alex. p. 688. D.

:81. D. κθ′.] Vita Alex. p. 691. F: τὸν μὲν ἐφίλει μά- κ, τὸν δὲ ἐτίμα· νομίζων καὶ λέγων ἀεὶ, τὸν μὲν Ἡφαιστίωνα Ἀλέξανδρον εἶναι, τὸν δὲ Κρατερὸν φιλοβασιλέα. Diodor. Sic. ΊI. 114: ἐπεὶ γάρ τις τῶν ἑταίρων εἶπε, μηδὲν καταδεέστερον αιστίωνος τὸν Κρατερὸν στέργεσθαι, ἐπεφθέγξατο, Κρατερὸν μὲν ι φιλοβασιλέα, Ἡφαιστίωνα δὲ φιλαλέξανδρον. Plutarchum cripſit Zonaras Annal. IV. 12. p. 143. A. Hinc du- m ſimile acumen L. Marcii Philippi defendentis Pom- um comparatum a pleriſque Alexandro: μηδὲν ἔφη παρά- ον ποιεῖν, εἰ Φίλιππος ὢν, φιλαλέξανδρός ἐστι.

:81. E. λ′. Ξενοκράτῃ—] Hic locus ad verbum relatus in Sententiis S. Maximi et Antonii p. 277. edit. Stob. ɛchel. ubi Ξενοκράτει editur: ut item dant Jannot. Ve- . Voſſ. Harl. Verbo rem tangit Plutarchus in Alex. 668. E: τὰ πεμφθέντα Ξενοκράτει πεντήκοντα τάλαντα. m De Fortun. Alex. p. 332. E: aliquanto diſertius ibi- n p. 333. B: Ξενοκράτην, πεντήκοντα τάλαντα δωρεὰν Ἀλε- δρου πέμψαντος, ὅτι οὐκ ἔλαβε, θαυμάζομεν, τὸ δὲ δοῦναι, οὔ; ὐχ ὁμοίως καταφρονεῖν χρημάτων δοκοῦμεν τὸν μὴ προσιέμενον ὂν χαριζόμενον; οὐκ ἐδεῖτο πλούτου Ξενοκράτης διὰ φιλοσοφίαν· έξανδρος δ' ἐδεῖτο διὰ φιλοσοφίαν, ἵνα τοιούτοις χαρίζηται. Alii m factum, ſed alium modum pecuniæ, aliam rationem ıdi et recuſandi, prodiderunt: veluti Cicero Tuſc. V. Diogenes Laertius IV. 8. et qui citantur ad illum a viſio, ad hunc a Menagio.

:81. E. λα′. Ἐπεὶ δὲ Πῶρος—] Hoc paucis mutatis ſum- a eſt ex Vita Alex. p. 699. C: repetitur De Fortun. ɛx. p. 332. E. De Ira Cohib. p. 458. B. Memorat et ianus V. 19. Quod hoc loco dat Harleianus codex ην pro πρῶτον, habet item Zonaras Annal. IV. 13. p. ⁝. C.

:81. F. λβ′.] Locus geminus Plutarchi in Alexandro 588. E: οἱ δὲ φίλοι—κατὰ μικρὸν οὕτω προῆλθον εἰς τὸ βλα- μεῖν καὶ κακῶς λέγειν αὐτόν· ὁ δὲ καὶ πάνυ πρᾴως ἐν ἀρχῇ

πρὸς ταῦτα διέκειτο, φάσκων, βασιλικὸν εἶναι τὸ κακῶς ἀκούειν εὖ ποιοῦντα. Ex præſente loco ſumſit compilator libelli Plutarchei pſeudonymi De Nobilitate ed. Wolf. p. 258. noſtræ Cap. XIX. fin. Antiſtheni tribuitur a Diogene Laertio VI. 3 : ἀκούσας ποτὲ ὅτι Πλάτων αὐτὸν κακῶς λέγει, Βασιλικὸν, ἔφη, καλῶς ποιοῦντα, κακῶς ἀκούειν· fortaſſe hanc ſententiam in Cyro poſuerit, ſic enim citat Epictetus Diſſert. IV. 6. p. 614 : Τί οὖν λέγει Ἀντισθένης; οὐδέποτ' ἤκουσας; Βασιλικὸν, ὦ Κῦρε, πράττειν μὲν εὖ, κακῶς δ' ἀκούειν. Ejuſdem Antiſthenis nomine laudat Marcus Antoninus VII. 36. p. 220. ad quem plura notavit Gatakerus, ut ad illum Uptonus. Sine auctoris nomine memorat Dio Chryſ. Orat. XLVII. fin. p. 530.

181. F. λγ'. Ἀποθνήσκων.] Nil Plutarchus in Vita Alexandri de hujus poſtremis dictis et mandatis. Hæc tamen Arrianus VII. 26 : —ἐρέσθαι μὲν τοὺς ἑταίρους αὐτὸν, ὅτῳ τὴν βασιλείαν ἀπολείπει· τὸν δὲ ὑποκρίνασθαι, ὅτι τῷ κρατίστῳ· Οἱ δὲ προσθεῖναι πρὸς τούτῳ τῷ λόγῳ, ὅτι μέγαν ἐπιτάφιον ἀγῶνα ὁρᾷ ἐπ' αὐτῷ ἐσόμενον. Diodorus Sic. item XVII. 119. ubi aliorum ex hoc dicto expreſſa imitamina notat Weſſelingius. Et Curtius ita narrat X. 5 : *Quærentibus bis, Cui relinqueret regnum? reſpondit, Ei, qui eſſet optimus : cæterum providere jam ob id certamen magnos funebres ludos parari ſibi :* item Juſtinus XII. 15. is quidem acumen reſponſi obruens dilatanda narratione. Cæterum in hujus loci illa dictione πρὸς τοὺς ἑταίρους ἰδὼν, Jun. Voſſ. Harl. pro ἰδὼν habent ἀπιδών· de cujus uſus elegantia diximus p. 119. C.

181. F. λδ'. Δημάδης ὁ ῥήτωρ—] Huic item tribuit Plutarchus in Galba p. 1053. C : Δημάδης μὲν γὰρ, Ἀλεξάνδρου τελευτήσαντος, εἴκαζε τὴν Μακεδόνων στρατιὰν ἐκτετυφλωμένῳ τῷ Κύκλωπι, πολλὰς κινουμένην ὁρῶν κινήσεις ἀτάκτους καὶ παραφόρους. At Leoſthenem citat De Fortun. Alex. p. 336. F : ἐκλείποντος εὐθὺς, Λεωσθένης ἔλεγε τὴν δύναμιν ἐμπλανωμένην ἑαυτῇ καὶ περιπίπτουσαν ἐοικέναι τῷ Κύκλωπι μετὰ τὴν τύφλωσιν ἐκτείνοντι πανταχοῦ τὰς χεῖρας ἐπ' οὐδένα σκοπὸν φερομένας. Sed in Demadeis dictis recenſet Demetrius, Phalereus vulgo dictus, De Elocutione §. 302. p. 246 : Ἔοικε γὰρ ἡ Μακεδονικὴ δύναμις ἀπολωλεκυῖα τὸν Ἀλέξανδρον τῷ Κύκλωπι τετυφλωμένῳ.

Comparavit exemplum cum Charitonis loco Dorvillius p. 620.

181. F. ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΤΟΥ ΛΑΓΟΥ.] Regis clari doctrina et bene factis, multa quoque bene dicta fuiſſe veriſimile eſt, quæ pauca ad noſtram memoriam venerunt. Hunc locum adhibuit J. Vaillant. in Hiſtoria Ptolemæorum p. 23. Poſtremam ejus partem retulit Ælianus Var. Hiſt. XIII. 13: Πτολεμαῖόν φασι τὸν Λάγου καταπλουτίζοντα τοὺς φίλους αὐτοῦ ὑπερχαίρειν· ἔλεγε δὲ, ἄμεινον εἶναι πλουτίζειν ἢ πλουτεῖν. Alia dicta exſtant apud Plutarchum De Ira Cohib. p. 458. A. Demetrio p. 891. A. De liberalitate et comitate ejus Diodorus Sic. XIX. 86.

p. 182. A. ΑΝΤΙΓΟΝΟΥ.] De copia et frequentia apophthegmatum hujus capitis eamdem tenemus ſententiam atque de illis Philippi. Antigoni hujus acute ſciteque dicta apud Veteres uſurpata fuiſſe, haud temere quis ſuſpicetur ex ratione qua laudantur a Plutarcho De Ira Cohib. p. 457. D. quem locum ſupra citavimus p. 172. A: De Vitioſo Pud. p. 531. F: Demetrio 902. B: et a Seneca De Ira II. 22.

182. A. α'. καλαμῶμαι] Rarius verbum apud ſcriptores, e quibus hunc unum locum attulit H. Stephanus Theſ. L. Gr. T. II. p. 15. F: ex Eccleſiaſticis et Lexicographis alia promens: item interpretes ad Heſychium T. II. p. 118. Proverbium hinc confecit Braſſicanus ad Eraſmi Adag. p. 225.

182. B. δ'.] Plutarchus De Garrulit. p. 506. C: Ἀντίγονος οὖν ὁ βασιλεὺς ἐκεῖνος, ἐρωτήσαντος αὐτὸν τοῦ υἱοῦ, πηνίκα μέλλουσιν ἀναζευγνύειν, Τί δέδοικας, εἶπε, μὴ μόνος οὐκ ἀκούσῃς τῆς σάλπιγγος· et in Vita Demetrii p. 902. C. ubi ad Demetrium filium hoc dixiſſe narratur. Frontinus I. 1. 3. Craſſo tribuit: *M. Licinius Craſſus percontanti, quo tempore caſtra moturus eſſet, reſpondit, Vereris, ne tubam non exaudias.*

182. B. ε'.] Idem in Vita Demetrii p. 899. C: τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Φίλιππον αἰσθόμενος ποτὲ ὁ πατὴρ καταλύοντα ἐν οἰκίᾳ τρεῖς ἐχούσῃ νέας γυναῖκας, πρὸς ἐκεῖνον μὲν οὐδὲν ἐφθέγξατο· παρόντος δὲ ἐκείνου τὸν σταθμοδότην μεταπεμψάμενος, Οὗτος, εἶπεν, οὐκ ἐξάξεις μου τὸν υἱὸν ἐκ τῆς στενοχωρίας. Paulo aliter narrat

πρὸς ταῦτα διέκειτο, φάσκων, βασιλικὸν εἶναι τὸ κακῶς ἀκούειν εὖ ποιοῦντα. Ex præſente loco ſumſit compilator libelli Plutarchei pſeudonymi De Nobilitate ed. Wolf. p. 258. noſtræ Cap. XIX. fin. Antiſtheni tribuitur a Diogene Laertio VI. 3 : ἀκούσας ποτὲ ὅτι Πλάτων αὐτὸν κακῶς λέγει, Βασιλικὸν, ἔφη, καλῶς ποιοῦντα, κακῶς ἀκούειν· fortaſſe hanc ſententiam in Cyro poſuerit, ſic enim citat Epictetus Diſſert. IV. 6. p. 614 : Τί οὖν λέγει Ἀντισθένης; οὐδέποτ᾽ ἤκουσας; Βασιλικὸν, ὦ Κῦρε, πράττειν μὲν εὖ, κακῶς δ᾽ ἀκούειν. Ejuſdem Antiſthenis nomine laudat Marcus Antoninus VII. 36. p. 220. ad quem plura notavit Gatakerus, ut ad illum Uptonus. Sine auctoris nomine memorat Dio Chryſ. Orat. XLVII. fin. p. 530.

181. F. λγ΄. Ἀποθνήσκων.] Nil Plutarchus in Vita Alexandri de hujus poſtremis dictis et mandatis. Hæc tamen Arrianus VII. 26 : —ἐρέσθαι μὲν τοὺς ἑταίρους αὐτὸν, ὅτῳ τὴν βασιλείαν ἀπολείπει· τὸν δὲ ὑποκρίνασθαι, ὅτι τῷ κρατίστῳ· Οἱ δὲ προσθεῖναι πρὸς τούτῳ τῷ λόγῳ, ὅτι μέγαν ἐπιτάφιον ἀγῶνα ὁρᾷ ἐπ᾽ αὐτῷ ἐσόμενον. Diodorus Sic. item XVII. 119. ubi aliorum ex hoc dicto expreſſa imitamina notat Weſſelingius. Et Curtius ita narrat X. 5 : *Quærentibus his, Cui relinqueret regnum? reſpondit, Ei, qui eſſet optimus : cæterum providere jam ob id certamen magnos funebres ludos parari ſibi :* item Juſtinus XII. 15. is quidem acumen reſponſi obruens dilatanda narratione. Cæterum in hujus loci illa dictione πρὸς τοὺς ἑταίρους ἰδὼν, Jun. Voſſ. Harl. pro ἰδὼν habent ἀπιδών· de cujus uſus elegantia diximus p. 119. C.

181. F. λδ΄. Δημάδης ὁ ῥήτωρ—] Huic item tribuit Plutarchus in Galba p. 1053. C : Δημάδης μὲν γὰρ, Ἀλεξάνδρου τελευτήσαντος, εἴκαζε τὴν Μακεδόνων στρατιὰν ἐκτετυφλωμένῳ τῷ Κύκλωπι, πολλὰς κινουμένην ὁρῶν κινήσεις ἀτάκτους καὶ παραφόρους. At Leoſthenem citat De Fortun. Alex. p. 336. F : ἐκλείποντος εὐθὺς, Λεωσθένης ἔλεγε τὴν δύναμιν ἐμπλανωμένην ἑαυτῇ καὶ περιπίπτουσαν ἐοικέναι τῷ Κύκλωπι μετὰ τὴν τύφλωσιν ἐκτείνοντι πανταχοῦ τὰς χεῖρας ἐπ᾽ οὐδένα σκοπὸν φερομένας. Sed in Demadeis dictis recenſet Demetrius, Phalereus vulgo dictus, De Elocutione §. 302. p. 246 : Ἔοικε γὰρ ἡ Μακεδονικὴ δύναμις ἀπολωλεκυῖα τὸν Ἀλέξανδρον τῷ Κύκλωπι τετυφλωμένῳ.

Comparavit exemplum cum Charitonis loco Dorvillius p. 620.

181. F. ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΤΟΥ ΛΑΓΟΥ.] Regis clari doctrina et bene factis, multa quoque bene dicta fuiſſe veriſimile eſt, quæ pauca ad noſtram memoriam venerunt. Hunc locum adhibuit J. Vaillant. in Hiſtoria Ptolemæorum p. 23. Poſtremam ejus partem retulit Ælianus Var. Hiſt. XIII. 13: Πτολεμαῖόν φασι τὸν Λάγου καταπλουτίζοντα τοὺς φίλους αὑτοῦ ὑπερχαίρειν· ἔλεγε δὲ, ἄμεινον εἶναι πλουτίζειν ἢ πλουτεῖν. Alia dicta exſtant apud Plutarchum De Ira Cohib. p. 458. A. Demetrio p. 891. A. De liberalitate et comitate ejus Diodorus Sic. XIX. 86.

p. 182. A. ΑΝΤΙΓΟΝΟΥ.] De copia et frequentia apophthegmatum hujus capitis eamdem tenemus ſententiam atque de illis Philippi. Antigoni hujus acute ſciteque dicta apud Veteres uſurpata fuiſſe, haud temere quis ſuſpicetur ex ratione qua laudantur a Plutarcho De Ira Cohib. p. 457. D. quem locum ſupra citavimus p. 172. A: De Vitioſo Pud. p. 531. F: Demetrio 902. B: et a Seneca De Ira II. 22.

182. A. α'. καλαμῶμαι] Rarius verbum apud ſcriptores, e quibus hunc unum locum attulit H. Stephanus Theſ. L. Gr. T. II. p. 15. F: ex Eccleſiaſticis et Lexicographis alia promens: item interpretes ad Heſychium T. II. p. 118. Proverbium hinc confecit Braſſicanus ad Eraſmi Adag. p. 225.

182. B. δ'.] Plutarchus De Garrulit. p. 506. C: Ἀντίγονος οὖν ὁ βασιλεὺς ἐκεῖνος, ἐρωτήσαντος αὐτὸν τοῦ υἱοῦ, πηνίκα μέλλουσιν ἀναζευγνύειν, Τί δέδοικας, εἶπε, μὴ μόνος οὐκ ἀκούσῃς τῆς σάλπιγγος· et in Vita Demetrii p. 902. C. ubi ad Demetrium filium hoc dixiſſe narratur. Frontinus I. 1. 3. Craſſo tribuit: *M. Licinius Craſſus percontanti, quo tempore caſtra moturus eſſet, reſpondit, Vereris, ne tubam non exaudias.*

182. B. ε'.] Idem in Vita Demetrii p. 899. C: τὸν ἀδελφὸν αὑτοῦ Φίλιππον αἰσθόμενος ποτὲ ὁ πατὴρ καταλύοντα ἐν οἰκίᾳ τρεῖς ἐχούσῃ νέας γυναῖκας, πρὸς ἐκεῖνον μὲν οὐδὲν ἐφθέγξατο· παρόντος δὲ ἐκείνου τὸν σταθμοδότην μεταπεμψάμενος, Οὗτος, εἶπεν, οὐκ ἐξάξεις μου τὸν υἱὸν ἐκ τῆς στενοχωρίας. Paulo aliter narrat

Frontinus Strategem. IV. 1. 10: *Antigonus, quum filium ſuum divertiſſe audiſſet in ejus domum, cui tres filiæ inſignes ſpecie eſſent, "Audio," inquit, "fili, anguſte habitare te, "pluribus dominis domum poſſidentibus: hoſpitium laxius accipe." Juſſoque commigrare edixit, ne quis minor quinquaginta annos natus, hoſpitio matrisfamilias uteretur.* Ὁ ἐπὶ τῶν ξενίων, *præfectus hoſpitiis* dicitur eadem forma ut ὁ ἐπὶ τῆς εἱρκτῆς p. 598. A. *præfectus cuſtodiæ.* Vit. p. 502. E: τὸν ἐπὶ τῶν ἀποῤῥήτων τοῦ βασιλέως, *eum qui regi a ſecretis erat.* 1070. F: Σεκοῦνδος ὁ ῥήτωρ, ἐπὶ τῶν ἐπιστολῶν γενόμενος τοῦ Ὄθωνος· *qui Othoni fuit ab epiſtolis.* Alibi ſimiliter, p. 435. C. 517. E. 588. E. 607. B. 654. E. 677. E. 697. B. 908. B. 1017. C. 1034. C. 1043. B.

182. B. ϛ'. μακρὰν νόσον.] Sic et Stobæus Floril. XX. p. 176. ex hoc loco referens ut Alexandri dictum: Ἀλέξανδρος νοσήσας μακρὰν νόσον, ὡς ἀνέῤῥωσεν, οὐδὲν ἔφη διατεθῆναι χεῖρον· ὑπέμνησε γὰρ ἡμᾶς ἡ νόσος, μὴ μέγα φρονεῖν, ὡς θνητοὺς ὄντας. Ex interpretibus Regius, Amyotus, Ricardus, recte μακρὰν reddiderunt.

182. C. ζ'. Ἑρμοδότου—] Plutarchi De Iſid. et Oſir. p. 360. C: Ἀντίγονος ὁ γέρων, Ἑρμοδότου τινὸς ἐν ποιήμασιν αὐτὸν ἡλίου παῖδα καὶ θεὸν ἀναγορεύοντος, Οὐ τοιαῦτά μοι, εἶπεν, ὁ λασανοφόρος σύνοιδεν. In *Hermodoti* nomine conſentiunt libri: nec tamen quis fuerit, nobis innotuit. Aut hoc aut ſimile certe exemplum frigidæ laudationis ſecutus eſt Perſius ille Horatianus Sat. I. 7. 22: *Perſius exponit cauſſam: ridetur ab omni Conventu: laudat Brutum laudatque cohortem: Solem Aſiæ Brutum appellat: ſtellaſque ſalubres Appellat comites—.* Λασανοφόρος, *famulus hero laſanum geſtans:* λάσανον *ſella exonerando alvo,* Pollux X. 44. 45. Et Latinis ita dictum, et idem miniſterium notat Horatius Sat. I. 6. 108: *—Tiburte via prætorem quinque ſequuntur Te pueri, laſanum portantes œnophorumque.* Videatur et Heſychius in voce, ibique Albertius: et J. Uptonus ad Epicteti Diſſert. I. 2. p. 13. Not. p. 11.

182. C. ι'.] Ex Plutarcho De Ira Cohib. p. 457. E: Ἀντιγόνου τὸ πρὸς τοὺς στρατιώτας, ὅτι τοὺς παρὰ τὴν σκηνὴν λοιδοροῦντας αὐτὸν ὡς οὐκ ἀκούοντα, τὴν βακτηρίαν ὑποβαλὼν ἔξω,

παὶ, εἶπεν, οὐ πορρωτέρω ποι τραπόμενοι κακῶς ἐρᾶτε ἡμᾶς. ιeca De Ira III. 22: *Quid enim facilius fuit Antigono, ım duos manipulares duci jubere, qui incumbentes regio tanaculo faciebant, quod homines et periculoſiſſime et libenme faciunt, de rege ſuo male exiſtimant? Audierat omnia tigonus, utpote cum inter dicentem et audientem palla inſſet: quam ille leviter commovit, et, Longius, inquit, diſite, ne vos rex audiat.* Huic ibidem Seneca ſimillimum ıd Antigoni factum ſubjungit.

82. D. ια'. Ἀριςοδήμȣ] Præcipuus Antigoni amicus: . Demetr. p. 892. D. 896. A. C. Fortaſſe hic fuerit ıs Eutropionis coquorum præfecti, de quo vidimus p. A. Eſt autem περίζωμα, *ſubligaculum*, ut hodieque, .liorum opificum et coquorum. Sic Hegeſander apud ıen. VII. p. 290. B. inducit loquentem coquum: Οὐ παρέργως ἔμαθον ἐν ἔτεσιν δυοῖν Ἔχων περίζωμ', ἀλλ' ἅπαντα 3ίον. Plutarchus Symp. IV. p. 668. C. De Rep. Seni ·. 785. D.

82. D. ιγ'.] Anaximenes eloquentiæ magiſter et Hiıæ ſcriptor, paſſim in Veterum ſcriptis memoratus: de ex recentioribus in primis egerunt Voſſius Hiſt. Gr. o. p. 57. Meurſius ad Chalcidium p. 37. aliique citati ricio B. G. Vol. I. p. 815. et II. p. 209. Dictio ἐπί τινος ιν, eſt *ad aliquem, ut judicem, aut præſidem, dicere.* De rul. p. 504. C: λέγων αὐτὸν (τὸν λόγον) ἐπὶ τῶν δικαςῶν. c. Rep. p. 1033. B: συνηγορίαν ἐπὶ δικαςῶν. Adv. Epi- 1100. A. Defect. Orac. 409. F. Apophthegm. 205. Vit. 106. E. 363. E. 479. D. 835. F. 942. C. Dio yſ. Or. XV. p. 235. B. Ariſtides T. II. p. 85. Gaıs T. I. p. 37. E. Erotianus ibid. p. 31. C. Notavit et ſſelingius ad Diodor. Sic. T. II. p. 153. Verſus eſt ipidis ex Iphigenia in Taur. 787: Τάδ' ἐςὶν ἐν δέλτοισιν γραμμένα, ubi hic Plutarchi locus non fugit Marklan- l.

32. E. ιδ'.] Verba ſolœca λειποδολανεῖν et χιονοβόλος, ana- a quidem ſe tuentur; ſiquidem ſimilia uſurpantur λειμᾶν, λειπανδρεῖν, λειποψυχεῖν, λειποτακτεῖν, item ἰοβόλος, όλος, λιθοβόλος et alia: non tamen uſu frequentata,

ſed ab ipſo rhetore ficta. Accedit affectatio elegantiæ in paronomaſia ὥρας et χώρας, quam Plato ut forenſem notans, tamen ipſe adhibet Leg. VI. p. 617. B: ἵνα ὡς πλεῖστοι τῶν φρουρῶν μὴ μόνον ἔμπειροι τῆς χώρας γίγνωνται κατὰ μίαν ὥραν τοῦ ἐνιαυτοῦ, πρὸς τῇ χώρᾳ δὲ ἅμα καὶ τῆς ὥρας ἑκάστης περὶ ἕκαστον τὸν τόπον τὸ γιγνόμενον ὡς πλεῖστοι καταμάθωσιν.

182. E. ιε΄.] Plutarchus uberius narrat De Vitioſo Pudore p. 531. E: Ἀντίγονος ὁ γέρων ὑπὸ Βίαντος ἐνοχληθεὶς πολλάκις, Δότε, εἶπε, Βίαντι τάλαντον καὶ ἀνάγκῃ· καίτοι τῶν βασιλέων μάλιστα ἐμμελὴς ἦν καὶ πιθανὸς ἀποτρίβεσθαι τὰ τοιαῦτα. Κυνικοῦ γάρ ποτε δραχμὴν αἰτήσαντος αὐτὸν, "Οὐ βασιλικὸν, "ἔφη, τὸ δόμα·" Τοῦ δὲ ὑποτυχόντος, Δὸς οὖν μοὶ τάλαντον, "ἀπήντησεν," Ἀλλ' οὐ κυνικὸν τὸ λῆμμα· ubi nomen *Biantis* in nomen *Bionis* mutandum monet Caſaubonus ad Diog. Laert. IV. 48. Seneca De Beneficiis II. 17: *Ab Antigono Cynicus petiit talentum: reſpondit, "plus eſſe, quam quod "Cynicus petere deberet." Repulſus petit denarium: reſpondit, "minus eſſe quam quod regem deceret dare." Turpiſſima eſt ejuſmodi cavillatio. Invenit quomodo neutrum daret: in denario regem, in talento Cynicum reſpexit; cum poſſet et denarium tamquam Cynico dare, et talentum tamquam rex. Ut ſit aliquid majus quam quod Cynicus accipiat; nihil tam exiguum eſt, quod non honeſte regis humanitas tribuat.*

182. E. ιϛ΄. Πέμπων δὲ Δημήτριον] In Vita Demetrii p. 892. B: ὁ Ἀντίγονος—ἐπίβαθραν μὲν ἔφη καλὴν εἶναι καὶ ἀσάλευτον τὴν εὔνοιαν· τὰς δὴ Ἀθήνας ὥσπερ σκοπὸν τῆς οἰκουμένης ταχὺ τῇ δόξῃ διαπυρσεύειν εἰς ἅπαντας ἀνθρώπους τὰς πράξεις. Forma nominis σκοπὴ, *ſpecula*, eſt apud Plutarchum Opp. Mor. p. 347. C. 1083. D. Vit. 315. A. D. 818. C. 1004. C. 1032. D. Hoc loco σκοπιῆς dant Jun. et Harl. at communis dialectus σκοπιᾶς, magis quam Ionica σκοπιῆς, probari poterat. Ipſum quidem nomen σκοπιὰ uſitatius eſt: ſic Plutarchus Opp. Mor. p. 317. C: Vit. 585. B. Ariſtides T. I. p. 198. Ælianus in Fragm. hac voce.

182. F. ιζ΄. Ἀνταγόρου—] Plutarchus Sympoſ. IV. p. 668. C: Ἀνταγόρᾳ δὲ τῷ ποιητῇ—ὁ βασιλεὺς Ἀντίγονος ἐν τῷ στρατοπέδῳ λοπάδα γόγγρων ἕψοντι περιεζωσμένῳ παραστὰς, Ἆρά γε, εἶπε, "τὸν Ὅμηρον οἴει τὰς τοῦ Ἀγαμέμνονος πράξεις ἀνα-

" γράφειν γόγγρους ἕψοντα·" κἀκεῖνος οὐ φαύλως, Σὺ δ' οἴει, " ἔφησε, τὸν Ἀγαμέμνονα τὰς πράξεις ἐκείνας ἐργάσασθαι πολυ- " πραγμονοῦντα τίς ἐν τῷ στρατοπέδῳ γόγγρον ἕψει." Idem ex Hegeſandro iiſdem fere verbis refert Athenæus VIII. p. 340. F. Antigonum hunc Antagoræ ſtudioſum, non illum *primum* cujus in hoc capite apophthegmata produntur, ſed ejus ex Demetrio filio nepotem, Antigonum Gonatam, fuiſſe contendit Jac. Perizonius ad Æliani Var. Hiſt. XIV. 26. quod ibi Arceſilaum Antagoras maledictis petiviſſe dicatur. Atqui ſecundum temporum rationem potuit et Antagoras et Arceſilaus utroque ſub Antigono floruiſſe; ſiquidem inter primi obitum et Gonatæ initium regnandi, certe imperandi, non niſi decem anni interſunt. Sed pro Antigono Gonata eſt Anonymus ſcriptor Vitæ Arati in editione Callimachi Erneſtiana p. 590. —οὗ γίνεται παῖς Δημήτριος ὁ πολιορκητὴς, Δημητρίου δὲ Ἀντίλογος ὁ Γαλάτας (leg. Ἀντίγονος ὁ Γονάτας) παρ' ᾧ διέτριβεν αὐτὸς, καὶ σὺν αὐτῷ Περσεὺς ὁ Στωϊκὸς καὶ Ἀνταγόρας ὁ Ῥόδιος ὁ τὴν Θηβαΐδα ποιήσας, καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Αἰτωλός—. Hujus Thebaidis alia exſtat mentio in ſcriptoris alterius cujuſdam non nominati hiſtoriola pervenuſta, quam ſervavit S. Maximus in Sententiis T. II. p. 580. edit. Combefiſianæ: p. 934. edit. Stob. Wechel. Ἀνταγόρας ἐπεὶ ἀνεγίνωσκε παρὰ Βοιωτοῖς τὸ τῆς Θηβαΐδος σύγγραμμα, καὶ οὐδεὶς ὑπεσημήνατο, κλείσας τὸ βιβλίον, Δικαίως, εἶπε, καλεῖσθε Βοιωτοί· βοῶν γὰρ ὦτα ἔχετε. Antagoram cum Arato, Lycophrone, et Menedemo, Eretriæ degiſſe narrat Diogenes Laert. II. 133: ejuſque Epigrammata duo apponit IV. 21. et 26: eumdemque nominat Meleager inter Poetas, ex quibus flores Coronæ ſuæ collegerit. Alia videantur de hoc Poeta apud T. Hemſterhuſium l. c. editionis Callimacheæ.

p. 183. A. ιη'. Ἐπεὶ δὲ ὄναρ ἰδὼν—] Magis ad Demetrium quam ad Antigonum referri debebat. Sumtum ex Vita Demetrii p. 890. C. ubi quod dicitur Μιθριδάτης ὁ Ἀριοβαρζάνου παῖς, reprehendit Palmerius Exercit. ad Gr. Auctores p. 212: tuetur Weſſelingius ad Diodor. Sic. XIX. 40: De ſomnio Antigoni, fuga Mithridatis in Pontum,

ſed ab ipſo rhetore ficta. Accedit affectatio
paronomaſia ὥρας et χώρας, quam Plato
tans, tamen ipſe adhibet Leg. VI. p. 61
τῶν φρουρῶν μὴ μόνον ἔμπειροι τῆς χώρας γί
τοῦ ἐνιαυτοῦ, πρὸς τῇ χώρᾳ δὲ ἅμα καὶ τῆς
τὸν τόπον τὸ γιγνόμενον ὡς πλεῖστοι κατα

182. E. ιε'.] Plutarchus uberi
dore p. 531. E: Ἀντίγονος ὁ γέρω
λάκις, Δότε, εἶπε, Βίαντι τάλαντον
λέων μάλιστα ἐμμελὴς ἦν καὶ
Κυνικοῦ γάρ ποτε δραχμὴν αἰ
"ἔφη, τὸ δόμα·" Τοῦ δὲ ὑποτυ
ήντησεν," Ἀλλ' οὐ κυνικὸν
nomen *Bionis* mutandr
Laert. IV. 48. Senec
Cynicus petiit talentum ... receptas, concion
"*Cynicus petere debe* ... trio, refert Plutarch
dit, "*minus eſſe quo* ... en de correcto barbari
eſt ejuſmodi cavill ... ci munere; quamquam
denario regem, in ... trii ingenio.
narium tamquam ... ΤΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ. α'.] Ex
ſit aliquid maj
guum eſt, quo ... ον ναυμαχῶν—] In libro De Laudat

182. E. ... Ἀντίγονος ὁ Δεύτερος τἄλλα μὲν ἦν ἄτυφ
892. B: ὁ ... περὶ Κῶν ναυμαχίᾳ τῶν φίλων τινὸς εἰπ
λευτον τὴν ... εἰσὶν αἱ πολέμιαι νῆες; Ἐμὲ δέ γ' αὐτὸν,
ταχὺ τῇ ... ; Pelopida idem, minus recte, ab
Forma ... in pugna ad Andrum, pronunciatum
Mor. ... p. 278. D: Ἀντίγονος ὁ γέρων, ὅτε ναυμαχῶν περὶ
C. ... εἰπόντος τινὸς ὡς πολὺ πλείους αἱ τῶν πολεμίω
mu ... δὲ αὐτὸν, ἔφη, πρὸς πόσας ἀντιστήσεις; De hoc
be ... me legere non memini, niſi apud Athenæum
f ... p. 209. E. Res Antigoni Gonatæ apud Diodorum
... conſignatæ fuerunt in libris nunc perditis: et Juſ
... breviter eas percurrit libro XXIV—XXVI.
... hanc pugnam commiſſam eſſe adverſus Patroc
... Ptolemæus cum claſſe miſerat auxiliatum Ath

nil tamen de admonitione Demetrii, prodit Appianus in Mithridaticis §. IX. Vol. I. p. 652.

Alia poterant colligi e Vita Demetrii, et Opp. Mor. p. 330. E. 458. F. 633. C. Apud Stobæum cujus Antigoni dicta ſint, non declaratur, p. 87. 365. S. Max. et Ant. p. 721.

183. A. ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ. α'. 'Ροδίους—] Ex Vita Demetrii p. 898. E. Narrant item Gellius XV. 31. Plinius XXXV. 36. 20. ubi videndus Harduinus. Fr. Junius in Catalogo Artificum p. 184. ſeq.

183. B. τὴν ἑλέπολιν—] Vita Demetrii p. 898. A: 'Ρόδιοι δὲ πολὺν χρόνον ὑπ' αὐτοῦ πολιορκηθέντες, ἐπεὶ κατελύσατο τὸν πόλεμον, ᾐτήσαντο τῶν μηχανῶν ἐνίας, ὅπως ὑπόμνημα τῆς ἐκείνου δυνάμεως ἅμα, καὶ τῆς αὐτῶν ἀνδραγαθίας ἔχωσιν· ἐπολέμησε δὲ 'Ροδίοις Πτολεμαίου συμμάχοις οὖσι, καὶ τὴν μεγίστην ἑλέπολιν τοῖς τείχεσιν προσήγαγεν.

183. B. β'. 'Αποστάντων—] Athenas receptas, concionem etiam clementer habitam a Demetrio, refert Plutarchus in ejus Vita p. 905. B. nil tamen de correcto barbariſmo auctoque propterea frumenti munere; quamquam res plane congruit cum Demetrii ingenio.

183. C. ΑΝΤΙΓΟΝΟΥ ΤΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ. α'.] Ex Vita Demetrii p. 914. D.

183. C. β'. Μέλλων ναυμαχεῖν—] In libro De Laudatione Sui p. 545. B: 'Αντίγονος ὁ Δεύτερος τἄλλα μὲν ἦν ἄτυφος καὶ μέτριος, ἐν δὲ τῇ περὶ Κῶν ναυμαχίᾳ τῶν φίλων τινὸς εἰπόντος, οὐχ ὁρᾷς ὅσῳ πλείους εἰσὶν αἱ πολεμίαι νῆες; Ἐμὲ δέ γ' αὐτὸν, εἶπε, πρὸς πόσας ἀντιτάττετε; Pelopida idem, minus recte, ab Antigono ſeniore in pugna ad Andrum, pronunciatum dicitur p. 278. D: 'Αντίγονος ὁ γέρων, ὅτε ναυμαχεῖν περὶ Ἄνδρον ἔμελλεν, εἰπόντος τινὸς ὡς πολὺ πλείους αἱ τῶν πολεμίων νῆες εἶεν, 'Εμὲ δὲ αὐτὸν, ἔφη, πρὸς πόσας ἀντιστήσεις; De hoc prælio alibi me legere non memini, niſi apud Athenæum V. p. 209. E. Res Antigoni Gonatæ apud Diodorum Siculum conſignatæ fuerunt in libris nunc perditis: et Juſtinus non niſi breviter eas percurrit libro XXIV—XXVI. Suſpicor hanc pugnam commiſſam eſſe adverſus Patroclum, quem Ptolemæus cum claſſe miſerat auxiliatum Atheni-

ab Antigono obſeſſis: quas res curſim perſtringit ias I. 1. et 7. Sed Antigono et Patroclo adverſa- iſſes obtinentibus aliquid per nuntios cavillationis ſſiſſe, refert ex Phylarcho Athenæus VIII. p. 334: lem fortaſſe ſumſerit mentionem hujus pugnæ na- . p. 209. E: παρέλιπον δὲ ἑκὼν ἐγὼ τὴν Ἀντιγόνυ ἱερὰν ; ἐνίκησε τοὺς Πτολεμαίου ςρατηγοὺς περὶ Λευκόλλαν τῆς πειδὴ δὲ καὶ τῷ Ἀπόλλωνι αὐτὴν ἀνέθηκεν. Navem hanc at Plutarchus Sympoſ. V. 3. p. 676. D: ἡ Ἀντιγόνυ ; ἀναφυσασα περὶ πρύμναν αὐτομάτως σέλινον, Ἰσθμία θη. Tempus igitur illud incidit in eum annum, Ptolemæi Philadelphi 18. Lagidarum 56. Olymp. III. 1. ſecundum J. Vaillantium Hiſt. Ptolem. p. us annales hac mentione locupletari poterant.

D. γ'. Ὑποχωρῶν—] Hinc ſumſit Stobæus Floril. III. p. 365: Ἀντίγονος ὑποχωρῶν ποτε τοῖς πολεμίοις ένοις, οὐκ, ἔφη φεύγειν, ἀλλὰ διώκειν τὸ συμφέρον ὀπίσω

D. δ'. Ἐπεὶ δὲ νεανίσκος—] Item ipſis verbis retulit tob. Flor. Tit. LXXXVI. p. 497: Plutarchus De Pud. p. 534. C. verbis paulum mutatis: Ἀντίγο- : τινα νεανίσκον γεγονότα μὲν ἐκ λοχαγοῦ χαρίεντος, αὐτὸν μον ὄντα καὶ μαλακὸν ἀξιοῦντα δὲ προαχθῆναι, Παρ' ἐμοὶ, ὦ μειράκιον, ἀνδραγαθίας οὐ πατραγαθίας τιμαί. Acu- ſt in nomine novo et ficto πατραγαθίας ejuſque ſcita ione ad alterum notum et uſitatum, ἀνδραγαθίας. etiam eſt nomen ἀποφορά, pro *ſtipendio* militari, ut Budæus Comment. Ling. Gr. p. 170. ſeq. ſed ta- onjunctæ ſignificationis cum frequentiore *vectigalis, enditur*, ſiquidem hoc loco notatur *vectigal, quod r.* Haud multum diſtat Vit. Theſ. p. 10. E. Ly- p. 44. C. de fructu agri. 54. E. Videantur et H. Theſ. L. Gr. T. IV. p. 94. E. Rigaltius ad Arte- p. 36.

D. ε'. Ζήνωνος.] Diogenes Laert. VII. 15: Λέγεται : τὴν τελευτὴν τοῦ Ζήνωνος εἰπεῖν τὸν Ἀντίγονον, οἷον εἴη ἀπολωλεκώς· ubi plura etiam narrat de Antigoni enonem ſtudio: et eodem libro §. 13. et 7. ubi mu-

tuæ eorum epiſtolæ apponuntur. Ælian. Var. Hiſt. VII. 14. IX. 26. XII. 25. Simile dictum Philippi Macedonis de Athenis vidimus p. 178. A.

Hujus Antigoni eſſe laudem comitatis et manſuetudinis, quæ regi Antigono tribuitur apud Ælianum Var. Hiſt. II. 20. vere judicat Perizonius. Ejuſdem quædam acute dicta prodit Plutarchus in Pyrrho p. 400. A. et 404. A: Erotic. p. 754. B. ad hunc pertinere putem.

183. E. ΛΥΣΙΜΑΧΟΥ. α'. Λυσίμαχος ἐν Θρᾴκῃ—] Notavimus ad Ser. Num. Vind. p. 555. D: editionis veteris p. 57. Δρομιχαίτου dant Jun. et Harl. ita quoque Diodorus Sic. T. II. p. 559, 560. Polyænus VII. 25. at Plutarchus in Demetrio p. 915. B. Δρομηχαίτην vocat. Harleianus etiam pro διὰ δίψαν exhibet διακόψας, perperam.

183. E. β'. Πρὸς δὲ Φιλιππίδην—] Notabimus ad p. 508. B. habet alibi Plutarchus et Stobæus Flor. Tit. XLVIII. p. 345.

183. E. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ. α'.] Plutarchus De Cupidit. Divitiar. p. 525. C: Ἀντίπατρος εἶπε θεασάμενος αὐτὸν γέροντα, καθάπερ ἱερεῖου διαπεπραγμένου μηδὲν ἔτι λοιπὸν ἢ τὴν γλῶσσαν εἶναι καὶ τὴν κοιλίαν. Phocione init. p. 741. E: Δημάδης γὰρ ἦν αὐτὸς ναυάγιον τῆς πόλεως, οὕτως ἀσελγῶς βιώσας καὶ πολιτευσάμενος, ὥστε Ἀντίπατρον εἰπεῖν, ὅτι καθάπερ ἱερείου διαπεπραγμένου γλῶσσα καὶ κοιλία μόνον ἀπολέλειπται· quem locum citat Thomas Mag. in voce Διαπεπραγμένον p. 219. ſimul cum alio Syneſii hinc expreſſo, Epiſt. CXXXV. p. 272. A: οὐδὲν ἔχουσιν αἱ Ἀθῆναι σεμνὸν, ἀλλ', ἢ τὰ κλεινὰ τῶν χωρίων ὀνόματα,—καθάπερ ἱερείου διαπεπραγμένου τὸ δέρμα λείπεται γνώρισμα τοῦ πάλαι ποτε ζώου. Haud diſſimili ſenſu hoc verbum eſt in aliis Plutarchi locis. v. c. Vit. p. 471. C: τὴν πόλιν—διαπεπρᾶχθαι· *urbem everſam eſſe.* 608. A: ἐπεὶ δὲ ἔγνω διαπεπραγμένους, *poſteaquam cognovit eos confectos et interfectos eſſe.* 663. D: διεπέπρακτο ἄνευ μάχης, *victus fuiſſet ſine pugna.* 721. A. διαπεπραγμένων τῶν καθ' αὐτόν· *ſuis militibus confectis et pereuntibus.* Sic eſt ἐκπρᾶττειν in Euripidis Hecub. 515. Similis conſuetudo verſatur in Latino *peragere, peragi.*

183. F. ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΤΟΥ ΤΡΙΤΟΥ. α'.] Hoc nuſquam

alibi proditum, refert J. Vaillantius in Hiſtoria Seleucidarum p. 79. ex turbido fonte Alexandri ab Alexandro Dier. Genial. VI. 23. p. 378: quod præter hunc etiam citat *Philo De Temp.* plane nihili eſt.

183. F. β′.] Et hoc ſingulare: referendum eſt ad illa tempora, quum Antiochus bello adverſus Romanos Epheſi degeret: quo de argumento eſt Appian. Syr. 6. 12. Liv. XXXIII. 38.

p. 184. A. ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΤΟΥ ΙΕΡΑΚΟΣ.] Sumtus eſt hic locus ex Plutarchi libro De Fraterno Amore p. 489. A.

184. A. ΕΥΜΕΝΟΥΣ.] Hæc, paucis mutatis, deſcripta ſunt ex eodem libro Plutarchi De Fraterno Amore p. 489. E. Ad Μὴ σπεῦδε γῆμαι— Meziriacus annotavit, *Parodia ex illo Euripideo* Μήπω μέγ' εἴπῃς πρὶν τελευτήσαντ' ἴδῃς· quod ubi exſtet, non declaravit: ſimile quidem legitur in Andromache 100. Cæterum Jannot. dat ἐν ἡλίκῳ, quod ipſum quidem nihili eſt, ſed oſtendit aliam lectionem ἐνήλικι, vel ἐν ἡλικίᾳ, quæ ſunt juſtæ formæ: ἐνήλικος eſt apud Plutarchum Vit. p. 162. A. 351. B. 356. A: ἐνῆλιξ p. 54. D. 242. C. ignorant Lexica. Frequentius etiam eſt, οἱ ἐν ἡλικίᾳ, *adulti*, ἐν ἡλικίᾳ εἶναι, *ætate virili eſſe, militari ætate eſſe*, omnino habere *ætatem aptam rebus gerendis*: ſic mox p. 188. E. 754. D. Vit. 98. E. 116. F. 141. A, B. 163. A. 360. F. 368. B. 532. F. 761. B. 789. B. 956. A. Jamblich. Vit. Pyth. §. 146. monuerunt et Taylorus ad Lyſ. p. 55: Weſſelingius ad Diodor. Sic. T. I. p. 351.

184. C. ΠΥΡΡΟΥ ΤΟΥ ΗΠΕΙΡΩΤΟΥ. α′.] Ex Plutarcho in ejus Vita p. 388. A.

184. C. β′.] Ibidem p. 387. D. ubi rectius legitur Πολυσπέρχων. Habet quoque Stobæus Floril. Tit. LII. p. 366. tibicinum alia nomina exhibens: Πύῤῥος ἐπιζητούντων τινῶν παρὰ πότον, πότερος κρείσσων αὐλητὴς, Ἀντιγενίδας ἢ Σάτυρος· "Ἐμοὶ μὲν," εἶπεν, "ϛρατηγὸς Πολυσπέρχων·" διδάσκων ὅτι ἀναγκαῖα δεῖ ζητεῖν, καὶ μὴ ἄχρηϛα. Theon Sophiſta Progymnaſm. Cap. V. p. 74: Πύῤῥος ὁ τῶν Ἠπειρωτῶν βασιλεὺς, ζητούντων τινῶν παρὰ πότον πότερος κρείττων αὐλητὴς, Ἀντιγενίδας ἢ Σάτυρος, Ἐμοὶ μὲν, εἶπε, ϛρατηγὸς Πολυσπέρχων. Ca-

pheiſias ſubinde memoratur Veteribus, ut notarunt P. Leopardus Emend. IX. 21. et interpretes Diogenis Laertii VII. 21: Harl. temere dat Σχαφησίας. *Antigenides* Plutarcho mox p. 193. F. De Fortun. Alex. 335. A. Athenæo IV. 131. B. XIV. 631. F. plura dicemus p. 193. F. *Satyrus* Æliano Var. Hiſt. III. 33. *Python* fortaſſe fuerit amaſius *Evii*, de quo diximus p. 180. F. Sed difficile eſt hos homines, quamvis claros tibicines, in eamdem ætatem includere.

184. C. γ'. Ἐπεὶ δὲ συμβαλὼν—] Ex Plutarcho in Vita Pyrrhi p. 397. B.

184. C. δ'. Ἐπεὶ δὲ Σικελίας—] Indidem p. 398. F.

184. D. ε'. Τῶν δὲ ϛρατιωτῶν—] Indidem p. 388. B.

184. D. ϛ'. Ἀκούσας—] Indidem p. 387. F. plenius, addito etiam exitu, qui hic deſideratur: τοὺς παρ' οἶνον αὐτὸν λοιδορήσαντας, εἶτα ἐλεγχομένυς ἠρώτησεν εἰ ταῦτα εἶπον; ἀποκριναμένυ δὲ τῶν νεανίσκων ἑνὸς, Ταῦτα, ὦ βασιλεῦ, πλείονα δ' ἂν τούτων εἰρήκειμεν, εἰ πλείων παρῆν οἶνος ἡμῖν· γελάσας ἀφῆκεν. Diſertius etiam et uberius Valerius Max. V. 1. Ext. 3: *Æque mitis animus Pyrrhi regis. Audierat, quoſdam Tarentinorum in convivio parum honoratum de ſe ſermonem habuiſſe; arceſſitos, qui ei interfuerant, percontabatur, an ea quæ ad aures ejus pervenerant, dixiſſent. Tum ex his unus, "Niſi," inquit, "vinum nobis defeciſſet, iſta quæ tibi relata "ſunt, præ iis, quæ de te locuturi eramus, luſus ac jocus "fuiſſent." Tam urbana crapulæ excuſatio, tamque ſimplex veritatis confeſſio iram regis convertit in riſum. Qua quidem clementia et moderatione aſſecutus eſt, ut et ſobrii ſibi Tarentini gratias agerent, et ebrii bene precarentur.*

184. D. ANTIOXOY.] Non ſuo loco ponitur, quippe ſubjungendus erat duobus ſupra memoratis Antiochis. Hunc eſſe Antiochum VII. cognomine *Sidetem*, ex rebus de eo narratis apparet.

184. D. α'. ὁ ϛρατεύσας δεύτερον ἐπὶ Πάρθυς] Mirum eſt eum hac nota, *is qui iterum in Parthos expeditionem fecit*, ſignificari. In expeditione adverſus Parthos eum obiiſſe, conſtat: bis adverſus eos bellum geſſiſſe, nuſquam proditur; niſi forte antea fratri Demetrio II. cui ſucceſſit,

comes et ſocius contra Parthos bellanti adfuerit. Antiochum *Sidetem* ob venandi ſtudium a Syris cognominatum, hoc loco intelligendum eſſe, res ipſa arguit. Pertinent huc notata ex Juſtino XXXVIII. 10. et Athenæo X. p. 493. et XII. p. 540. a Valeſio et Weſſelingio ad Diodori Sic. Excerpta. T. II. p. 602. Hiſtoriam ex hoc Plutarchi loco refert J. Vaillantius Hiſt. Seleucid. p. 168.

184. F. β΄. Τῶν δὲ Ἰυδαίων—] Rem narrat Joſephus Ant. Jud. XIII. 8. 2. oratione non multum diverſa; ut credibile ſit ex ejus fonte hanc notitiam ad Plutarchum fluxiſſe. Retulit illinc Vaillantius l. l. p. 165.

184. F. ΘΕΜΙΣΤΟΚΛΕΟΥΣ. α΄.] De laſcivia adoleſcentis diximus ad Ser. Num. Vind. p. 38. edit. veteris: hujus 552. B. dictum excitati per Miltiadis tropæum ſupra vidimus p. 84. B. Addatur Daviſius ad Cic. Tuſc. IV. 19.

p. 185. A. β΄.] Alexandro tribuit Dio Chryſ. Or. II. p. a. B: ἐκ τούτου δὴ ἤρετο ὁ Φίλιππος, Ἀλλὰ σὺ, ὦ Ἀλέξανδρε, πότερον ἕλοιο ἂν, Ἀγαμέμνων ἢ Ἀχιλλεὺς, ἢ ἐκείνων τὶς γεγονέναι τῶν ἡρώων, ἢ Ὅμηρος·—ϗ τοῦ Ὀλυμπίασι κήρυκος ἧττις᾽ ἂν ἀκούειν᾽ ἂν φθεγγομένυ μέγα καὶ σαφές· οὐ μέντοι κηρύττειν ἐβυλόμην αὐτὸς ἑτέρυς νικῶντας, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον κηρύττεσθαι. Similitudinem quamdam habet aliud Themiſtoclis dictum apud Ælianum Var. Hiſt. XIII. 43: at Valerium Max. VIII. 14. Ext. 1. —*theatrum petens, cum interrogaretur, cujus vox auditu illi futura eſſet gratiſſima, dixit, Ejus, a quo artes meæ canentur optime.* Et Xenophontis Ἀπομν. II. 1. 31.

185. A. γ΄. Ἐπικύδην—] Plutarch. in Vita Themiſtoclis p. 114. D.

185. A. δ΄. Ἀδειμάντυ] Auctor eſt Herodotus VIII. 59. Bis nomen Adimanti pro Eurybiadis nomine perperam legi, monuimus in Emendationibus. Deſcriptus cæterum, ut reliqui loci, ex Vita Themiſtoclis p. 117. D, E.

185. B. ε΄.] Indidem p. 117. E: ἐπαραμένου δὲ τὴν βακτηρίαν ὡς πατάξοντος, ὁ Θεμιςοκλῆς ἔφη, Πάταξον μὲν, ἄκυσον δέ. Mirabilem animi ſignificationem in hoc dicto celebravit Ariſtides Orat. Platon. II. p. 194: καὶ τὸ, Πάταξον μὲν, ἄκυσον δὲ, ὑπὲρ πάντα Σωκράτην εἰρημένον πρὸς Εὐρυβιάδην—.

Refert et Ælianus Var. Hiſt. XIII. 40. Similis forma ineſt in illo Diogenis ad Antiſthenem apud Diog. Laert. VI. 21: καί ποτε τὴν βακτηρίαν ἐπανατειναμένου, αὐτῷ τὴν κεφαλὴν ὑποσχὼν, Παῖε, εἶπεν, οὐ γὰρ εὑρήσεις οὕτω σκληρὸν ξύλον ᾧ με ἀπείρξεις, ἕως ἄν τι φαίνῃ λέγων. De baculo geſtamine ducum et Lacedæmoniorum, quædam poſt Caſaubonum ad Theophraſtum Cap. V. monuerunt Hudſonus et Dukerus ad Thucydidem VIII. 84.

185. B. ϛ′.] Ex Vita Themiſtoclis p. 118. B. ſeq.—120. B: narrat quoque Polyænus I. 30. 2 et 3.

185. C. ζ′. Τῦ δὲ Σεριφίου—] Indidem p. 121. B. Jam Plato prodiderat Rep. I. p. 410. G: inde Cicero De Senect. 3: Origenes Adverſ. Celſum I. p. 347. E. De Seripho inſula Strabo X. p. 746. B. Iſocrates Orat. Æginet. p. 663. ejus in vulgus adverſam exiſtimationem ſignificat: alia etiam adfert J. Harduinus ad Plinii Hiſt. Nat. IV. 23.

185. C. η′. Ἀντιφάτου—] Ex Vita Themiſtocl. p. 121. A. πρὸς δέ τινα τῶν καλῶν γεγονότων, Ἀντιφάτην, ὑπερηφάνως αὐτῷ κεχρημένον πρότερον, ὕστερον δὲ θεραπεύοντα διὰ τὴν δόξαν, Ὦ μειράκιον, εἶπεν, ὀψὲ μὲν, ἀμφότεροι δ' ἅμα νοῦν ἐσχήκαμεν. Unde hoc loco pro ἀλλὰ Collat. Muret. Mez. Jannot. dant δ' ἅμα: Bryanus autem ad Vitas Plut. T. I. p. 95. 1. ἀλλ' ἅμα: illud præferendum: certe ἅμα hoc loco requiritur, quamquam in tali conſtructione ἀλλὰ ſubinde pro ἀλλ' ὅμως uſurpatur: veluti Antholog. Epigrammat. III. 6. p. 308. Ὀψὲ μὲν, ἀλλ' ἔθανον. Fortaſſe exemplum hujus dicti ad imitationem valuit apud alios: certe hujuſmodi eſt illud Propertii III. 24. 15: *Nunc demum vaſto feſſi reſipiſcimus æſtu, Vulnera et ad ſanum nunc coiere mea. Mens bona, ſi qua Dea es, tua me in ſacraria condo.* Et Horatii Carm. IV. 10. 6: *Dices: Heu! quoties te ſpeculo videris alterum, Quæ mens eſt bodie, cur eadem non puero fuit? Vel cur bis animis incolumes non redeunt genæ?*

185. D. θ′. Πρὸς δὲ Σιμωνίδην—] Reip. Ger. Præcept. p. 807. B: Θεμιστοκλῆς—πρὸς Σιμωνίδην ἀξιοῦντά τι τῶν μὴ δικαίων, Οὔτε ποιητὴς, ἔφη, σπουδαῖός ἐστιν ᾄδων παρὰ μέλος, οὔτε ἄρχων ἐπιεικὴς, παρὰ τὸν νόμον χαριζόμενος. Item De Vitioſo

Pudore p. 534. D. Acumen duplex cernitur, et quod ad poetam eſt dictum, et quod ἐμμελὴς ac πλημμελὴς, *rectus* et *pravus*, de judicii et animi regimine uſurpatur: ut monuimus ad Ser. Num. Vind. edit. vet. p. 30: hujus p. 550. F.

185. D. ι′. Τὸν δὲ υἱὸν—] Ex Vita Themiſtoclis p. 121. B. Notavimus p. 1. C.

185. E. ια′. Τῶν δὲ τὴν θυγατέρα μνωμένων.] Ex Vita Themiſtoclis p. 121. C: τῶν δὲ μνωμένων αὐτοῦ τὴν θυγατέρα, τὸν ἐπιεικῆ τοῦ πλουσίου προκρίνας, ἔφη ζητεῖν ἄνδρα χρημάτων δεόμενον μᾶλλον ἢ χρήματα ἀνδρός. Citat hinc Stobæus Florileg. Tit. LXXXIII. p. 483. Cicero Off. II. 20: *Themiſtocles eſt auctor adhibendus, qui cum conſuleretur utrum bono viro pauperi, an minus probato diviti filiam collocaret: Ego vero, inquit, malo virum, qui pecunia egeat, quam pecuniam quæ viro.* Hinc Valerius Max. VII. 2. Ext. 9. Simillimum reſponſum tribuitur Pericli apud Stobæum Flor. Tit. LXVIII. p. 428: et Laconi Tit. LXIX. p. 431. Exemplum imitationis exſtat in Plauto Stich. I. 2. 79: *Non me tu argento dediſti, opinor, nuptum, ſed viro.*

185. E. ιβ′. χωρίον δὲ πωλῶν—] Ex Vita Themiſtoclis p. 121. C: χωρίον μὲν πιπράσκων ἐκέλευε κηρύττειν, ὅτι καὶ γείτονα χρηστὸν ἔχει. Hinc retulit Stobæus Flor. Tit. XXXVII. p. 221. Maximus et Antonius in Sentent. p. 401. Proclus ad Heſiod. Ἔργ. 342. p. 81: λέγεται ὅτι Θεμιστοκλῆς χωρίον πιπράσκων, ἐκέλευσε κηρύττεσθαι, ὅτι ἀγαθὸν ἔχει γείτονα· quod ex Plutarcho petitum eſſe prodit compilator Tzetzes ibidem p. 83. Dictum Themiſtoclis opportune adhibuit Heuſingerus Ciceroni Offic. I. 18. ubi agitur de ratione vicinorum habenda.

185. E. ιγ′.] Plutarchus in Vita Themiſtoclis hæc in duo ſeorſim dicta refert: p. 121. A: ἔλεγε δὲ τοὺς Ἀθηναίους οὐ τιμᾷν αὐτὸν οὐδὲ θαυμάζειν, ἀλλ᾽ ὥσπερ πλατάνῳ χειμαζομένους μὲν ὑποτρέχειν καὶ κινδυνεύοντας, εὐδίας δὲ περὶ αὐτοὺς γενομένης τίλλειν καὶ κολούειν. Alterum p. 123. A: ἤδη δὲ καὶ τῶν πολιτῶν διὰ τὸ φθονεῖν ἡδέως τὰς διαβολὰς προσιεμένων ἠναγκάζετο λυπηρὸς εἶναι τῶν αὑτοῦ πράξεων ἐν τῷ δήμῳ μνημονεύων (ita legend. pro μνημονευομένων)· καὶ πρὸς τοὺς δυσχεραίνοντας, Τί κο-

πιᾶτε, εἶπεν, ὑπὸ τῶν αὐτῶν πολλάκις εὖ πάσχοντες. Et cum ex illo loco, tum ex Harleiano et Meziriaco, hic corrigendum κολούειν pro λοιδορεῖν· quamquam fortaſſe librarius, niſi ſcripſit φλοιὸν δέρειν, originem et obſoletam ſignificationem verbi ſequi voluit, quæ eſt λοίειν τὴν δορὰν, *perdere cutem*, deinde ad *conviciandum* tranſlatam ut σπαράττειν, et Latinum *carpere*, *lacerare*, *vellicare*. Nam neque εὐχρηστῶδες Plutarcho uſitatum, potius e medio ſumtum, eſt. Cæterum ut diverſa dicta ponit alibi Plutarchus De Sui Laude p. 541. D: prius autem ſeorſim in Reip. Ger. Præcept. p. 812. B. Pro platano quercum poſuit Ælianus Var. Hiſt. IX. 18: Θεμιςοκλῆς ὁ Νεοκλέους ἑαυτὸν εἴκαζε ταῖς δρυσὶ, λέγων ὅτι ἐκείνας ὑπέρχονται οἱ ἄνθρωποι καὶ δέονται αὐτῶν ὅταν ὕῃ, στέγην ἐκ τῶν κλάδων ποθοῦντες, ὅταν δὲ οὔσης εὐδίας παρίωσι, τίλλουσιν αὐτὰς καὶ περικλῶσιν· aliquid, opinor, in excerptis ſuis turbavit; nam et proxime narratum dehortantis a via ad tribunal ferente, Themiſtocli adjicitur, licet Demoſthenis ſit de quo proxime agitur, eique diſerte tribuitur a Plutarcho in ejus Vita p. 858. C. *Platanus* etiam fertur in ejuſdem argumenti Fabula Æſopica CCLV. edit. Nevelet. quam ex hoc Themiſtoclis dicto Babrius formaſſe videtur. Frequentem in Attica fuiſſe colligat quis ex Theophraſto Hiſt. Plant. I. 12. Plinio Hiſt. Nat. XII. 5. Ariſtophane Nub. 1004. Platone Phædr. p. 337. F.

185. E. ιδʹ. Τοὺς δὲ Ἐρετριεῖς—] In Vita Themiſtoclis p. 118. A. Quod τευθίδα ait habere μάχαιραν, ſignificat ejus προβοσκίδας. De hoc piſciculo Ariſtoteles Hiſt. An. I. 6. IV. et Camus in Notis ad Ariſtot. T. II. voce *Calmar*.

185. E. ιεʹ. Ἐπεὶ δὲ ἐξέπεσε—] Vita Themiſtocl. p. 126. C. De comparatione hujuſmodi diximus p. 42. D.

185. F. ιϛʹ. Ἠτήσατο δὲ—] Indidem 126. D. verbis tamen paulum immutatis. Uberius per literas a Rege colloquium petiiſſe, auctor eſt Thucydides I. 137. 138; cujus locum reponit Corn. Nepos in Them. Cap. IX. Pro ὡς βούλεται Jun. dat δι' ἑαυτὸν, Harl. δι' ἑαυτοῦ· quod ſane præferendum: hic totum locum ita exhibet, ὡς δι' ἑαυτοῦ καὶ μὴ δι' ἑτέρου ποιήσαιτο τὴν ἔντευξιν, idque confirmat locus in Vita Them. ἐνιαυτὸν αἰτησάμενος, καὶ τὴν Περσίδα γλῶτταν

ἀποχρώντως ἐκμαθὼν, ἐνετύγχανε βασιλεῖ δι' αὐτοῦ. Omnino ἔντευξιν præſens locus poſtulat, ut proprium et uſitatum.

185. F. ιζ'. Πολλῶν δὲ δωρεῶν—] Ex Vita Themiſtocl. p. 126. F. Venuſtum effatum, ad multorum cognitionem et proverbii vim celebratum. A Plutarcho bis alibi De Fort. Alex. p. 328. F. De Exil. p. 602. A. citatum eſt. Polybius Excerpt. De Virt. T. III. p. 144. ἅπαντες δὲ τότε τὴν παροιμίαν ταύτην διὰ ϛόματος εἶχον, ὡς εἰ μὴ ταχέως ἀπωλόμεθα, οὐκ ἂν ἐσώθημεν· ad quem locum Valeſius p. 192. auctorem Themiſtoclem citat. Teles De Exilio apud Stobæum Floril. Tit. XXXVIII. p. 231: Θεμιϛοκλῆς ἐκεῖνος, ὦ παῖ, φησὶν, ἀπωλόμεθα, εἰ μὴ ἀπωλόμεθα· ubi tria ultima verba in editis libris deſiderata exhibet codex Pariſ. A. Ariſtides T. I. p. 265: νῦν δὲ τὸ τοῦ Θεμιϛοκλέους ἔξεϛιν εἰπεῖν, εἰ δὴ τοῦτό γε πιϛευτέον κατ' ἐκείνου, ὡς ἐπὶ ταῖς δωρεαῖς ταῖς παρὰ τοῦ Πέρσου γενομέναις αὐτῷ φθέγξαιτό τι τοιοῦτον πρὸς τοὺς παῖδας, ὅτι νῦν ἄρα ἐσώθησαν ἡνίκα ἀπολώλεσαν. Suidas T. II. p. 26. ex Polybio apponit: indeque Schottus Proverb. VI. 3. Plautus aliquoties imitatus eſt: Truculento IV. 2. 9: *Salvus ſum quia pereo: ſi non peream, plane intcream.* Aſinaria I. 3. 91: *Et profecto, niſi illud perdo argentum, pereundum eſt mibi.* Ibid. III. 3. 47: *Videtin' viginti minæ quid pollent, quidve poſſunt? Ille qui illas perdit, ſalvus eſt: ego, qui non perdo, pereo.* Rudente V. 3. 59: *—perii hercle! niſi me ſuſpendo, occidi.* Captivis III. 4. 6: *Utinam te Dî prius perderent, quam periiſti e patria tua.*

185. F. ΜΥΡΩΝΙΔΟΥ.] Nobilitatus victoria de Bœotiis ἐν Οἰνοφύτοις· de qua Thucydides I. 108. IV. 95. inde Plutarchus De Gloria Athen. p. 345. D. Diodorus Sic. qui hoc ejus dictum refert XI. 31. Et ut Ariſtidis amicum memorat Plutarchus in hujus Vita p. 325. A. 331. A. Alia ejus in illa expeditione ſtrategemata produnt Frontinus II. 4. 11. IV. 7. 21. Polyænus I. 35. Simile huic eſt Leonidæ ιβ'. p. 225. D: et Timothei apud Polyænum III. 10. 3.

p. 186. A. ΑΡΙΣΤΕΙΔΟΥ. α'.] Ex Vita Ariſtidis p. 319. F.

186. A. β'.] Indidem p. 323. A. Habet quoque Nepos I. 3.

186. B. γ'.] Non ipſis verbis, ſed re et argumento, proditur in Vita Ariſtidis p. 323. C: ex Herodoto VIII. 79. Magis cum forma et brevitate hujus loci congruit alius in Reip. Ger. Præcept. p. 809. B: οἱ μὲν οὖν πολλοὶ τὸν Θεμιστοκλέα καὶ τὸν Ἀριστείδην ἐπαινοῦσιν ἐπὶ τῶν ὅρων τὴν ἔχθραν ἀποτιθεμένους, ὁσάκις ἐπὶ πρεσβείαν ἢ στρατηγίαν ἐξίοιεν, εἶτα πάλιν ἀναλαμβάνοντας. Polyænus I. 31. fuſius, et ad quamdam dramatis ſimilitudinem, narrat.

186. B. δ'. Τάξας δὲ τοὺς φόρους—] In Vita Ariſtidis p. 333. C.

186. B. ε'. Αἰσχύλου—] In Septem ad Thebas, verſu 599. Sumtum ex Vita Ariſtidis p. 320. Res a multis memorata, et ſupra jam nobis tractata p. 32. D.

186. C. ΠΕΡΙΚΛΕΟΥΣ. α'.] Plutarch. Reip. Ger. Præcept. p. 813. D: Περικλῆς αὐτὸν ὑπεμίμνησκε ἀναλαμβάνων τὴν χλαμύδα, Πρόσεχε Περίκλεις, ἐλευθέρων ἄρχεις, Ἑλλήνων ἄρχεις, πολιτῶν Ἀθηναίων· eodem ſpectat Sympoſ. I. p. 620. C. Simile dictum Agathonis exſtat in Stobæo Flor. Tit. XLIV. p. 308. In noſtro loco, ante Ἑλλήνων Harl. et Venet. addunt καὶ, quod nexum quodammodo juvat, nec tamen abſolvit.

186. C. β'.] In Vita Periclis p. 156. D. Reip. Ger. Præcept. p. 803. A: Περικλῆς τὴν λήμην τοῦ Πειραιῶς ἀφελεῖν κελεύων. Demoſth. 846. C. Ariſtoteles Rhetoric. III. 10: Περικλῆς τὴν Αἴγιναν ἀφελεῖν ἐκέλευσε, τὴν λήμην τοῦ Πειραιέως. Athenæus III. p. 99. D. Demadi tribuit: ubi Caſaubonus conſulatur. Imitatus eſt Ariſtides in Panathen. p. 112: τῆς Ἑλλάδος ὥσπερ λήμην ἀφεῖλε. Plutarchus Adv. Epicur. p. 1101. C: δεῖ—τῆς περὶ θεῶν δόξης, ὥσπερ ὄψεως λήμην ἀφαιρεῖν τὴν δεισιδαιμονίαν. Straboni reddidit Caſaubonus IX. p. 605. B.

186. C. γ'.] Plutarchus De Vitioſo Pudore p. 531. C: ἐγὼ μὲν γὰρ οὐδὲ τὸ τοῦ Περικλέους ἀποδέχομαι, πρὸς τὸν ἀξιοῦντα μαρτυρίαν ψευδῆ μαρτυρῆσαι φίλον, ᾗ προσῆν καὶ ὅρκος, εἰπόντος, "Μέχρι τοῦ βωμοῦ φίλος εἰμί·" λίαν γὰρ ἐγγὺς ἦλθεν.

e Reip. Ger. Præc. p. 808. A. De hujuſmodi quæſtione ellius I. 3. erudite differens hoc etiam exemplum ad-rt: *Pericles ille Athenienſis, egregius vir ingenio boniſque mnibus diſciplinis ornatus, in una quidem ſpecie, ſed planius men quid exiſtimaret, profeſſus eſt. Nam quum amicus eum garet ut pro re cauſſaque ejus falſum dejeraret, bis ad eum rbis uſus eſt* δεῖ μὲν συμπράτῖειν τοῖς φίλοις, ἀλλὰ μέχρι θεῶν. ı Metrica Proverbia Schotti relatum eſt, 413, ut multa oſæ orationis dicta.

186. C. δ'. Μέλλων δὲ ἀποθνήσκειν—] Latius narratur a utarcho in Vita Periclis p. 173. C: et in libro De Sui aude p. 543. C: a quo ſumſit Julianus Imp. Or. III. p. ı8. In Γνώμαις Σοφῶν, MSS. Lugduno-Bat. corrupte ex-ıt.

186. D. ΑΛΚΙΒΙΑΔΟΥ. α'. Ἀλκιβιάδης ἔτι παῖς ὤν.] Ex lutarchi Vita Alcibiadis p. 192. C. Idem factum di-umque tribuitur Laconi non nominato in Apophthegm. acon. p. 234. E.

186. D. β'. Ἔχων δὲ κύνα πάγκαλον—] In Vita Alci-ad. p. 195. D. In ſimili propoſito aliud dictum verſatur leomenis Apophth. Lacon. p. 223. D.

186. E. γ'. Προσελθὼν δὲ διδασκαλείῳ—] In Vita Alci-ad. p. 194. D. Sumſit hinc Ælianus Var. Hiſt. XIII. 3.

186. E. δ'. Ἐλθὼν δὲ ἐπὶ θύρας τοῦ Περικλέους—] In Vita lcibiadis p. 194. E. Refert quoque Diodorus Sic. XII. 3. latiore narratione: item Valerius Max. III. 1. Ext. *'lcibiades—cum adhuc puer ad Periclem avunculum ſuum miſſet, eumque ſecreto triſtem ſedentem vidiſſet, interrogavit, uid ita tantam in vultu confuſionem gereret. At illo di-nte, mandato ſe civitatis Propylæa Minervæ, quæ ſunt nuæ arcis, ædificaſſe, conſumtaque in id opus ingenti pecu-a, non invenire quo pacto miniſterii rationem redderet, at-ue ideo conflictari. Ergo, inquit, quære potius, quomodo tionem non reddas.* Eamdem acuminis feſtivitatem ad-ibuit Cicero de ſe ipſe narrans, Verrina I. 7: *id ſum ſecutus—ut tertius dies ſic hominem proſterneret, ut, morbo mulato, non quid reſponderet, ſed quemadmodum non re-*

ſponderet, deliberaret. Cæterum in noſtro loco Harl. omiſſo οὐκ, dat —μὴ ἀποδώσει· quod præferam.

186. E. ε′.] Hanc hiſtoriæ partem fortaſſe librarii omiſerunt in Vita Alcibiadis p. 202. D. ubi proxima tantum pars refertur. At Ælianus Var. Hiſt. XIII. 38. omnia hæc, quæ tribus his deinceps numeris continentur, retulit: ex quo noſter locus emendandus eſt, ζητεῖν ἀποφυγεῖν, ἐξὸν φυγεῖν· ita enim illic legitur: Οὗτος ἐπὶ κρίσιν καλούμενος θανατικὴν ἐκ Σικελίας ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων, οὐχ ὑπήκουσεν εἰπών· Εὐήθες τὸν ἔχοντα δίκην ζητεῖν ἀποφυγεῖν, ἐνὸν φυγεῖν. Vertit Xylander: *ſtultum eſſe dicens reum qui, cum fugere judicium liceat, quærat qui in eo ſe defendat:* poſtremum rectius reddatur, *quærat quomodo judicio abſolvatur.* Verba ſunt forenſia φεύγειν, *accuſari*, ἀποφεύγειν, *judicio abſolvi*: at Alcibiades alterum ἀποφεύγειν intellexit forenſi conſuetudine, at φυγεῖν communi notione *effugiendi*. Plura Perizonius l. l. et citatus ab eo Leopardus Emend. XIV. 15.

186. E. ς′. Εἰπόντος δέ τινος—] In Vita Alcibiadis p. 202. D: hinc Ælianus Var. Hiſt. XIII. 38.

186. F. ζ′. Ἀκούσας δὲ—] Item ex Vita Alcib. p. 202, D. 203. B: ex præſente loco ſumſit Ælianus Var. Hiſt. XIII. 38; attigit dictum Polyænus I. 40. 6. Nam res ex Hiſtoria notæ ſunt. Forte tamen monendum, Lacedæmonios, ſuadente Alcibiade, Deceleam Atticæ oppidum occupaſſe et muniviſſe, inde poſtea Atticam continuo vexaſſe; de quo Thucydides VII. 19. ſeq. Corn. Nepos Alcib. IV. 7.

186. F. ΛΑΜΑΧΟΥ.] Alcibiadis cum Nicia in expeditione Sicilienſi collega, magis ut manu et animo fortis, quam ingenio conſilioque ſagax, fertur; igitur nec apophthegmata nec ſtrategemata ejus magnopere fuiſſe videntur: certe non memorantur. Plutarchi hunc locum ſine ejus nomine, ut multos, deſcripſit Stobæus Floril. Tit. LII. p. 365: Λάμαχος ἐπετίμα τινὶ τῶν λοχαγῶν ἁμαρτάνοντι· τοῦ δὲ φήσαντος, μηκέτι τοῦτο ποιήσειν, Οὐκ ἔστιν, εἶπεν, ἐν πολέμῳ δὶς ἁμαρτάνειν. Iiſdem verbis retulit S. Antonius in Sentent. p. 268. Hoc Lamachi dictum in Proverbiis poſuit Eraſmus p. 1095. et Schottus in Proverb. Metric. 232.

186. F. ΙΦΙΚΡΑΤΟΥΣ.] In hoc non ſolum imperatoriæ, verum etiam oratoriæ artes fuerunt, ut Juſtini verbis utamur, VI. 5. Certe, ut magnus belli dux, ita haud contemnendus fuit orator: et Ariſtoteles eum in numero habuit eorum, quorum dicta frequens in libris Rhetoricorum laudaret et in exempla imitationis proponeret. Igitur quum univerſe *acute dicta*, vel meditata in orationibus pronuncientur, vel ſubita in ſermone jaciantur: ex priore genere cenſemus IV. et V: reliqua ex poſteriore genere. De eloquentia et orationibus Iphicratis quædam dixerunt P. Victorius ad Ariſtot. Rhet. II. p. 402. et 408. M. A. Muretus Var. Lect. VIII. 22. J. Taylorus ad Lyſiæ Fragm. p. 637: in primis qui hos quoque citavit D. Ruhnkenius in Hiſt. Crit. Orator. Gr. p. 57.

186. F. α'. Ἰφικράτης δοκῶν υἱὸς εἶναι σκυτοτόμου—] Ex eodem auctore hanc notitiam refert Ulpianus Enarrat. in Demoſth. Orat. Adv. Midiam p. 655. B: ἦν γὰρ ὁ Ἰφικράτης ἐκ σκυτέων γεγονώς· ηὐδοκίμησε δὲ διὰ ταύτην τὴν πρόφασιν· στρατιώτης ὢν καὶ ναυμαχῶν, ἐπήδησεν ἀπὸ τῆς αὐτοῦ νεὼς εἰς πολεμίαν τριήρη, καὶ τὸν στρατηγὸν τῶν πολεμίων ἐναγκαλισάμενος, μετῆλθεν αὖθις ἔχων αὐτὸν εἰς τὴν οἰκείαν τριήρη· καὶ διὰ τοῦτο τῆς ἀριστείας ἐπαινεθεὶς, στρατηγὸς ἐχειροτονήθη· καὶ παρὰ πάντας τοὺς στρατηγοὺς τοὺς τότε μείζω τὴν πόλιν ὠφέλησεν· quem locum mutilum dicam itaque explendum τῆς ἀριστείας ἔτυχεν καὶ ἐπαινεθεὶς στρ. ἐχ. citavit eum J. Taylorus ad Lyſiæ Fragm. p. 637. nec hujus loci Plutarchei oblitus eſt. Venet. Voſſ. T. V. P. pro τραυματίαν dant τραυματίας, Harl. τρασμένος vitioſe, ut appareat tamen depravatum ex τετρωμένος, *vulneratus* reddit Regius, Amyotus, et hunc ſequens Ricardus. Haud ſcio an in Ulpiani verbis indicium ſit veterem lectionem fuiſſe στρατιώτης ὤν.

p. 187. A. β'. Οὐκ ἂν προσεδόκησα.] Totam hanc narrationem ad verbum deſcripſit Stobæus Florileg. LII. p. 365. Alii aliis tribuunt hoc dictum: Scipioni Africano Valerius Maximus VII. 2: *Scipio vero Africanus turpe eſſe aiebat in re militari dicere, Non putaram.* Fabio Seneca De Ira II. 31: *Turpiſſimam aiebat Fabius imperatori excuſationem eſſe, Non putavi.* Sine auctoritate ut univerſe caven-

dum monet Cicero Offic. I. 23: —*hoc animi, illud etiam ingenii magni eſt, præcipere cogitatione futura, et aliquanto ante conſtituere quid accidere poſſit in utramque partem, et quid agendum ſit, cum quid evenerit: nec committere, ut aliquando dicendum ſit, Non putaram.* At Iphicrati quoque adſcribit Polyænus III. 9. 17: Ἰφικράτης ἐν τῇ φιλίᾳ τὸν χάρακα ἐβάλλετο λέγων, Οὐ στρατηγικὸν τὸ οὐκ ᾤμην. Ut Proverbium recenſet Eraſmus Adag. p. 1921.

187. A. γ′.] Ariſtides in Orat. περὶ παραφθέγματος, T. II. p. 384, 385. cum alia laudat Iphicratis dicta, tum hoc: τὸν δὲ Ἰφικράτην σκόπει ἄνδρα οὐ μεθόριον ῥήτορος καὶ στρατηγοῦ, ἀλλ᾽ ἀμφοτέρων ἐφικνούμενον·—λέγεται γὰρ ἐν Αἰγύπτῳ παρατάττων καὶ μελλούσης ἔσεσθαι τῆς μάχης, φάναι πρὸς τοὺς παρόντας, ὅτι αὐτῷ τὰ μὲν ἄλλα ἐπιεικῶς ὑπάρχοι πάντα, ἓν δὲ ἀπείη τὸ μέγιστον· ἐρομένου δέ τινος τί τοῦτο λέγει, Ὅτι, ἔφη, τὸ τοῦ Ἰφικράτους ὄνομα οὐκ ἴσασι οἱ πολέμιοι, ὃ πρὸς τοὺς ἐν τῇ Ἑλλάδι κινδύνους μέγιστον εἶναι φάρμακον αὐτῷ. Eamdem rem narrat Polyænus III. 9. 25. ita quidem ut nec ſtrategema nec apophthegma appareat: credo, magis librarii, quam ſcriptoris culpa.

187. A. δ′. Κρινόμενος δὲ θανάτου—] Simul cum Timotheo capitis accuſatus: quo judicio ita liberati ſunt, ut magnam tamen mulctam ſolverent: teſte Diodoro Sic. XVI. 21. Accuſator fuit Ariſtophon is, in quem aliquot acute dicta Iphicratis feruntur. Qui plura de illo accuſatore et cauſſa ſcire deſiderat, adeat Weſſelingium. l. l. et Ruhnkenium in Hiſt. Crit. Or. Gr. p. 45. et 58.

187. B. ε′. Πρὸς δὲ Ἁρμόδιον—] Accuſatus ab Harmodio propter honores acceptos ſoli Harmodiorum genti proprios. Hiſtoriam ſervavit Ulpianus in Enarrat. Demoſth. Orat. Adv. Midiam. p. 655. cujus verba in principio male habita ſic legantur: Πρῶτος γὰρ Ἰφικράτης τιμῶν ἔτυχεν ὧν Ἁρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων. Κόνωνος μὲν γὰρ πρώτου χαλκοῦς ἀνδριὰς ἔστη· ἀλλὰ τούτῳ μόνῳ ἐτιμήθη. Ἰφικράτης δὲ καὶ ἄλλας δωρεὰς τὰς ἐκείνοις ψηφισθείσας ἔλαβεν· ὥστε καί τινα τῶν ἀφ᾽ Ἁρμοδίου δικάσασθαι τῷ Ἰφικράτει περὶ τῶν δωρεῶν ὡς ἀναξίως λαβόντι. Καὶ ἔστι Λυσίου λόγος εἰς Ἰφικράτην ἀναφερόμενος, ἔχων τὴν ἐπιγραφὴν Περὶ Τῶν Αὐτοῦ Δωρεῶν· ἐν ᾧ σκωφθεὶς εἰς δυσγένειαν παρὰ τοῦ κατηγόρου, φησὶν, ὅτι Τὸ μὲν ἐμὸν γένος ἀπ᾽ ἐμοῦ τὴν ἀρ-

χὴν γνωρίζεσθαι λάμβανε, τὸ δὲ σὸν μέχρι σοῦ τὴν δόξαν ἔστησεν. Ἦν γὰρ ὁ Ἰφικράτης ἐκ σκυτέων γεγονώς·—reliquam hujus narrationis partem appoſuimus ad α'.. De hac oratione ſive Lyſiæ ſive Iphicratis, certe ab Iphicrate dicta, qui plura cognoſcere ſtudent, ea petant ab J. Tayloro ad Lyſiæ Fragm. p. 637. et ſeq. Ad eamdem confutationem reprehenſæ ignobilitatis pertinent dicta Iphicratis apud Ariſtotelem Rhet. I. 7. 8. et nominatim II. 23: καὶ ὡς ὁ Ἰφικράτης· ὅτι γενναιότατος ὁ βέλτιστος· καὶ γὰρ Ἁρμοδίῳ καὶ Ἀριστογείτονι οὐδὲν πρότερον ὑπῆρχε γενναῖον πρὶν γενναῖόν τι πρᾶξαι· καὶ ὅτι συγγενέστερος αὐτός· τὰ γοῦν ἔργα συγγενέστερά ἐστι τὰ ἐμὰ τοῖς Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος ἢ τὰ σά. Stobæus Floril. Tit. LXXXIV. p. 493. in brevitatem contraxit: Ἰφικράτης ὀνειδιζόμενος εἰς δυσγένειαν, Ἐγὼ ἄρξω, εἶπε, τοῦ γένους· niſi librarius mutilavit: quod autem hujus argumenti dictum proxime ibidem refertur, Soſtrati, plane ſimile eſt huic. At hoc arripuit compilator libelli Pſeudo-Plutarchei De Nobilitate edit. Wolf. p. 263. noſtræ §. 21.

187. B. ς'.] Notavimus ad p. 99. E.

187. B. ΤΙΜΟΘΕΟΥ. α'.] Plutarchus in Sylla p. 454. B, C. aliud reſponſum Timothei ad iſtos cavillatores narrat, cæterum tabulam pictam hujus argumenti refert: ſine reſponſo De Malign. Herod. p. 856. B. Tabula pluribus memoratur veluti Æliano Var. Hiſt. XIII. 43: Καὶ οἱ ζωγράφοι δὲ καθεύδοντα ἐποίουν αὐτὸν κωμῳδοῦντες ἐπὶ τῆς σκηνῆς· εἶτα ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς ἀπῃώρητο ἑστῶσα ἡ Τύχη, ἕλκουσα εἰς κύρτον τὰς πόλεις. Suidas in Τιμόθεος, et Scholiaſtes Ariſtophanis Plut. 180. iiſdem inter ſe verbis conſentientes; Ulpianus Enarrat. in Or. Demoſth. Olynth. II. p. 30. A. paulo diverſis, magis cum altera Plutarchi narratione in Syllæ Vita, congruunt. Hinc Proverbium Εὕδοντι κύρτος αἱρεῖ, in Diogeniano IV. 65: Append. Vatic. I. 91: Zenobio IV. 8. ubi hiſtoriam expoſuit Schottus. Timothei felicitas in bello minus grato animo ab eo accepta indeque in infelicitatem converſa, proditur etiam a Dione Chryſ. Orat. LXIV. p. 597. C.

187. C. β'.] Chares ille fuit cujus jactantiæ hoc dictum objecit. Sic Plutarchus in Pelopida p. 278. D: Καλῶς ὁ

dum monet Cicero Offic. I. 23: —*hoc animi, illud etiam ingenii magni eſt, præcipere cogitatione futura, et aliquanto ante conſtituere quid accidere poſſit in utramque partem, et quid agendum ſit, cum quid evenerit: nec committere, ut aliquando dicendum ſit, Non putaram.* At Iphicrati quoque adſcribit Polyænus III. 9. 17: Ἰφικράτης ἐν τῇ φιλίᾳ τὸν χάρακα ἐβάλλετο λέγων, Οὐ στρατηγικὸν τὸ οὐκ ᾤμην. Ut Proverbium recenſet Eraſmus Adag. p. 1921.

187. A. γ'.] Ariſtides in Orat. περὶ παραφθέγματος, T. II. p. 384, 385. cum alia laudat Iphicratis dicta, tum hoc: τὸν δὲ Ἰφικράτην σκόπει ἄνδρα οὐ μεθόριον ῥήτορος καὶ στρατηγοῦ, ἀλλ' ἀμφοτέρων ἐφικνούμενον·—λέγεται γὰρ ἐν Αἰγύπτῳ παρατάττων καὶ μελλούσης ἔσεσθαι τῆς μάχης, φάναι πρὸς τοὺς παρόντας, ὅτι αὐτῷ τὰ μὲν ἄλλα ἐπιεικῶς ὑπάρχοι πάντα, ἓν δὲ ἀπείη τὸ μέγιστον· ἐρομένου δέ τινος τί τοῦτο λέγει, Ὅτι, ἔφη, τὸ τοῦ Ἰφικράτους ὄνομα οὐκ ἴσασι οἱ πολέμιοι, ὃ πρὸς τοὺς ἐν τῇ Ἑλλάδι κινδύνους μέγιστον εἶναι φάρμακον αὐτῷ. Eamdem rem narrat Polyænus III. 9. 25. ita quidem ut nec ſtrategema nec apophthegma appareat: credo, magis librarii, quam ſcriptoris culpa.

187. A. δ'. Κρινόμενος δὲ θανάτου—] Simul cum Timotheo capitis accuſatus: quo judicio ita liberati ſunt, ut magnam tamen mulctam ſolverent: teſte Diodoro Sic. XVI. 21. Accuſator fuit Ariſtophon is, in quem aliquot acute dicta Iphicratis feruntur. Qui plura de illo accuſatore et cauſſa ſcire deſiderat, adeat Weſſelingium. l. l. et Ruhnkenium in Hiſt. Crit. Or. Gr. p. 45. et 58.

187. B. ε'. Πρὸς δὲ Ἁρμόδιον—] Accuſatus ab Harmodio propter honores acceptos ſoli Harmodiorum genti proprios. Hiſtoriam ſervavit Ulpianus in Enarrat. Demoſth. Orat. Adv. Midiam. p. 655. cujus verba in principio male habita ſic legantur: Πρῶτος γὰρ Ἰφικράτης τιμῶν ἔτυχεν ὧν Ἁρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων. Κόνωνος μὲν γὰρ πρώτου χαλκοῦς ἀνδριὰς ἔστη· ἀλλὰ τούτῳ μόνῳ ἐτιμήθη. Ἰφικράτης δὲ καὶ ἄλλας δωρεὰς τὰς ἐκείνοις ψηφισθείσας ἔλαβεν· ὥστε καί τινα τῶν ἀφ' Ἁρμοδίου δικάσασθαι τῷ Ἰφικράτει περὶ τῶν δωρεῶν ὡς ἀναξίως λαβόντι. Καὶ ἔστι Λυσίου λόγος εἰς Ἰφικράτην ἀναφερόμενος, ἔχων τὴν ἐπιγραφὴν Περὶ Τῶν Αὐτοῦ Δωρεῶν· ἐν ᾧ σκωφθεὶς εἰς δυσγένειαν παρὰ τοῦ κατηγόρου, φησὶν, ὅτι Τὸ μὲν ἐμὸν γένος ἀπ' ἐμοῦ τὴν ἀρ-

χὴν γνωρίζεσθαι λάμβανε, τὸ δὲ σὸν μέχρι σοῦ τὴν δόξαν ἔστησεν. Ἦν γὰρ ὁ Ἰφικράτης ἐκ σκυτέων γεγονώς·—reliquam hujus narrationis partem appoſuimus ad α'.. De hac oratione ſive Lyſiæ ſive Iphicratis, certe ab Iphicrate dicta, qui plura cognoſcere ſtudent, ea petant ab J. Tayloro ad Lyſiæ Fragm. p. 637. et ſeq. Ad eamdem confutationem reprehenſæ ignobilitatis pertinent dicta Iphicratis apud Ariſtotelem Rhet. I. 7. 8. et nominatim II. 23 : καὶ ὡς ὁ Ἰφικράτης· ὅτι γενναιότατος ὁ βέλτιστος· καὶ γὰρ Ἁρμοδίῳ καὶ Ἀριστογείτονι οὐδὲν πρότερον ὑπῆρχε γενναῖον πρὶν γενναῖόν τι πρᾶξαι· καὶ ὅτι συγγενέστερος αὐτός· τὰ γοῦν ἔργα συγγενέστερά ἐστι τὰ ἐμὰ τοῖς Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος ἢ τὰ σά. Stobæus Floril. Tit. LXXXIV. p. 493. in brevitatem contraxit : Ἰφικράτης ὀνειδιζόμενος εἰς δυσγένειαν, Ἐγὼ ἄρξω, εἶπε, τοῦ γένους· niſi librarius mutilavit: quod autem hujus argumenti dictum proxime ibidem refertur, Soſtrati, plane ſimile eſt huic. At hoc arripuit compilator libelli Pſeudo-Plutarchei De Nobilitate edit. Wolf. p. 263. noſtræ §. 21.

187. B. ϛ'.] Notavimus ad p. 99. E.

187. B. ΤΙΜΟΘΕΟΥ. α'.] Plutarchus in Sylla p. 454. B, C. aliud reſponſum Timothei ad iſtos cavillatores narrat, cæterum tabulam pictam hujus argumenti refert: ſine reſponſo De Malign. Herod. p. 856. B. Tabula pluribus memoratur veluti Æliano Var. Hiſt. XIII. 43 : Καὶ οἱ ζώγραφοι δὲ καθεύδοντα ἐποίουν αὐτὸν κωμῳδοῦντες ἐπὶ τῆς σκηνῆς· εἶτα ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς ἀπῃώρητο ἑστῶσα ἡ Τύχη, ἕλκουσα εἰς κύρτον τὰς πόλεις. Suidas in Τιμόθεος, et Scholiaſtes Ariſtophanis Plut. 180. iiſdem inter ſe verbis conſentientes; Ulpianus Enarrat. in Or. Demoſth. Olynth. II. p. 30. A. paulo diverſis, magis cum altera Plutarchi narratione in Syllæ Vita, congruunt. Hinc Proverbium Εὕδοντι κύρτος αἱρεῖ, in Diogeniano IV. 65 : Append. Vatic. I. 91 : Zenobio IV. 8. ubi hiſtoriam expoſuit Schottus. Timothei felicitas in bello minus grato animo ab eo accepta indeque in infelicitatem converſa, proditur etiam a Dione Chryſ. Orat. LXIV. p. 597. C.

187. C. β'.] Chares ille fuit cujus jactantiæ hoc dictum objecit. Sic Plutarchus in Pelopida p. 278. D : Καλῶς ὁ

Τιμόθεος, ἐπιδεικνυμένου ποτὲ τοῖς Ἀθηναίοις τοῦ Χάρητος ὠτειλάς τινας ἐν τῷ σώματι καὶ τὴν ἀσπίδα διακεκομμένην, Ἐγὼ δὲ, εἶπεν, λίαν ᾐσχύνθην ὅτι μου πολιορκοῦντος Σάμον, ἐγγὺς ἔπεσε βέλος, ὡς μειρακιωδέστερον ἐμαυτῷ χρώμενος ἢ κατὰ στρατηγὸν καὶ ἡγεμόνα δυνάμεως τοσαύτης. Timotheus Samum cepit obſidione, de qua magis ex aliis quam hiſtoricis, nec tamen tempus, conſtat. Mentionem factam reperimus a Demoſthene Or. De Rhod. Libert. p. 144. E. ſeq. Ariſtotele Œcon. II. 23. Polyæno III. 10. 9. 10. Pſeudo-Plutarcho De Vit. X. Orator. in Iſocrate p. 837. C: Corn. Nepote in Timotheo I. 2. 3. ubi qui memoratur *Ariobarzanes* ille eſt cui a Perſarum rege deficienti, Timotheus opem tulit per eamque occaſionem Samum a Perſico præſidio occupatam expugnavit. Incidit igitur tempus circiter in Olymp. CIV. 3; ut colligitur ex comparatione narrationum Demoſthenis l. c. et Diodori Sic. XV. 90.

187. C. γ'.] Plutarchus De Rep. Seni Ger. p. 788. D: οἱ ῥήτορες Ἀθήνησι Τιμοθέῳ καὶ Ἰφικράτει Χάρητα τὸν Θεοχάρους ἐπαποδύοντες ἀκμάζοντα τῷ σώματι καὶ ῥωμάλεον, ἠξίουν τοιοῦτον εἶναι τὸν τῶν Ἀθηναίων στρατηγόν· ὁ δὲ Τιμόθεος, Οὐ μὰ τοὺς θεοὺς, εἶπεν, ἀλλὰ τοιοῦτον μὲν εἶναι τὸν μέλλοντα τῷ στρατηγῷ τὰ στρώματα κομίζειν· τὸν δὲ στρατηγὸν ἅμα πρόσω καὶ ὀπίσω τῶν πραγμάτων ὁρῶντα, καὶ μηδενὶ πάθει τοὺς περὶ τῶν συμφερόντων λογισμοὺς ἐπιταραττόμενον· quæ hinc ſumta retulit Stobæus Floril. Tit. LII. p. 365. poſtrema tamen parte, inde ab ὀπίσω omiſſa.

187. C. ΧΑΒΡΙΟΥ. α'.] Sumſit hinc Stobæus Floril. Tit. LII. p. 366: Χαβρίας ἔλεγε κάλλιστα στρατηγεῖν τοὺς μάλιστα γινώσκοντας τὰ τῶν πολεμίων.

187. D. β'.] Chabriam capitis accuſatum in cauſſa Oropi, legimus in Demoſthenis Midiana p. 613. D: quæ cauſſa eadem fuiſſe videtur illa, in qua Calliſtratum dicentem audivit puer Demoſthenes: ut ſenſit Bartonus in Notis ad Plutarchi Vitam Demoſthenis p. 182. et Spaldingius in ſingulari editione Orationis illius Demoſthenicæ p. 34. diſſentiente Tayloro. At ejuſdem criminis ſocium Chabriæ fuiſſe Iphicratem, legere nos non meminimus. potuit etiam fieri ut hic locus perperam ex antecedente

in hoc caput conferretur. Nam Timotheum quidem cum Iphicrate capitis accuſatum fuiſſe, modo vidimus in hujus Apophthegm. δ'.

187. D. γ'.] Philippo adſcribitur apud Stobæum l. c. p. 366: Φίλιππος ἔλεγε, κρεῖττον εἶναι στρατόπεδον ἐλάφων, λέοντος στρατηγοῦντος· ἢ λεόντων, ἐλάφου στρατηγοῦντος. At diſerte Chabriæ tribuit Ariſtides in Orat. περὶ τοῦ παραφθέγμ. T. II. p. 400: Ἄδουσι δὲ καὶ Χαβρίου τι ῥῆμα, δοκοῦν ἐμοὶ μετὰ τὴν ἐν Νάξῳ ναυμαχίαν εἰπόντος· εἰ δ᾽ ἄρα καὶ πρὸ τῆς ναυμαχίας, οὐ χεῖρον· ἠνίττετο δ᾽ ἀνὴρ εἰς αὐτόν· ἔφη γὰρ φοβερώτερον εἶναι ἐλάφων στράτευμα, λέοντος ἡγουμένου, ἢ λεόντων ἐλάφου.

187. E. ΗΓΗΣΙΠΠΟΥ.] Nobilis orator Athenienſis, quamquam a Criticis veteribus non in claſſicum illum decem Oratorum numerum relatus. Κρωβύλου cognomen, ei ab inimico Æſchine additum, poſtea in frequentiam evaluit. Plutarchus, ſi modo ſana eſt ſcriptura, in Vita Demoſthenis p. 853. E. ſimpliciter *Crobylum* nominans, aliam ejuſdem ſententiam Athenienſes ad bellum contra Philippum adhortantis apponit. Egregie de ejus cognitione meruit Ruhnkenius in Hiſtor. Crit. Or. Gr. p. 78.

214. C. οδ'.] In Vita Ageſilai p. 613. B, C: ex Theopompo: ὁ γὰρ Ἀγησίλαος οὐκ εἴα πρὸς τοσοῦτον, ὥς φησι Θεόπομπος, ῥεῦμα καὶ κλύδωνα πολέμου μάχεσθαι τοὺς Λακεδαιμονίους, ἀλλὰ τὰ μέσα τῆς πόλεως καὶ κυριώτατα τοῖς ὁπλίταις περισπειράμενος ἐκαρτέρει τὰς ἀπειλὰς καὶ τὰς μεγαλαυχίας τῶν Θηβαίων προκαλουμένων ἐκεῖνον ὀνομαστὶ καὶ διαμάχεσθαι περὶ τῆς χώρας κελευόντων, ὃς τῶν κακῶν αἴτιός ἐστιν ἐκκαύσας τὸν πόλεμον. Hoc argumentum attigerunt Xenophon Hellenic. VII. 5. 10. Diodorus Sic. XV. 83. Corn. Nepos Ageſil. VI. 1—3. Polyænus II. 1. 29.

214. C. οε'.] Non eſt in Vita Ageſilai: et ita loquitur de pugna Mantineenſi Plutarchus illic p. 616. A. quaſi ei non interfuerit Ageſilaus. Nec alii, qui exſtant ſcriptores hoc produnt. Tamen dictio et forma narrationis non abhorret a ratione Plutarchea.

214. D. ος'.] In Vita Ageſilai p. 616. B. C. F. uberius exponitur. Attigit quoque Corn. Nepos Ageſilao VIII. 1. Poſſit μεταξὺ accipi pro *interea*, vel *mox poſtea*, ex illo uſu, quem notavimus p. 177. C: nec tamen repugnem ſi quis ex vera lectione ταχὺ ortum ſuſpicetur. At οἴησει plane abſurdum eſt.

214. E. οζ'.] Hoc totum caput, narratione et dictione ita friget et a Plutarchi conſuetudine diverſum eſt, ut alterius cujuſdam ſcriptoris eſſe videatur. Simile Alexandri ſtrategema prodit Frontinus I. 11. 14. Pro προθυμήσεσθαι legendum προθύσασθαι ex J. Harl. T. P. Tum, ἐπὶ τὴν ἀριστερὰν ὑπεγραμμένην τῇ χειρὶ ИHKIИ προσέγραψε· ſaltem minima mutatione legendum, ut ſignificetur, *ſiniſtrorſum inverſam* νίκην *manui inſcripſit*; ſcilicet, ut vox νίκη dextrorſum et recta ratione hepati imprimeretur. Monuit etiam Meziriacus.

214. F. οη′.] Ex Vita Ageſilai p. 618. A. Notavimus in Apophth. Reg. et Duc. p. 191. C. Ageſilai ια′.

p. 215. A. οϑ′.] Ex Vita Ageſilai p. 596. F: notavimus in Apophth. Reg. et Duc. p. 191. D. Ageſilai ιβ′.

215. B. ΑΓΗΣΙΠΟΛΙΔΟΣ ΤΟΥ ΚΛΕΟΜΒΡΟΤΟΥ.] Refert hæc dicta Meurſius De Regno Laced. XII. p. 61. ad Ageſipolidem II. qui patri Cleombroto in Leuctrica clade cæſo, ſuccedens, non niſi unum annum regnavit. Ergo nec de Olyntho a Philippo Macedone everſa quid omnino ſcire potuit: nec intelligitur quæ ſit ὁμήρευσις, in qua, ipſe jam rex, obſes fuerit. Alius memoratur rex Ageſipolis III. Cleombroti filius, adoleſcens regno patriaque pulſus a Lycurgo tyranno: qui, ut de Olyntho non potuit ut recens everſa pronunciare, fortaſſe tamen illo turbato et exteris obnoxio Spartæ ſtatu, alicubi obſidis officium ſuſtinuerit. Videatur Meurſ. ibid. X. p. 67. XX. p. 91.

215. B. α′.] Notavimus p. 40. E.

215. C. ΑΓΗΣΙΠΟΛΙΔΟΣ ΤΟΥ ΠΑΥΣΑΝΙΟΥ.] Hic eſt Ageſipolis I. de quo Xenophon Hellenic. IV. 7. 2. V. 3. 18. mortuus in Olynthi oppugnatione. De quo Meurſius Regno Laced. XII. p. 60. Megarenſes poſtremo fere loco inter Græcos exiſtimatos fuiſſe, conſtat et ex Oraculo, quod proverbii frequentiam habuit: de quo Suidas in Ὑμεῖς ὦ Μεγαρεῖς—· quod repoſuit Schottus Adag. XIV. 8: plura Eraſmus p. 353. et Menagius ad Diog. Laert. VI. 41. Tamen eos ob morum reipublicæ modeſtiam aliis Græcis anteponit Iſocrates Or. De Pace, p. 217. Ἔκκλητος *judex externus ad quem provocatur:* de quo Valeſius ad Harpocrat. p. 24. Pollux VIII. 63. Heſychius in voce, utrobique interpretes: item δίκη ἔκκλητος, ibid. et in Plutarcho Opp. Mor. p. 493. A.

215. C. ΑΓΙΔΟΣ ΤΟΥ ΑΡΧΙΔΑΜΟΥ.] Notavimus eum p. 190. C.

215. C. α′.] Exſtat in Apophth. Reg. et Duc. p. 191. E. ſub nomine *Agidis Junioris*, β′.

215. D. β′.] Simile eſt p. 212. C. *Ageſilai* να′.

215. D. γ′.] Exſtat ibidem p. 190. C. *Agidis* α′.

215. D. δ′.] Ibidem β′.

5. D. ε'.] Ibidem ε'.
5. D. ϛ'.] Notavimus p. 190. A. ubi *Theopompo* tri-
ur.
5. E. ι'.] Notavimus p. 190. C. ubi eſt *Agidis* γ'.
5. F. ιβ'.] Erat hic Ageſilai mos, hoſtibus abitum
ere, teſte quidem Polyæno II. 1. 6: Ἀγησίλαος τοῖς
ισι τῶν πολεμίων δίοδον διδόναι παρήγγελλεν. Frontinus IV.
. Scipioni aſſignat. Videatur et Kuhnius ad Pauſan.
ιι.
216. A. ιγ'.] Legendum προφερομένου· nec opus reti-
λόγον· quod abeſt in Ald. Baſ. Xyl. H. J. Venet.
Harl. addidit Stephanus ex Pol. Leonic. Anon.
ο εὐχερῆ habent Ald. Baſ. Xyl. quod recte correxe-
in δυσχερῆ Pol. Leonic. Schott. Anon. indeque Ste-
us, noſtris codicibus non diſſentientibus.
6. A. ιε'.] J. Voſſ. Harl. τί δεῖ τοῖς Περινθίοις ἀπαγγεῖ-.
Mox J. σιωπῶ: Harl. λέγων. Unde verum putem —σὺ
όλις ἐπαύσω λέγων, ἐγὼ δὲ σιωπῶν. Eraſmus comparat
antecedente θ'. Exſtat in codice Veneto p. 232. D:
otavimus.
6. B. ιϛ'.] Demetrio regi reſponſum a Spartano le-
non nominato, narrat Plutarchus De Garrulit. p.
B. et in Apophth. Lac. p. 233. F. in codicibus Ve-
J. Harl. Utriuſque ætate antiquior hic eſt *Agis*.
5. B. ιζ'.] Longior oratio quam pro apopthegmatis
: quod putem deſiiſſe in παρ' αὐτοῖς· reliqua inde ab
, aut certe ab ὥστε οὐ χρὴ θαυμάζειν—, adjecta eſſe ali-
. Fortaſſe etiam acumen ita intelligendum, κατὰ λό-
ροβαίνει —*recte res nunc procedunt, ſi ſumma deorſum*
ſunt; *nam me puero pater dixit ſumma deorſum eſſe*
; *igitur ſi et hæc in contrarium verſa ſunt, ſequitur*
unc in rectum ſtatum rediiſſe. Vulgata ſcriptura refe-
. fit ad pervulgatam querelam ſeniorum de continua
. depravatione, *Ætas parentum, pejor avis, tulit Nos*
ores, mox daturos Progeniem vitioſiorem, ut eſt Hora-
m Carm. III. 6: quæ eſt egregia quidem ſententia,
oc in apophthegmate frigida et hebes.
5. C. ιη'.] Locus fere communis, redditus illo Euri-

pideo, Τίς δ' ἐςὶ δοῦλος τοῦ θανεῖν ἄφροντις ὤν quod ſpectavimus p. 34. B.

216. C. ΑΓΙΔΟΣ ΤΟΥ ΝΕΩΤΕΡΟΥ.] Hic eſt ille Agis, Archidami filius, pugna adverſus Antipatrum interfectus. Videantur notata p. 190. C. 191. E.

216. C. α'.] Notavimus p. 191. E. α'.

216. C. β'.] Notavimus p. 190. D. δ'.

216. C. ΑΓΙΔΟΣ ΤΟΥ ΤΕΛΕΥΤΑΙΟΥ.] Ex ejus Vita p. 804. A, B.

216. D. ΑΚΡΟΤΑΤΟΥ.] Hoc nomine rex proditur in hiſtoria, quem Larcherus Chronolog. Herodot. T. VII. p. 508. Olympiade CXXVIII. ponit, et Meurſius De Regno Laced. XIII. p. 64. hujus apophthegmatis auctorem facit, et ſane hoc loco ἄρχοντα ſe profitetur. Res eadem eſt, quæ de Ageſilao narratur a Plutarcho De Vitioſo Pudore p. 534. E: Ἀγησίλαος ὑπὸ τοῦ πατρὸς κελευόμενος κρῖναί τινα δίκην παρὰ τὸν νόμον· Ἀλλ' ὑπὸ σοῦ, ἔφη, πάτερ, πείθεσθαι τοῖς νόμοις ἐδιδασκόμην ἀπ' ἀρχῆς, διὸ καὶ νῦν σοὶ πείθομαι μηδὲν ποιεῖν παρὰ τὸν νόμον· ubi Mez. ποιῶν legendum notat: quæ ſane narratio minus a probabilitate abhorret, quam hæc hujus loci verboſior quam pro Laconica forma.

216. E. ΑΛΚΑΜΕΝΟΥΣ ΤΟΥ ΤΗΛΕΚΡΟΥ.] Cujus obitus incidit in Olympiadum initium A. C. 776. Larcheri ratione, l. l. p. 696. Meurſii De Regno Laced. IX. p. 49. Patris nomen rectius ſcribitur Τήλεκλος apud Pauſaniam et alios citatos Meurſio ibid. p. 48, 49.

216. F. ΑΛΕΞΑΝΔΡΙΔΟΥ.] Verius J. dat Ἀναξανδρίδης· hic enim fuit Leontis filius et ſucceſſor in regno, quod tenuit quinquaginta annos, ab Olymp. LII. 3: videatur Larcherus l. c. p. 500. et Meurſius l. c. XII. p. 56. Sic legendum monuit Xylander, et verterunt Regius et Eraſmus.

216. F. β'.] Repetitur in ſequentibus p. 224. F. *Leontis* γ': et in Vita Lycurgi tribuitur Leonidæ p. 52. B: Λεωνίδας ὁ βασιλεὺς, ἀκαίρως τινὸς περὶ πραγμάτων οὐκ ἀχρήςων διαλεχθέντος, Ὦ ξένε, εἶπεν, οὐκ ἐν δέοντι χρέῃ τῷ δέοντι.

p. 217. A. δ'.] εὐδαιμονῆσαι dat etiam Harl. εὐδαιμονήσειν voluit Mez. vitioſum ἀδημονῆσαι eſt in Venet.

. 217. A. έ.] αἰδεῖσθαι dat etiam Harl. ita et p. 231. E. ubi idem repetitur. Sæpe junguntur et opponuntur: veluti Ad Princip. Indoct. p. 781. C: μάλιστα γὰρ αἰδεῖσθαι προσήκει, τοῖς ἥκιστα φοβουμένοις: alibi, Opp. Mor. p. 37. D. 101. A. 225. D. 279. B. Vit. 194. B. 610. A. 1061. C. Plato Leg. X. p. 664. E. Xenophon, Memor. Socrat. III. 5. 15: Cyropæd. VIII. 1. 10. Diog. Laert. I. 70. alii: item αἰδὼς et φόβος.

217. B. ς'.] Unum hoc eſt diſertum teſtimonium moris, quem aliunde ſuſpicando colligimus. Indicta cauſſa aut indemnatum interficere non licebat vetere lege: quod prodit Plutarchus Ageſil. p. 614. B. unde Ælianus ſumſit Var. Hiſt. XIV. 27. et aliunde Valerius Max. VII. 2. Ext. 15. Thucydides I. 132. Ephororum prudentem tarditatem in Pauſaniæ cauſſa laudat, χρώμενοι τῷ τρόπῳ, ᾧπερ εἰώθασιν ἐς σφᾶς αὐτοὺς, μὴ ταχεῖς εἶναι περὶ ἀνδρὸς Σπαρτιάτου ἄνευ ἀναμφισβητήτων τεκμηρίων, βουλεῦσαί τι ἀνήκεστον. Lacedæmonios ſignificat Socrates apud Platonem in Apologia p. 367. C: εἰ ἦν ὑμῖν νόμος, ὥσπερ καὶ ἄλλοις ἀνθρώποις περὶ θανάτου μὴ μίαν μόνον ἡμέραν κρίνειν, ἀλλὰ πολλὰς, ἐπείσθητε ἄν. Senibus data erant judicia capitalia, ut Xenophon prodit Rep. Laced. X. 2. Et ex hujuſmodi laudatione Spartani inſtituti profectus eamdem rationem bonis regibus commendat Julianus Imp. p. 89. D. Hoc inſtitutum ex Plutarcheo hoc loco recenſuit N. Cragius De Rep. Laced. IV. 8. p. 436.

217. B. ΑΝΑΞΑΝΔΡΟΥ ΤΟΥ ΕΥΡΥΚΡΑΤΕΟΣ.] Bello Meſſenio II. fuit Rex ab Olymp. XXIII. 4. ad XXXII. 2. ex ratione Larcheri l. c. p. 498—500: cui adhibeatur Meurſius De Regno Laced. XI. p. 53. Illo tempore non fuiſſe ærarium Spartæ, cum aliis documentis, tum hoc apophthegmate oſtendit N. Cragius De Rep. Laced. IV. 2. p. 378.

217. C. ΑΝΑΞΙΛΟΥ.] Vitioſa inſcriptio. Nam tituli illi primum a Stephano poſiti, deinde in Græco-Latina editione Pariſienſi anni 1624. repetiti ſunt. Vera erat ſcriptura ΑΝΑΞΙΛΑΟΥ, vel ΑΝΑΞΙΛΑ. *Anaxilaus* non quidem rex, ſed tamen filius regis Leotychidæ, et avus regis

Anaxandridæ fuit, ut cognoſcitur ex Herodoto VIII. 131. Eximium hunc Ephororum honorem, appoſitis Veterum teſtimoniis, et hoc dicto, expoſuit N. Cragius De Rep. Lac. II. 2. p. 103.

217. C. ΑΝΔΡΟΚΛΕΙΔΟΥ.] Laco ex Vita Lyſandri p. 437. C. cognitus: cujus nomen Bryanus reſtituere voluit pro Μανδροκλείδας in Vita Pyrrhi p. 401. C: nulla is quidem idonea cauſſa. Apophthegma etiam aliis adſcribitur: veluti *Ageſilao* p. 210. F. λδ'. et ignoto p. 234. E. μβ'. Cæterum, pro δὲ ἵςαντο corrigendum δ' ἐνίςαντο; a vulgata unus J. diſſentiens dat nil melius τε ἵςαντο. Ex P. annotatur 'Ανδροκλείδας melius vulgato, et confirmatum ab Harl.

217. C. ΑΝΤΑΛΚΙΔΟΥ. α'.] Idem factum dictumque *Lyſandro* adſcribitur p. 229. D. ι'. De confeſſionis in myſteriis antiquitate hos locos adhibet Iſ. Caſaubonus Exercitat. contra Baronium XVI. 43. p. 483. Neque vero ad idem argumentum trahendus Cicero Leg. II. 12: *conſitendarum religionum facultatem adferunt:* certior enim eſt lectio *conficiendarum*. Nec ad myſteria pertinet Nat. Deor. II. 4: *confiteri peccatum ſuum maluit Gracchus, quam barere in republica religionem.*

217. D. β'.] Notavimus p. 192. B. α'.

217. D. γ'.] Notavimus p. 192. C. β'.

217. D. δ'.] Simile eſt *Ageſilai* p. 213. C. ξε'.

217. D. ε'.] Notavimus p. 192. C. γ'.

217. E. ς'.] In Vita Lycurgi p. 47. D. Ageſilai p. 610. D. Notavimus p. 189. F. in Lycurgi dictis ε'. Cæterum in H. et Voſſ. hic locus deeſt.

217. E. ζ'.] Dictum ex duobus aliis compoſitum: altero de mœnibus Spartæ p. 210. E. *Ageſilai* κθ', λ': altero, de terminis Laconicæ, ibidem κη': utroque a nobis notato ibi.

217. E. η'.] Notavimus in ſimili p. 191. E. Agidis Junioris β'.

217. E. ΑΝΤΙΟΧΟΥ.] Idem legimus p. 192. B.

217. F. ΑΡΙΓΕΩΣ.] Nomen varie ſcribitur in codicibus: 'Αρηγεὺς, H. J. Voſſ. P: 'Αρηγεὺς, T: 'Αρισγεὺς, Ve-

net. *Argous* eſt variæ lectionis in margine Cruſerii: Ἀργεὺς Harl. Eraſmus, quod præferam, ut nomen alibi proditum: quamquam in hunc Spartanum fortaſſe verius Ἀρεὺς, qui fuit rex, de quo Meurſius Regn. Lac. XIII. p. 64. quod nomen perperam in Ἀρέτας mutatum in Diod. Sic. XX. 29. reſtituit Weſſelingius.

217. F. α΄.] Simile eſt Euboidæ p. 220. D: alia dabimus ad initium libri De Mulier. Virt. p. 242. E.

217. F. β΄.] Epigramma et Apophthegma ſine nominibus auctorum, proditur item in Vita Lycurgi, unde hinc tranſlatum eſt, p. 52. E. In ſimili metaphora dixit Plato Rep. VIII. p. 501. G: τὸ λεγόμενον, ὁ δῆμος φεύγων ἂν καπνὸν δουλείας ἐλευθέρων, εἰς πῦρ δοῦλον δεσποτείας ἂν ἐμπεπτωκὼς εἴη—.

p. 218. A. ΑΡΙΣΤΩΝΟΣ.] Ariſton, Agaſiclis filius, in regibus Spartanis fertur, de quo Herodotus et Pauſanias: unde Meurſius Regn. Lac. XVII. p. 78. et Larcherus ejus regnum definit l. l. ab Olymp. LI. 3—LXV. 1.

218. A. α΄.] Pervulgatum, *amicis bene, inimicis male faciendum*. At Socrates apud Platonem cum in Rep. I. p. 411. F. 413. B—D. tum in Critone p. 372. D, E. οὐδαμῶς ἀδικεῖν· οὔτ᾽ ἄρα ἀνταδικεῖν δεῖ, *injuriam nec inferre nec referre*. Ad idem argumentum pertinet Epiſt. VIII. p. 723. F. Clitophont. p. 257. A. Sed hujus loci dictum idem eſt quod Cleobuli apud Diog. Laert. I. 91: ἔλεγε δὲ τὸν φίλον δεῖν εὐεργετεῖν, ὅπως ᾖ μᾶλλον φίλος· τὸν δὲ ἐχθρὸν φίλον ποιεῖν. Simile Juliani apud Ammianum Marcellin. XXII, p. 227: *inimicorum minuere* numerum, *augere amicorum*. Conferatur Fragm. Commentar. Heſiod. §. XXXVIII.

218. A. β΄.] Attigimus p. 215. D.

218. A. γ΄.] Haud ſcio an hæc aliena ſint ab ætate Ariſtonis, et victoria de Athenienſibus, et mos funebrium laudationum.

218. B. ΑΡΧΙΔΑΜΙΔΟΥ.] Sub hujus nomine Plutarchus in Lycurgo p. 52. C, D. duo apophthegmata refert, alterum, quod hoc loco eſt β΄. alterum ſupra proditum p. 215. D. ut *Agidis* ε΄.

218. B. α΄.] Hoc ſi vere Archidamidæ tribuitur, po-

nendus ſit in ætate Lycurgi: ſiquidem hic Charilai fuit tutor. Sed et aliorum ex perſona memorat Plutarchus ut notavimus p. 55. E.

218. B. β'.] Ad verbum deſcriptus locus ex Vita Lycurgi p. 52. C: ubi item ſub *Arcbidamidæ* nomine proditur. Dictum eidem auctori, cui proximum, certe æquali temporum Lycurgi tribui nequit; ſiquidem *Hecatæus ſophiſta* alius niſi *biſtoricus Mileſius* intelligi nequit, qui trecentis minimum annis poſt Lycurgum fuit. Illud ὁ εἰδὼς λόγον, καὶ τὸν τοῦ λέγειν καιρὸν οἶδεν, eſt decretum a philoſophis et rhetoribus celebratum. Ariſtippus ita reſpondit Dionyſio, quod memorat Diogenes Laert. II. 73: ἀναγκαζόμενός ποτε ὑπὸ Διονυσίου εἰπεῖν τι τῶν ἐκ φιλοσοφίας· Γελοῖον, ἔφη, εἰ τὸ λέγειν μὲν παρ' ἐμοῦ συνθάνῃ (forte μανθάνεις) τὸ δὲ, πότε δεῖ λέγειν σύ με διδάσκεις. Ad muſicam accommodavit Plutarchus p. 1145. E. 1147. A. Ariſtides Orat. Platon. II. p. 96: ὁ γὰρ τὸ πρέπον τῶν λόγων ἐξηταχὼς πανταχοῦ, καὶ τὸν καιρὸν εἰδὼς—οὗτός ἐστιν ὁ μόνος οἷς εἶπον χρῆσθαι δυνάμενος·—καὶ μὴν ὁ εἰδὼς τί δεῖ λέγειν οἶδε τί δεῖ σιωπῆσαι·—ὥσπερ καὶ ὅστις οἶδε πότε πλεῖν καιρὸς, οὐκ ἀγνοεῖ καὶ πόθ' ὁρμεῖν· item p. 130. 140.

218. C. ΑΡΧΙΔΑΜΟΥ ΤΟΥ ΖΕΥΞΙΔΑΜΟΥ.] Cognitus e Thucydide in primis, ſed et aliis citatis Meurſio De Regn. Laced. XVII. p. 79.

218. C. α'.] Dicuntur τὰ ἀρχεῖα proprie quidem *curiæ*, ubi magiſtratus congregantur: tum vero *ipſi magiſtratus*, eorumque collegia, ſubinde etiam τὸ ἀρχεῖον præcipue, *Ephororum collegium:* ſic in Lyſandro p. 444. E. Agide 800. E. Cleomene 808. E. 809. A. Sed et alibi utraque ſignificatione *curiarum* et *magiſtratuum* legitur in Plutarcho: v. c. Opp. Mor. p. 781. E. 784. A. 787. B. 797. B. Vit. 89. F. 479. B. 611. A. 802. A: item 1057. F. *principia* in Romanis caſtris. Et in aliis: v. c. Ariſtide T. II. p. 22. Pauſania p. 663. Dione Chryſ. p. 565. D. 636. D. ubi τοὺς νόμους καὶ τὰ ἀρχαῖα, poſtremum mutandum in ἀρχεῖα. Confuſio frequens: et hoc loco H. et Harl. perperam dant ἀρχαῖα. Videantur et Sallierius ad Thom. Mag. p. 145. et Spanhemius ad Ariſtoph. Nub. 1155.

218. C. γ′.] Diſertius hoc dictum refertur p. 223. F. in Cleomenis ιε′. omiſſa frigida iſta explicandi appendicula: Ὡς οὐδὲν διαφέρον—κ. τ. λ.

218. D. δ′.] Geminum et fortaſſe confuſum ſimili dicto *Gorgus* β′. p. 240. D. Eraſmus τὰ ἀνδρεῖα reddit *quæ fortes decet*, et in eamdem ſententiam cæteri omnes interpretes. Intelligenda *convivia*, *ſodalitia*, συσσίτια, quæ antiquitus apud Spartanos, ut apud Cretenſes, a quibus hunc morem ſumſerant, ἀνδρεῖα dicebantur. Subinde legitur in Plutarcho v. c. Lycurgo p. 46. B. 52. B. Sympoſ. VII. p. 714. B. Pertinet huc Ariſtoteles Politic. II. 10. p. 52: καὶ τό γε ἀρχαῖον ἐκάλουν οἱ Λάκωνες οὐ Φιδίτια ἀλλ' Ἄνδρια, καθάπερ οἱ Κρῆτες· ᾗ καὶ δῆλον ὅτι ἐκεῖθεν ἐλήλυθεν. Conferantur Cragius Rep. Laced. I. 9. p. 57. Meurſius Miſcell. Lacon. I. 9. p. 48.

218. D. ε′.] Tribuitur Lyſandro p. 190. E. et 229. D.

218. E. ζ′.] Perperam huc invectum ex Lyſandri Apophthegmatibus, ubi notavimus p. 190. D.

218. E. η′.] Retulit ex Plutarcho Stobæus Floril. LII. p. 359: Ἀρχίδαμος ὁ τῶν Λακεδαιμονίων βασιλεύς, θεασάμενος τὸν ἴδιον παῖδα ἄγαν προπετῶς μαχόμενον τοῖς Ἀθηναίοις, εἶπεν, Ἢ τῇ δυνάμει πρόσθες, ἢ τοῦ θράσους ἄφελε. Repoſuimus hinc in Fragmentis Epiſtolæ De Amicitia XVIII. 9. quia inde excerptus eſſe potuit. Simile dictum vide p. 232. E. β′.

289. E. ΑΡΧΙΔΑΜΟΥ ΤΟΥ ΑΓΗΣΙΛΑΟΥ.] De hoc monuimus p. 190. A.

218. E. α′.] Reſponſi acumen eſt in *umbram ſuam metiri*: quod ductum eſt ex duabus proverbii inſtar uſurpatis dictionibus: altera *metiri ſe ſuo modulo*, unde hujus Apophthegmatis ſententiam aperire ſtuduit L. Bos in Exercitat. in N. T. p. 113: altera, *umbræ* inanitate, quæ ad levitatem et fragilitatem gloriæ et felicitatis humanæ ſignificandam adhiberi ſolet, ut recte hoc dictum accepit Cœl. Rhodiginus ad Eraſmi Adag. p. 1313. et nos quædam de hoc uſu notavimus.

218. F. β′.] Animadvertimus p. 210. E. Ageſilai κη′.

218. F. γ′.] Hujus mentionis auctoritate Periander hic in medicis numeratur apud Fabricium Bibl. Gr. XIII. p.

nendus ſit in ætate Lycurgi: ſiquidem hic Charilai fuit tutor. Sed et aliorum ex perſona memorat Plutarchus ut notavimus p. 55. E.

218. B. β'.] Ad verbum deſcriptus locus ex Vita Lycurgi p. 52. C: ubi item ſub *Archidamidæ* nomine proditur. Dictum eidem auctori, cui proximum, certe æquali temporum Lycurgi tribui nequit; ſiquidem *Hecatæus ſophiſta* alius niſi *hiſtoricus Mileſius* intelligi nequit, qui trecentis minimum annis poſt Lycurgum fuit. Illud ὁ εἰδὼς λόγον, καὶ τὸν τοῦ λέγειν καιρὸν οἶδεν, eſt decretum a philoſophis et rhetoribus celebratum. Ariſtippus ita reſpondit Dionyſio, quod memorat Diogenes Laert. II. 73: ἀναγκαζόμενός ποτε ὑπὸ Διονυσίου εἰπεῖν τι τῶν ἐκ φιλοσοφίας· Γελοῖον, ἔφη, εἰ τὸ λέγειν μὲν παρ' ἐμοῦ συνθάνῃ (forte μανθάνεις) τὸ δὲ, πότε δεῖ λέγειν σύ με διδάσκεις. Ad muſicam accommodavit Plutarchus p. 1145. E. 1147. A. Ariſtides Orat. Platon. II. p. 96: ὁ γαρ τὸ πρέπον τῶν λόγων ἐξητακὼς πανταχοῦ, καὶ τὸν καιρὸν εἰδὼς—οὗτός ἐστιν ὁ μόνος οἷς εἶπον χρῆσθαι δυνάμενος—καὶ μὴν ὁ εἰδὼς τί δεῖ λέγειν οἶδε τί δεῖ σιωπῆσαι·—ὥσπερ καὶ ὅστις οἶδε πότε πλεῖν καιρὸς, οὐκ ἀγνοεῖ καὶ πόθ' ὁρμεῖν· item p. 130. 140.

218. C. ΑΡΧΙΔΑΜΟΥ ΤΟΥ ΖΕΥΞΙΔΑΜΟΥ.] Cognitus e Thucydide in primis, ſed et aliis citatis Meurſio De Regn. Laced. XVII. p. 79.

218. C. α'.] Dicuntur τὰ ἀρχεῖα proprie quidem *curiæ*, ubi magiſtratus congregantur: tum vero *ipſi magiſtratus*, eorumque collegia, ſubinde etiam τὸ ἀρχεῖον præcipue, *Ephororum collegium*: ſic in Lyſandro p. 444. E. Agide 800. E. Cleomene 808. E. 809. A. Sed et alibi utraque ſignificatione *curiarum* et *magiſtratuum* legitur in Plutarcho: v. c. Opp. Mor. p. 781. E. 784. A. 787. B. 797. B. Vit. 89. F. 479. B. 611. A. 802. A: item 1057. F. *principia* in Romanis caſtris. Et in aliis: v. c. Ariſtide T. II. p. 22. Pauſania p. 663. Dione Chryſ. p. 565. D. 636. D. ubi τοὺς νόμους καὶ τὰ ἀρχαῖα, poſtremum mutandum in ἀρχεῖα. Confuſio frequens: et hoc loco H. et Harl. perperam dant ἀρχαῖα. Videantur et Sallierius ad Thom. Mag. p. 145. et Spanhemius ad Ariſtoph. Nub. 1155.

218. C. γ'.] Diſertius hoc dictum refertur p. 223. F. in Cleomenis ιε'. omiſſa frigida iſta explicandi appendicula: Ὡς οὐδὲν διαφέρον—κ. τ. λ.

218. D. δ'.] Geminum et fortaſſe confuſum ſimili dicto *Gorgus* β'. p. 240. D. Eraſmus τὰ ἀνδρεῖα reddit *quæ fortes decet*, et in eamdem ſententiam cæteri omnes interpretes. Intelligenda *convivia*, *ſodalitia*, συσσίτια, quæ antiquitus apud Spartanos, ut apud Cretenſes, a quibus hunc morem ſumſerant, ἀνδρεῖα dicebantur. Subinde legitur in Plutarcho v. c. Lycurgo p. 46. B. 52. B. Sympoſ. VII. p. 714. B. Pertinet huc Ariſtoteles Politic. II. 10. p. 52: καὶ τό γε ἀρχαῖον ἐκάλουν οἱ Λάκωνες οὐ Φιδίτια ἀλλ' Ἀνδρεῖα, καθάπερ οἱ Κρῆτες· ᾗ καὶ δῆλον ὅτι ἐκεῖθεν ἐλήλυθεν. Conferantur Cragius Rep. Laced. I. 9. p. 57. Meurſius Miſcell. Lacon. I. 9. p. 48.

218. D. ε'.] Tribuitur Lyſandro p. 190. E. et 229. D.

218. E. ζ'.] Perperam huc invectum ex Lyſandri Apophthegmatibus, ubi notavimus p. 190. D.

218. E. η'.] Retulit ex Plutarcho Stobæus Floril. LII. p. 359: Ἀρχίδαμος ὁ τῶν Λακεδαιμονίων βασιλεύς, θεασάμενος τὸν ἴδιον παῖδα ἄγαν προπετῶς μαχόμενον τοῖς Ἀθηναίοις, εἶπεν, Ἢ τῇ δυνάμει πρόσθες, ἢ τοῦ θράσους ἄφελε. Repoſuimus hinc in Fragmentis Epiſtolæ De Amicitia XVIII. 9. quia inde excerptus eſſe potuit. Simile dictum vide p. 232. E. β'.

289. E. ΑΡΧΙΔΑΜΟΥ ΤΟΥ ΑΓΗΣΙΛΑΟΥ.] De hoc monuimus p. 190. A.

218. E. α'.] Reſponſi acumen eſt in *umbram ſuam metiri*: quod ductum eſt ex duabus proverbii inſtar uſurpatis dictionibus: altera *metiri ſe ſuo modulo*, unde hujus Apophthegmatis ſententiam aperire ſtuduit L. Bos in Exercitat. in N. T. p. 113: altera, *umbræ* inanitate, quæ ad levitatem et fragilitatem gloriæ et felicitatis humanæ ſignificandam adhiberi ſolet, ut recte hoc dictum accepit Cœl. Rhodiginus ad Eraſmi Adag. p. 1313. et nos quædam de hoc uſu notavimus.

218. F. β'.] Animadvertimus p. 210. E. Ageſilai κη'.

218. F. γ'.] Hujus mentionis auctoritate Periander hic in medicis numeratur apud Fabricium Bibl. Gr. XIII. p.

360. Quod dat codex P. ἐς τὰ μάλιστα habent etiam Venet. Voſſ. Harl. cujus formæ elegantiam docte oſtendit Gierigius, Excerptorum hinc Apophthegmatum editor, de quo diximus Biblioth. Crit. Vol. II. Part. II. p. 122.

218. F. δ'.] Procul a patria bellum cum Philippo gerendum, ſubinde monet Demoſthenes; ut hoc Apophthegma ex illa ſententia profectum videatur: veluti Olynth. I. p. 4. Exord. XV. p. 136. A: εἰ δὲ τὰ πράγματα ὁρᾶτε ἐγγυτέρω προσάγοντα· δεῖ σκοπεῖσθαι ὅπως μὴ πλησίον αὐτοῖς μάχησθε, ἃ πόῤῥωθεν ἔξεστι φυλάξασθαι.

218. F. ε'.] Eſt hæc illa celebris ἄδακρυς νίκη; qua ne unus quidem Lacedæmonius periit: de qua Xenophon Hellenic. VII. 1. 22. Diodorus Sic. XV. 72. Plutarchus Ageſilao p. 614. E.

p. 219. A. ϛ'.] Periandri fertur apud Diogenem Laert. I. 97: ἔλεγε δὲ καὶ τάδε· Καλὸν ἡσυχία· Ἐπισφαλὴς προπέτεια. Harleianus codex breviſſime, ἐπέστειλεν οὕτως, Καλὸν ἡσυχία.

219. A. ζ'.] Notavimus p. 190. A.

219. A. η'.] Notavimus p. 191. D.

219. A. θ'.] Loco Ἀντίγονον res et hiſtoria flagitare videtur Ἀντίπατρον, quæ nomina in hoc libello ſubinde confunduntur. Et Archidamus hic periit in Italia Olymp. CX. 3. notante Larchero Chronol. Herodot. T. VII. p. 509. et aliis; ergo biennio ante Philippi obitum, diu ante præfecturam Antipatri et Crateri. Ut hoc dictum potius filiis Archidami, Agidi aut Eudamidæ conveniat. Ipſa comparatio hominum et ovium, ejuſque in præſentem cauſſam accommodatio, et re ipſa ineptum quid habet, ut quæ adverſus Archidamum ipſum converti poterat: et dictione inficetum ſonat. Forte ſuſcepta eſt ex falſa auditione fabulæ Æſopicæ.

219. B. ΑΣΤΥΚΡΑΤΙΔΟΥ.] Hunc non meminimus nos alibi legere. Et hoc loco Ἀντίγονον ſcribentem librarium erraſſe, oſtendit proximum Ἀντίπατρος, cujus nomen utrobique flagitatur; quamquam et pro hoc Ἀντίγονος dant Jun. Harl. Anon. Significatur enim nobilis illa Agidis pugna adverſus Antipatrum, quam et alii prodiderunt, et Diodorus Sic. XVII. 63. Exemplum ac dictum ex noſtro

hoc loco adfert N. Cragius Rep. Laced. I. 10. p. 64. nomen exhibens *Ariſtocratidem*. Simile eſt reſponſum *Damindæ* p. 219. E.

219. C. ΒΙΑΝΤΟΣ.] Βίας nominatur, qui *Anaxibius* dicendus erat. Deſignatur enim illud Iphicratis factum ad Abydum, quo Lacedæmoniorum concidit præſidium, cujus præfectus erat Anaxibius: quod prodidit Xenophon Hellenic. IV. fin. 8. 38: καὶ ὁ Ἀναξίβιος, γνοὺς μὴ εἶναι ἐλπίδα σωτηρίας—ὁρῶν δὲ καὶ ἐκπεπληγμένυς ἅπαντας, ὡς εἶδον τὴν ἐνέδραν, εἶπε πρὸς τοὺς παρόντας· "Ἄνδρες, ἐμοὶ μὲν καλὸν ἐνθάδε "ἀποθανεῖν· ὑμεῖς δὲ πρὶν συμμίξαι τοῖς πολεμίοις, σπεύδετε εἰς "τὴν σωτηρίαν." Καὶ ταῦτ' ἔλεγε· καὶ παρὰ τοῦ ὑπασπιστοῦ λαβὼν τὴν ἀσπίδα, ἐν χώρᾳ αὐτοῦ μαχόμενος ἀποθνήσκει—. Aliud eſt idque magis celebratum Iphicratis ſtrategema, quo Lacedæmoniorum moram ad Corinthum interceptam confecit: proditum et aliis et principi Xenophonti Hellenic. IV. 5. 11—18. Unus codex J. in nomine diſſentiens dat Βίος.

219. C. ΒΡΑΣΙΔΟΥ.] Partim exſtant p. 190. B.

219. C. α'.] Notavimus p. 190. B. et 79. E.

219. C. β'.] Notavimus p. 190. B. et Ser. Num. Vind. p. 548. B.

219. D. γ'.] Epiſtolium hoc appoſuit, et verbum Doricum δήλεσθαι, δηλέεσθαι, *velle*, eruditiſſime explicuit Valckenarius ad Theocrit. Digreſſ. II. p. 258. ſeq. Noſtri libri nil variant, niſi quod pro ποτὶον, J. Harl. Venet. habent κατά.

219. D. δ'.] Notavimus p. 190. B.

219. E. ΔΑΜΩΝΙΔΟΥ.] Notavimus p. 191. F.

219. E. ΔΑΜΙΔΟΣ.] Sine nomine auctoris Ælianus Var. Hiſt. II. 19: —Ἄλλοι μὲν οὖν ἄλλα ἐψηφίσαντο, Λακεδαιμόνιοι δὲ ἐκεῖνα. Ἐπειδὴ Ἀλέξανδρος βούλεται θεὸς εἶναι, ἔστω θεός.

219. E. ΔΑΜΙΝΔΟΥ.] Nomen aliter proditur in Harl, Δαμίδας: aliter in J. Δαμώνδας. Rem ſine auctoris nomine refert Stobæus Floril. VII. p. 90: Φίλιππος ἦλθεν ἐπὶ Λακεδαίμονα, καὶ προστρατοπεδεύσας ἔπεμψεν ἀπειλῶν πολλὰ καὶ χαλεπὰ, εἰ μὴ ποιῶσι τὰ προστασσόμενα. Τῶν δὴ Λακεδαιμονίων τις ἀκούσας τῶν ἀπειλῶν, χάριν αὐτῷ, ἔφη, εἰδέναι, ὅτι οὐ κωλύει ὃ

ἐπὶ τοῖς μαχομένοις ἐςὶν, ἀποθανεῖν. Simile modo legimus *Aſtycratidæ* p. 219. B.

219. F. ΔΕΡΚΥΛΛΙΔΟΥ.] Stobæus refert ibidem p. 90: Πύῤῥυ ἐπιςρατεύσαντος Λακεδαιμονίοις καὶ πολλὰ ἀπειλοῦντος, Δερκυλλίδας εἷς τῶν γερόντων, ἀναςὰς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ εἶπεν· Εἰ μὲν θεός ἐςιν ὁ ἀπειλῶν μὴ φοβώμεθα, οὐδὲν γὰρ ἀδικοῦμεν· εἰ δ' ἄνθρωπος, γνώτω ἄνδρασιν ἀπειλῶν. Hiſtoriæ hanc partem et dictum Laconice memorat Plutarchus in Pyrrho p. 401. C: εἷς δὲ τῶν παρόντων ὄνομα Μανδρικίδας εἶπε τῇ φωνῇ λακωνίζων, "Αἶ μὲν ἐσσὶ τύγε θεὸς, οὐδὲν μὴ πάθωμεν· οὐ γὰρ ἀδικῶ-"μεν· αἶ δὲ ἄνθρωπος, ἔσσεται καί τευ κάῤῥων ἄλλος." Ita enim legendum, et dudum monuit Lambinus ad Horat. Carm. I. 15. 28. Nomen Μανδρικίδας in Ἀνδροκλίδας mutari volebat Bryanus ad hunc locum, nulla de cauſſa, ut monuimus p. 217. C: poterat probabilius Μανδροκλείδας, ut nomen Laconicum, aut Δερκυλλίδας, ut hoc loco proditum. Sed cohibenda mutandi cupiditas in hoc genere. Magis etiam ad Laconicam linguam conformare voluit Meurſius Miſcell. Lacon. III. 5.

219. F. ΔΗΜΑΡΑΤΟΥ.] Cognitus ex Herodoto V. VI. VII; regno Spartæ pulſus apud Xerxem exulavit.

p. 220. A. β'.] Attigit N. Cragius Rep. Lac. III. 12. 12. p. 364.

220. A. γ'.] Simile, mox p. 220. F. Similius etiam, 234. D.

220. A. δ'.] Bianti tribuit Plutarchus De Garrul. p. 503. F: Βίας ἔν τινι πότῳ σιωπῶν, καὶ σκωπτόμενος εἰς ἀβελτηρίαν ὑπό τινος ἀδολέσχυ, Καὶ τίς ἂν, ἔφη, δύναιτο μωρὸς ὢν ἐν οἴνῳ σιωπᾶν. Soloni Stobæus Floril. XXXIV. p. 215: Σόλων ἐρωτηθεὶς ὑπὸ Περιάνδρυ παρὰ πότον, ἐπεὶ σιωπῶν ἐτύγχανε, πότερα διὰ λόγων σπάνιν, ἢ διὰ μωρίαν σιωπᾷ, Ἀλλ' οὐδεὶς ἂν, εἶπε, μωρὸς σιωπᾷν ἐν συμποσίῳ δύναται.

220. C. η'.] κατανάλωκα γὰρ τὴν τοῦ βίυ τάξιν. Eraſmus et Amyotus ita accipiunt quaſi Demaratus dicat *ſe per exilium amiſiſſe locum ſuum in acie.* At κατανάλωκα eſt *conſumſi*, quod in paraſitum alieno cibo nutritum, proprio cibo et patrimonio abſumto ac decocto, congruit, minus in Demaratum, nedum ut de ſe ipſe iſtud dicat. Iſtiuſ-

modi homo ſtationem vitæ, locum in acie, abſumſit; neo in acie pugnare poteſt. Acumen igitur eſt in ambiguitate vocabulorum, *τάξις*, quæ eſt *modeſtia*, *locus in acie*, *ſtatio in civibus*, *cenſus*: et *βίος*, qui eſt *victus* et *vita*. Et vero paraſitus habet *βίον* alienum, cum *vitam*, tum *victum*. Sic De Adulatore Plutarchus p. 52. A: *—ἑςίαν ἤθους οὐκ ἔχων μόνιμον, οὐδὲ ἑαυτῷ βίον ζητῶν αἱρετὸν, ἀλλ' ἑτέρῳ.* De Educat. Lib. p. 13: *νόθα μέρη βίου.* Athenæus de Phoco IV. p. 168. F: *πάντα γὰρ ἀνήλωσε τὰ πατρῷα εἰς ἀσωτίαν· καὶ ἔπειτα ἐκολάκευε τὸν ἐπὶ τῆς Μουνυχίας.* Et fallor, aut qui hoc prodidit Hiſtoricus de Demarato, imitatus eſt talem quemdam Comici ſenarium, *Τάξιν βίου κατηνάλωκας, ὦ 'γαθέ.*

220. C. ΕΜΗΡΕΠΟΥΣ.] In Vita Agidis p. 799. F: *Σὺ δὲ 'Εκπρεπῆ μὲν ἐπαινεῖς, ἔφησεν, ὃς ἐφορεύων, Φρυνίδος τοῦ Μουσικοῦ σκεπάρνῳ τὰς δύο τῶν ἐννέα χορδῶν ἐξέτεμε.* Potuit hoc loco vetus lectio fuiſſe 'Εμπρεπῦς· ſed in ea, quam retinuimus omnes libri conſentiunt. De re eadem diximus p. 84. A.

220. C. ΕΠΑΙΝΕΤΟΥ.] Eraſmus haud temere ſic judicat: *Ea ſententia non diſſonat a literis Hebræorum, quæ narrant, ſerpentis mendacio primum fores apertas omni vitiorum generi.* Niſi ſuppoſititius eſt hic locus, neceſſe ſit fuiſſe hoc ſingulare Epæneti judicium. Nam Spartanorum inſtitutis non erat vetitum mentiri; quin adeo cum *κλοπείᾳ*, *furandi more*, conjunctum, quæ ſine mendacio conſtare non poterat. Nec Lyſandro vitio dabatur, mentiendo et fallendo, patriæ rem augere. Simile eſt in hanc ſententiam apophthegma Cleomenis p. 223. B. perjurium ſuum defendentis. Quamquam Callicratidæ, Ageſilai, omnino Spartanorum, et univerſe Doricus ſimplex et ſincerus mos ab iſta perfidiæ labe abhorrebat. Habebat tamen hæc opinio exceptionem apud Spartanos, ut modo diximus: indeque accipiendum aliud apophthegma p. 234. F: *Εἰπόντος δέ τινος Λάκωνι ὅτι ψεύδεται, ἀπεκρίνατο, ἐλεύθεροι γὰρ εἶμες· οἱ δ' ἄλλοι αἴκα μὴ τἀληθῆ λέγοντι οἰμώξονται.* Omnes ſane Scriptores et Philoſophi mendacium damnant, nec niſi remedii cauſſa ſummis avertendis malis conce-

dunt: nemo quod ſciam ita reprehendit, ut, mendaces omnium peccatorum et injuriarum auctores pronunciaret.

220. D. ΕΥΒΟΙΔΟΥ.] Videatur p. 217. F. et 242. E.

220. D. ΕΥΔΑΜΙΔΟΥ.] Notavimus p. 192. A.

220. D. α′.] Ibidem.

220. E. β′.] Ibidem B. Conferatur Eraſmus Adag. p. 603.

220. E. δ′.] Acquieſco in Xylandri interpretatione, *Quia nihil mihi opus eſt eos erroris convincere.* Acumen eſt in verbo ἐλέγξαι, quod eſt *re et facto quem convincere*, ut notavimus p. 176. C. Igitur ſenſus eſt hic, *Nolo committere, ut re ipſa convincantur ſe erraſſe, et vana victoriæ ſpe decaptos eſſe.* Sic ἐλέγχειν eſt *committere, ut quid re et facto appareat:* v. c. in C. Graccho p. 840. A. τὴν ἰσχὺν ἐπιλείπουσαν ἤδη δεδιὼς ἐλέγχειν, *metuens committere ut appareret ſuam vim jam deficere.* Mario 454. B: Pericle 162. F: τῆς πείρας ἐλεγχθείσης, *quum conatus irritus fuiſſet.* Fabio Max. 184. E: Lucullo 518. B. Aliter Eraſmus explicat, præter elegantiam et conſuetudinem ſuam, obſcure et contorte; quem legat qui vult; probet, cui placet.

220. F. ε′.] προφερομένου, *dictitante, proferente, memorante*, legendum pro vulgato προσφερομένου, quod omnes libros occupavit. Sæpe confunduntur. Reſtituimus hoc p. 110. D. Reddendum Diogeni Laertio IV. 9: προσηνέγκατο ταυτὶ, *hæc recitavit*; requiritur προηνέγκατο· et ſic recte adhibetur VII. 21, 22. Perperam legitur in Ariſtocle Euſebii Præp. Evang. XV. p. 791. D. ποιήματα ψυχρὰ προσφερόμενος· pro προφερόμενος. Recte in aliis Plutarchi locis legitur Opp. Mor. p. 622. A. 680. A. 700. E. 872. A. 1038. F. 1039. E. 1040. F.

220. F. ς′.] κηληκτὰς, forte natum ex duabus lectionibus κηλητὰς, et κηλικτὰς, quod unus dat codex J. utraque forma ad analogiam bona, illa a κηλέω, hac a κηλίζω. Nomen in Lexicis deſideratum, notat *oblectatorem, delinitorem.* Simile dictum Damarati modo vidimus p. 220. A. γ′. Neque vero repugnem quin alia etiam lectio eſſe po-

tuerit vera, certe vetus, δαχηλίκτας· qua de voce diximus p. 212. F.

220. F. ζʹ.] Neque hujus Apophthegmatis ratio ſatis apparet: ἣν οὐδεὶς ἔξερξε γενόμενος βελτίων, accipiendum, *quam nemo, qui in ea melior factus eſt, ita diligit ut ea contentus ſit, in eaque manere velit.* Qui vero ſunt hi, *meliores facti*, utrum cives an peregrini? De utriſque falſo dicitur *nemo:* multi enim meliores facti ibi manſerunt. Ergo de *paucis* claris civibus uſurpatum dictum, ita augetur, ut ad *omnes* referatur. Eſt autem illud de claris viris uſurpatum, quod Theopompus prodidit, indeque retulit Corn. Nepos in Chabria III. 3: *Eſt enim hoc commune vitium in magnis liberiſque civitatibus, ut invidia gloriæ comes ſit: et libenter de his detrahant, quos eminere videant altius: neque animo æquo pauperes alienam opulentium intuantur fortunam. Itaque Chabrias, quoad ei licebat, plurimum aberat. Neque vero ſolus ille aberat Athenis libenter, ſed omnes fere principes fecerunt idem; quod tantum ſe ab invidia putabant futuros, quantum a conſpectu ſuorum receſſiſſent. Itaque Conon plurimum Cypri vixit, Iphicrates in Thracia, Timotheus Leſbi, Chares in Sigeo.*—Locum Theopompi nobis ſervavit Athenæus XII. p. 532.

220. F. ηʹ.] Harl. plenius dat, Ἀλλ' οὐχ ὑμεῖς γε, ἔφη—. Spartanos extra patriam reddi deteriores, pervulgato ferebatur proverbio Οἴκοι λέοντες, ἐν ὑπαίθρῳ δ' ἀλώπεκες· ut legitur in Plutarchi Compar. Lyſandri et Syllæ p. 476. E: alibi ἐν Ἐφέσῳ δ' ἀλώπεκες· ut Schol. Ariſtoph. Pac. 1188. Epictetus Diſſ. IV. 5. p. 608. ubi videatur Uptonus.

p. 221. A. θʹ.] Thebanos excluſos, hoc uno loco proditur, notante Weſſelingio ad Diodor. Sic. XVIII. 8: res tamen per ſe ipſa intelligitur; ſiquidem Thebæ dirutæ jacebant, et a Caſſandro demum reſtitutæ ſunt.

221. A. ιʹ.] In Vita Lycurgi p. 53. B—E. Inſtit. Lac. p. 238. B. ubi plura.

221. A. ΕΥΡΥΚΡΑΤΙΔΟΥ ΤΟΥ ΑΝΑΞΑΝΔΡΙΔΟΥ.] Eſt hic *Eurycrates* II. Herodoto VII. 204. dictus *Eurycratides:* de quo Meurſius Regn. Laced. XI. p. 55. Larcherus Chronol. Herodot. T. VII. p. 501. Olymp. XXXII. 2—

XLI. 2. De argumento hujus Apophthegmatis et de Judiciis, Cragius Rep. Laced. IV. 8. p. 434. 439.

221. B. ΖΕΥΞΙΔΑΜΟΥ.] Leotychidæ filius ante patrem mortuus relicto filio Archidamo II. Meurſius Regn. Laced. XVII. p. 79.

221. B. α′.] Attigit Cragius Rep. Lac. III. 1. p. 170. Videtur δεῖ adhæſiſſe ex altera quadam lectione, qua κρεῖττον aberat: certe non niſi alterum retineri poteſt: forte quoque, δεῖ natum ſit ex ἀεί.

221. B. β′.] J. dat δυναμένοις pro βουλομένοις.

221. C. ΗΡΩΝΔΟΥ.] Sine auctoris nomine eſt in Vita Lycurgi p. 54. E. De ἀργίᾳ, *otio* Spartanorum Cragius Rep. Laced. III. 9. 7. Plutarchus in Lycurgo p. 54. D, E: et nos quædam ad Xenophontis Selecta in Select. Hiſt. Gr. p. 373. De ἀργίας cauſſa Athenis Valer. Max. II. 6. 3: Ariſtides T. I. p. 444: S. Petitus Leg. Attic. p. 520. ibique Weſſelingius. Taylor. Lect. Lyſ. p. 297. ſeq.

221. C. ΘΕΑΡΙΔΟΥ.] *Theaſides* quidem Spartanus, alia in cauſſa, memoratur ab Herodoto VI. 85.

221. C. ΘΕΜΙΣΤΕΟΥ.] Μεγιστίας dicitur Herodoto VII. 221. ubi plura de homine et nomine annotant duumviri. Sed Plutarchus De Herodoti Malign. p. 866. C. prodit reſponſum Leonidæ a cognato, quem dimittere vellet.

221. D. ΘΕΟΠΟΜΠΟΥ.] Celebrata hujus eſt in Regibus Spartanis memoria, propter inſtitutos ab eo primum Ephoros; unde in primis fertur ejus Apophthegma, quod hoc loco deſiderari miramur, præſertim quum Plutarchus alibi id prodiderit, Vita Lycurgi p. 43. E. Ad Princip. Indoct. p. 779. E. ubi plura notabimus. Ejus locum in ſucceſſione Proclidarum deſignarunt Meurſius De Regno Laced. XVII. p. 77. Larcherus Chronol. Herodot. T. VII. p. 497. ab Olymp. II. 2. ad IX. 2.

221. D. β′.] In Vita Lycurgi item ut a Theopompo dictum proditur p. 52. D. Proclus ad Heſiodi Ἔργ. verſu 705. a Spartano rege ad hoſpitem Arcadem reſponſum memorat: quod ille ut alia, ex Plutarchi Commentario

ſumſit: itaque nos in Fragmentis ejus Commentarii poſuimus §. XXXVII.

221. E. δ′.] In Vita Lycurgi p. 58. D. et Reip. Ger. Præcept. p. 816. E.

221. F. ς′.] De hoc argumento præcipit Plutarchus Reip. Ger. Præcept. p. 820. E. ubi plura dabimus.

221. F. ΘΗΡΥΚΙΩΝΟΣ.] Nomen non alibi memoratum, dubito an ſanum ſit. Libri quidem diſſentiunt: H. Θωρηκίων: J. ὁ Ἡρυκίων: Harl. Ὀχρυκίων: P. T. Θωρυκίων.

221. F. ΘΕΚΤΑΜΕΝΟΥΣ.] Neque hujus nominis ſinceritatem præſtare auſim. Cicero Tuſc. I. 42. eum ex non nominatis memorat: *Lacedæmonius quidam, cujus ne nomen quidem proditum eſt, mortem tantopere contemſit, ut cum ad eam duceretur damnatus ab Ephoris, et eſſet vultu hilari atque læto, dixiſſetque ei quidam inimicus, "Contemniſne leges Lycurgi?" reſponderit, "Ego vero illi maximam gratiam habeo; qui ea me pœna mulctaverit, quam ſine mutuatione et ſine verſura poſſem diſſolvere." O virum Sparta dignum! ut mihi quidem, qui tam magno animo fuerit, innocens damnatus eſſe videatur.*

p. 222. A. ΙΠΠΟΔΑΜΟΣ.] Fortaſſe idem qui Ἱπποδάμας dicitur Calliſtheni apud Athenæum X. p. 452. A. et Polyæno II. 15: nec abhorret hoc factum a temporis rationibus, ſiquidem Hippodamas in pugna adverſus Antipatrum cecidit Olymp. CXII. 3. natus ſupra octoginta annos; igitur ante annum Olymp. XCII. 3: Calliſthenis autem Hellenica, in quibus Hippodamantis ſtrategema proditum erat, annos triginta poſt Olymp. XCIII. complectebantur: notante J. G. Voſſio De Hiſt. Gr. I. 9. Cæterum ejuſdem argumenti ſunt apophthegmata ſatellitum Leonidæ Thermopylis adverſus Xerxem pugnaturi: memorata Plutarcho De Malign. Herodot. p. 866. B—D.

222. A. ΙΠΠΟΚΡΑΤΙΔΟΥ.] Hoc nomine proditur apud Herodotum VIII. 131. Spartanus regiæ gentis Eurypontidarum.

222. B. ΚΑΛΛΙΚΡΑΤΙΔΟΥ.] De hujus rebus in imperio navali, ſatis conſtat e Xenophonte Hellenic. I. 6.

Plutarcho Lyſandr. p. 435. 436. Diodoro Sic. XIII. 76 —98.

222. B. α′.] Res ipſa plane cum illis hominum ingeniis ac temporibus conveniens, ex perdito hiſtorico ſumta eſt: dictum ad Cleandrum eamdem formam habet quam Alexandri ad Parmenionem reſponſum p. 180. C. notatum. Cleander Spartanus mox etiam memoratus ϛ′. idem fuiſſe videtur, quem poſtea Byzantii harmoſtam Xenophon cognovit in Anabaſi VII. 1. 6—24.

222. C. β′.] Sumtum ex Plutarcho in Vita Lyſandri p. 436. C. ſeq. Breviter et carptim refert Xenophon Hellenic. I. 6. 7. Et hæc pars deſideratur in illo loco Vitæ Lyſandri, Οὐχ οὕτω σπεδαςέον—Σπάρτης ποιῶν. Quibus in verbis οὐχ ſententiam obruit, quæ hujuſmodi requiritur, *Ita pecuniæ ſtudendum, ut ne quid Sparta indignum faciamus:* atque ſic reddiderunt Regius et Eraſmus: et ſic voluit Harleianus codex, pro ἀνάξιον dans ἄξιον.

222. E. γ′.] In Ageſilai dictis fertur p. 213. C. et 190. F. ubi alia etiam notavimus.

222. E. δ′.] Et hoc ex Ageſilai dictis huc tranſlatum, certe confuſum cum illo p. 213. D. ξϑ′.

222. E. ε′.] E Xenophonte Hellenic. I. 6. 23: unde etiam Cicero Off. I. 24.

222. E. ϛ′.] Potiorem narrationis partem, quæ terminatur dicto Οὐ παρ' ἕνα τὰ Σπάρτας, habet Plutarchus in Pelopida p. 278. C. Formula παρ' ἕνα τά τινος, *ſalus alicujus in uno homine poſita eſt*, intelligenda ex iis quæ diximus ad p. 177. D.

p. 223. A. ΚΛΕΟΜΒΡΟΤΟΥ ΤΟΥ ΠΑΥΣΑΝΙΟΥ.] Hic Leuctris cecidit: multis memoratus, quos partim citavit Meurſius De Regno Laced. XII. p. 61. Ejuſdem argumenti eſt dictum alicujus non nominati Spartani ad Dercyllidam, proditum in Vita Lycurgi p. 48. C. indeque relatum in Apophth. Lac. Lycurgi p. 227. F.

223. A. ΚΛΕΟΜΕΝΟΥΣ ΤΟΥ ΑΝΑΞΑΝΔΡΙΔΕΩ.] De hoc frequens apud Veteres mentio, quos partim memoravit Meurſius De Regn. Laced. XII. p. 57: regnum ejus

ex Larcheri calculo, fuit Olymp. LXVI. 2. uſque ad Olymp. LXXII. 4.

223. A. α′.] Hunc locum deſcripſit Ælianus Var. Hiſt. XIII. 19: Ἔλεγεν ὁ Κλεομένης Λακωνικῶς κατὰ τὸν ἐπιχώριον τρόπον, τὸν Ὅμηρον Λακεδαιμονίων εἶναι ποιητὴν, ὡς χρὴ πολεμεῖν λέγοντα· τὸν δὲ Ἡσίοδον τῶν Εἱλώτων, λέγοντα ὡς χρὴ γεωργεῖν.

223. A. β′. γ′.] Idem factum ſine auctoris nomine narratur a Cicerone Offic. I. 10: *Quo in genere etiam in re publica multa peccantur: ut ille, qui, cum triginta dierum eſſent factæ cum hoſte induciæ, noctu populabatur agros; quod dierum eſſent pactæ, non noctium, induciæ.* Simile refert Zenobius Proverb. IV. 37. Polyænus II. 43. et Strabo IX. p. 616. B. auctorem laudans Ephorum.

223. B. γ′.] De hoc præcepto monuimus p. 218. A. Notanda quoque Euripidea dictio: v. c. Electræ 583: Πέποιθα δ', ἢ χρὴ μηκέθ' ἡγεῖσθαι θεοὺς, Εἰ τἄδικ' ἔσται τῆς δίκης ὑπέρτερα. Hypſipylæ ap. Stob. Floril. X. p. 127: Κακοῖς τὸ κέρδος τῆς δίκης ὑπέρτερον.

223. B. δ′.] Ab urbe Argo capienda eum repulerunt mulieres Argivæ, duce Teleſilla poetria, ut Pauſanias II. 20. et Plutarchus narrat De Virt. Mulier. p. 245. D: indeque breviter refert Polyænus VIII. 33. Inſania, qua ſe ipſe laceravit, memoratur ab Herodoto VI. 75. 84: hinc Athenæo X. p. 427. C: Æliano Var. Hiſt. II. 41: Ariſtides T. I. p. 567: Meurſius De Regn. Laced. XII. p. 75. Pro καθελούσας Harl. et Venet. dant καθελκούσας: at vulgatum præferendum, ut uſurpatum de rebus in alto ſuſpenſis inde demendis ac detrahendis: veluti Plutarchus adhibuit Opp. Mor. p. 734. F. Vit. 295. F. Solebant autem arma in templis ſuſpendi, inde belli neceſſitate cogente depromi civibus armandis: quem morem annotarunt ad Florum II. 6. 23. Salmaſius, Dukerus, quibus Freinſhemius addidit hunc Plutarchi locum et nos adjungimus Pierſoni animadverſionem ad Mœrin Atticiſt. p. 265.

223. C. ε′.] Codioes aliquid adferunt concinnitati dictionis: veluti Venet. et Harl. τὴν Ἀργείων πόλιν: Voſſ. T. P. τὸ ϛράτευμα: mox Venet. et Harl. προσελθὼν τῇ πό-

λαι, ὡς τὰς μὲν πύλας κεκλεισμένας εἶδε. Cum reſponſo Cleomenis congruit quodammodo cauſſa reditionis Spartanorum prodita apud Pauſaniam; *ne pugnantibus adverſus mulieres et clades turpis futura eſſet, et victoria invidioſa.*

223. C. ϛ′.] Huic ſimile eſt illud Ariſtippi apud Diogenem Laert. II. 70: τοῦ μὲν κακῶς λέγειν σὺ τὴν ἐξουσίαν ἔχεις· τοῦ δὲ μὴ ἀκούειν ἐγώ. Hinc Sent. Anton. et Max. p. 260.

223. D. ζ′.] Reſponſum ejuſdem argumenti, nec diſſimilis formæ, legimus p. 216. A. Agidis ιϛ′. Hoc ipſum exſtat in Herodoto III. 46.

223. D. η′.] Ut proverbium proditur in Schotti Metricis 885. Ἀρετὴ βραδεῖα, σύντομος πονηρία· item ab Eraſmo Adag. p. 763: ſine auctore illic peſſime redditur, *Ignava virtus exigua nequitia eſt:* rectius apud hunc: *Compendiaria res improbitas, virtus longa.*

223. D. θ′.] Cum hoc poteſt conferri dictum Alcibiadis β′. ſupra p. 186. D.

223. E. ια′.] Hujuſmodi fuit Periclis cauſſa, de qua in ejus Vita Plutarchus p. 173. A: et Bionis Boryſthenitæ apud Diogenem Laert. IV. 54.

223. F. ιγ′.] In bello propter Thyream geſto. Talem quamdam fuiſſe formulam jurisjurandi, qua ſe Argivi obſtrinxerant non prius comas alere, quam cladem victoria compenſaſſent: colligitur ex Platone in Phædone p. 389. F: ἔνορκον ἂν ποιησαίμην, ὥσπερ Ἀργεῖοι, μὴ πρότερον κομήσειν πρὶν ἂν νικήσω ἀναμαχόμενος τὸν Σιμμίου τε καὶ Κέβητος λόγον. Rem ſine hoc verbo ἀναμάχεσθαι narrat Herodotus I. 82. Huc ſane dicti acumen refertur, προσθέσει δύο συλλαβῶν, duabis ſyllabis adjectis, pro μάχεσθαι uſurpando ἀναμάχεσθαι. De quo verbo expoſuimus, et alios interpretes laudavimus ad Juliani Imp. Or. I. p. 24. D. in Biblioth. Crit. Vol. III. Part. II. p. 23.

223. F. ιδ′.] Haud ſcio an hoc magis conveniat Cleomeni III. cujus Vita exſtat a Plutarcho conſcripta. Pro καίτοι περισσὰ dant καίπερ ἱκανὰ J. Venet. Harl. Collat. Muret. Jannot. Mez. T. P: et pro uno καίτοι dat Voſſ. καίπερ: Ald. Baſ. Xyl. καὶ περὶ κακά.

223. F. ιέ.] Legimus ſupra p. 218. C. in Archidami II. dictis, γ'. In ψωμοποιὸς omnes libri conſentiunt excepto T. et Mez. qui recte ζωμοποιὸς ferunt. Notus eſt ζωμὸς μέλας Laconum.

p. 224. A. ιϛ'.] Sumtum ex Herodoto III. 148: ubi Μαιάνδριος, et alibi conſtanter, ita ſcribitur. Pro χρήματα J. Venet. Harl. dant χρύσεα καὶ ἀργύρεα ἐκπώματα· quod magis cum Herodoto convenit.

224. B. ιη'.] Lycurgo tribuitur inſtitutum p. 228. F. λα'. Notant Cragius III. 14. p. 367. Meurſius Miſcell. Lacon. II. 1. p. 90: ſed res habet dubitationem, ſiquidem contra ſubinde uſurpatum conſtat. Forte valuit ad errorem Proverbium, quod viguiſſe videtur ex Plutarcho in Æmilio Paulo p. 265. B: Ἡρακλεῖ θύειν, δειλὰ παρὰ δειλῶν μὴ δεχομένῳ.

224. B. ΚΛΕΟΜΕΝΟΥΣ ΤΟΥ ΚΛΕΟΜΒΡΟΤΟΥ.] Is cujus Vitam Plutarchus conſcripſit: Meurſio Regn. Lac. XIV. p. 67. Dictum ſupra lectum notavimus p. 191. E.

224. C. ΛΑΒΩΤΟΥ.] Rex antiquiſſimorum temporum Larchero ponitur ante noſtram æram 1035: Meurſio notatus Regn. Lac. IX. p. 46. Dictum argumento convenit cum illo Ageſilai γ'. p. 208. C.

224. C. ΛΕΩΤΥΧΙΔΟΥ.] Λεωτυχίδας ὁ πρῶτος quis a noſtro Scriptore dicatur, non apparet. Nam ὁ πρῶτος valere debet, et vulgo quidem valet, ad ordinem et locum in Regum ſerie ſignificandum. Atqui in Regibus Spartanis unus fertur Leotychides, is qui Demaratum expulit eique ſucceſſit: qui recenſetur Meurſio Regn. Laced. XVII. p. 78. Larchero l. l. p. 505: ab Herodoto VI. 65. filius *Menaris* dicitur: a noſtro Scriptore proxime exhibitus *Ariſtonis* filius cognominatur: nam ad hunc proxima referri dicta, etiam mentio inimicitiæ familiarium Demarati arguit. Et tamen ipſe Plutarchus in Lycurgo Λεωτυχίδην τὸν πρεσβύτερον ut apophthegmatis alicujus auctorem citat p. 47. C: quem Apophth. Lacon. p. 227. C. vocat Λεωτυχίδην τὸν πρῶτον βασιλέα. Igitur putem, fuiſſe hiſtoricos, qui in Regibus Spartanis præter hunc Leotychidem majorem, alterum memorarent Leotychidem Agidis fili-

um ab Ageſilao patruo ſucceſſione regni paterni vel exeluſum vel expulſum. Nam ut expulſum, et ad breve tempus regno functum, et in Regibus cenſendum, quidam Scriptores fortaſſe memoraverint. Aut Leotychidam Anaxilai filium, hoc ipſo Menaris filio Leotychida, quinta generatione majorem et proavum ab Herodoto, nominatum VIII. 131. ea exiſtimatione fuiſſe putemus, ut ejus nomine quædam ſententiæ ferrentur? Quidquid ejus ſit, certe noſter ſcriptor duos Leotychidas confudit: et rurſus ex uno duos fecit; ſiquidem ille major Leotychides, quem Herodotus filium Menaris prodit, ab iſto dicitur *Ariſtonis* filius; ut Demaratum, qui certo *Ariſtonis* filius cognominatur, hujus Leotychidæ fratrem fuiſſe putaverit.

Spartanorum commentum relatum a Plutarcho De Garrulitate p. 513. A: Φιλίππου γράψαντος εἰ δέχονται τῇ πόλει αὐτὸν, εἰς χάρτην ΟΥ μέγα γράψαντες ἀπέςειλαν: de quo conferendus eſt Valckenarius ad Theocrit. p. 262. Sed ea dicti pars, quæ in vulgatis exemplis fertur, paulo diverſe proditur a Cicerone Tuſc. V. 14: *Lacedæmonii, Philippo minitante per literas ſe omnia quæ conarentur prohibiturum, quæſiverunt, Num ſe eſſet etiam mori prohibiturus.*

235. B. να΄.] Partem hujus hiſtoriæ attigimus p. 64. D. ubi reſponſum a Spartanis Antipatro datum paulo aliter refertur: et quod hoc loco narratur ut Antipatro datum, idem ut Philippo reſponſum memorat Valerius Maximus, certe ita, ut diverſa dicta invicem confuſa videantur, VI. 4. Ext. 4: *legati Lacedæmoniorum—intolerabilibus oneribus eorum civitatem implicanti (Philippo)* "*ſi quid* " *morte gravius imperare perſeveraret, mortem ſe prælatu-* " *ros, reſponderunt.*" Ephorus Eteocles alius eſt in Vita Lyſandri p. 443. F.

235. C. νβ΄.] Duæ ad idem exemplum conformatæ hiſtoriæ, quarum poſterior majorem ad noſtrum judicium habet veriſimilitudinem teſtimonio Ciceronis De Senectute XVIII: *—memoriæ proditum eſt, cum Athenis, ludis, quidam in theatrum grandis natu veniſſet, in magno conſeſſu locum ei a ſuis civibus nuſquam datum: cum autem ad Lacedæmonios acceſſiſſet, qui, cum legati eſſent, certo in loco conſederant, conſurrexiſſe omnes, et ſenem illum ſeſſum recepiſſe: quibus cum a cuncto conſeſſu plauſus eſſet multiplex datus, dixiſſe ex iis quemdam, Athenienſes ſcire quæ recta eſſent, ſed facere nolle.* Hinc ſumtum, mutata dictione retulit Valerius Maximus IV. 5. Ext. 2. Scriptor, a cujus auctoritate hæc narratio fluxit, in reprehenſione Athenienſium dictum Euripideum expreſſiſſe videtur, quod in Fragmentis ex fabula Chryſippo eſt Num. II. Αἶ, αἶ, τόδ' ἤδη θεῖον ἀνθρώποις κακὸν, Ὅταν τις εἰδῇ τἀγαθὸν, χρῆται δὲ μή. Illud autem ſenis, Κινήσας πολιόν τε κάρη πολιόν τε γένειον, ductum ex Iliade X. 74. nobis notatum eſt p. 170. E.

235. E. νε΄.] Byzantio adſcribitur p. 525. D.

235. E. νϛʹ.] ἀνδρεῖος, ut *fortis*, per ironiam dicitur audax in diſputando, et pronunciando, veluti Opp. Mor. p. 661. B. 1079. B. Vit. 24. C. Plato p. 613. E. 672. F. 697. C. Dio Chryſ. p. 157. B. 158. C. *Argumentum* dicitur ὑποκείμενον, v. c. Opp. Mor. p. 28. B. 684. A. 711. C. 732. A. 747. C. 824. D. 878. B. 882. B. 901. B. 935. D. 973. E. 1019. B. 1028. A. 1078. E. Nomen ϛρόβιλος notat etiam turbinem procellæ, ut in Plutarchi Vit. p. 440. A. Dione Chryſ. p. 460. A: ad muſicam tranſlatum in Pherecratis verſibus apud Plutarchum De Muſica p. 1141. E. Igitur vertas: *Fortis, qui linguam nulla in materia torqueat.*

235. F. νζʹ.] Lyſandrum auctorem perhibet Cicero De Senect. XVIII: *Lyſandrum Lacedæmonium—dicere aiunt ſolitum, Lacedæmone eſſe honeſtiſſimum domicilium ſenectutis. Nuſquam enim tantum tribuitur ætati, nuſquam eſt ſenectus honoratior.*

235. F. νηʹ.] Nil in libris medelæ adfertur. Nam et Harl. temere, κακᾷν. Turnebi eſt conjectura ἀκονᾷν: Meziriaci κακκονεῖν: non improbanda: quamquam forma ἀκονᾷν in uſu eſt. Sed et hoc verbum et θήγειν, de animo ad fortitudinem acuendo, uſurpatur: v. c. Xenophon Œcon. XXI. 3: ἀκονᾷν τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ τὸ ἐθέλοντας πονεῖν. Cyropæd. VI. 2. 9: ὁ γὰρ λόγχην ἀκονῶν, ἐκεῖνος καὶ τὴν ψυχήν τι παρακονᾷ. Herodianus VII. 1. 26: εἰς τραχύτητα καὶ ὠμότητα ἠκόνησαν τὴν τοῦ Μαξιμίνου ψυχήν. Eodem ſenſu eſt ἀκόνα ſupra p. 233. D.

235. F. ξʹ.] Auctor eſt Herodotus VII. 134: unde narrationem paululum immutavit noſter Scriptor: et apud illum nomina ſcribuntur *Spertbies* et *Bulis*. Memorarunt hinc alii: Plutarchus Reip. Ger. Præcept. p. 815. E. Dio Chryſ. Or. LXXVI. fin. Serinus ap. Stob. p. 227. Nugator Parallelorum Gr. et Rom. Plutarchi nomen mentiens, apud eumdem Stobæum p. 93. nam in Plutarchi editione p. 314. C. aliter eſt. Alios etiam citant Viri docti ad Herodotum l. l. et Toupius ad Theocritum T. II. p. 338.

p. 236. B. ξβ′.] Proverbii ſpeciem habet πάντα καλὰ, ut Πάντα ἀγαθὰ apud Suidam, unde Schottus retulit XI. 59.

236. C. ξδ′.] *Lygdamis* tyrannus, utrum Naxi an Halicarnaſſi, non apparet: de utroque mentio fit ab Herodoto: de illo, I. 64: de hoc VII. 99. ubi videatur Weſſelingius.

236. D. ξε′.] Idem factum Lyſandri proditur, p. 229. D. ι′: Antalcidæ p. 217. C. α′.

236. D. ξζ′.] Proverbii inſtar eſt, *Votum majore voto indiget.* Sic Ariſtides Laudat. Romæ p. 197. initio: κατὰ ἰσομετρήτε μὲν οὖν εὔξαϑαι τῇ πόλει λόγε οὐκ ἐνῆν· ἀλλ᾽ ὡς ἀληϑῶς εὐχῆς αὖ προσεδεῖτο ἑτέρας.

236. E. ξη′.] Sumtum e Xenophontis Cyropædia IV. p. 87. C. Cyrum de Chryſantha loquentem inducentis: ἐπεὶ δὲ ἐγὼ παρηγγύησα ἐπανάγειν, καλέσας ὀνομαςὶ αὐτὸν, ἀνατεταμένος οὗτος τὴν μάχαιραν ὡς παίσων πολέμιον, ὑπήκεσε τέ μου, καὶ ἀφεὶς ὃ ἔμελλε ποιεῖν, τὸ κελευόμενον ἔπραττεν. Repetit hujus rei mentionem Plutarchus in Quæſt. Rom. p. 273. F. Marcello p. 317. D. Epictetus Diſſert. II. 6. p. 196: Ἀλλὰ Χρυσάντας μὲν παίειν μέλλων τὸν πολέμιον, ἐπειδὴ τῆς σάλπιγγος ἤκεσεν ἀνακαλούσης, ἀνέσχεν. Vocabulum in hac re uſitatum ἀνακλητικὸν notavit Gatakerus ad M. Antonin. III. 5. p. 74. Upton Indice Epictet. quibus ex Plutarcho, Vit. p. 41. D. 317. D: ἀνάκλησις 181. B. Æliani Var. Hiſt. VIII. 7.

236. E. ξϑ′.] καββαλικώτερος ſolertior in *dejiciendo:* qua de forma egerunt H. Stephanus Ind. Theſ. L. Gr. p. 1109. Th. Gatakerus ad M. Antonin. VII. 52. p. 226. Sic eſt in Laconico Decreto, in Lyſandro p. 441. B. καββαλόντες τὸν Πειραιᾶ. Sententia hujus Apophthegmatis congruit cum κε′. p. 233. E.

In codice Matritenſi Num. LXII. in quo ſunt *Plutarchi Apophthegmata, Regum et Ducum, Laconica, Lacænarum, et Inſtituta Laconica,* citante Triarto in Catalogo Bibliothecæ Matritenſis Vol. I. p. 222. hic libellus uno auctior apophthegmate perhibetur, hoc: Πρὸς δὲ τὸν πυ-

θόμενον διὰ τί κομῶσιν, εἶπεν, Ὅτι τῶν κόσμων ὁ φυσικὸς ϗ ἀδάπανος οὗτός ἐςιν. Quam mentionem noluimus omittere, ne forte eam nonnulli, ut neceſſariam, deſiderarent; quamquam nil novi habet. Nam et Apophthegma idem legitur in antecedentibus p. 230. B. et 189. F. et noſtri codices ſubinde locos quoſdam alibi, quam ubi in editis libris leguntur, exhibent, ut incautis lectoribus facile ſpem opinionemque novi inventi adferant.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

DANIELIS WYTTENBACHII
ANIMADVERSIONES
IN
PLUTARCHI
INSTITUTA LACONICA.

De hoc libro item cenſeo ut de antecedente; ut eum nec germanum nec ſpurium pronunciare firmiter audeam. Nam materia quidem eſt Plutarchea, collecta maximam partem ex Vita Lycurgi: idque vel ab ipſo Plutarcho, vel poſtea ab alio homine; neque enim rationem video quominus, vel alterutrum, vel etiam utrumque fieri potuerit. In aliorum Veterum libris non memoratur. Et quod Fabricius Bibl. Gr. Vol. III. p. 356. quaſi ex Lampriæ Catalogo Num. CLX. citat Ἀποφθέγματα ϗ Ἐπιτηδεύματα Λακωνικὰ, temere eſt, nec aliud ibi legitur niſi, ρξ΄. Ἀποφθέγματα Λάκωνος· addita, pro Λάκωνος, varia lectione Λακωνικά. In apographo autem Veneto hujus Catalogi, omnino nulla fit mentio hujus libelli. Illud fortaſſe haud leve ſit auctoritatis indicium, quod in fine p. 239. E. et ſeq. Lacedæmonii propter ſpreta ac deſerta majorum inſtituta reprehenduntur, eoſque hoc nomine per quamdam ſcriptionem a ſe reprehenſos eſſe ipſe profitetur Plutarchus in Vita Lyſandri p. 442. E, F. 443. A: περὶ μὲν οὖν τούτων καὶ δι' ἑτέρας που γραφῆς ἡψάμεθα Λακεδαιμονίων· ut fortaſſe his verbis hunc ipſum *De Lacedæmoniorum Inſtitutis*

libellum ſignificaverit. Quamquam neque hoc pro certo quidem habeam. Cæterum initium hujus libelli cum fine antecedentis continuant non ſolum codices a nobis memorati in Emendationis Notatione, quibus etiam accedit Harleianus, ſed ipſa prima verba Τῶν δὲ εἰσιόντων κ. τ. λ. Neque tamen hoc impedit, quominus hic ab illo diverſus et peculiaris liber eſſe potuerit: non minus quam vel Xenophontis Hellenica, Republica Athenienſium, ſimiliaque aliorum ſcripta, quorum initia ad antecedentem quemdam librum ſpectant.

p. 236. F. α′.] Ex Vita Lycurgi p. 46. D. Refertur et in Sympoſiac. VII. p. 697. E: Λακεδαιμόνιοι—ὅτε νέον ἢ ξένον εἰς τὸ Φιδίτιον παραλάβωσι, τὰς θυρίδας δείξαντες, Ταύτῃ, φασὶν, οὐκ ἐξέρχεται λόγος. Scholiaſtes Platonis Leg. I. p. 568. D: editionis D. Ruhnk. p. 223: τὸν δ' ἐγκριθέντα ὁ πρεσβύτατος τῶν συσσίτων ἦγεν εἰς τὸν οἶκον οὗ τὰ συσσίτια, καὶ παρὰ τὴν θύραν ἔνδον ἱςὰς ἔλεγεν, "Ἀπὸ τῆς θύρας ταύτης λόγος οὐκ ἐξέρχεται."

236. F. β′.] Ex Vita Lycurgi p. 46. E, F. ubi pro *Dionyſio Siciliæ tyranno*, ponitur *aliquis Ponticorum regum*: quamquam in eadem re narranda *Dionyſium tyrannum* fert Cicero Tuſc. V. 34. et Stobæus Flor. XXIX. p. 208. De Lacedæmoniorum ζωμῷ, plura etiam Meurſius Miſcell. Lacon. I. 8. p. 40.

p. 237. A. γ′.] Ex Vita Lycurgi p. 46. F. De hoc inſtituto Xenophon Rep. Laced. V. 7. Plato in Minoe p. 47. A. Cragius III. 5. 7. et 8. p. 247. ſeq. Meurſius Miſcell. Lacon. I. 14. p. 63: et nos pauca p. 224. D. δ′.

237. A. δ′.] Ex Vita Lycurgi p. 50. B. et 44. E. Refert Cragius III. 8. 1. p. 282. Meurſius Miſc. Lacon. II. 19. quod in indice temere notatum.

237. B. ε′.] Ex Vita Lycurgi p. 50. C. Cragius III. 6. 2. p. 252. et 5. p. 257. Meurſius Miſc. Lac. I. 15. Noſtra p. 235. A. μθ′.

237. B. ϛ′.] Ex Vita Lycurgi p. 50. C. Plinius H. N. XVI. 66.

237. B. ζ′.] Puerorum amor breviter memoratur in Vita Lycurgi p. 51. D. In hoc loco magis agnoſcitur Xeno-

phonteus fons Rep. Laced. II. 14. cui adhibeatur Ælianus Var. Hiſt. III. 10. 12. Cragius III. 8. 11. p. 302. et noſtra p. 11. F.

237. C. ή.] Hæc videtur ſingularis eſſe hujus Inſtituti mentio; quippe quam unicam apponit Cragius III. 7. 6. p. 273.

237. C. θ΄.] Conflatum videtur ex mentione flagrationis in Vita Lycurgi p. 51. B. et ſimili pœna *cælibum* de qua Cragius III. 4. 1. et nos vidimus p. 227. F. ιδ΄.

237. D. ί.] De hoc argumento Xenophon Rep. Laced. VI. 1—3. Plutarchus ſupra p. 232. B. γ΄. Cragius III. 7. 3.

237. D. ια΄.] E Xenophonte Rep. Laced. VI. 2. notavit et Cragius III. 7. 8.

237. E. ιβ΄.] Partim ex Vita Lycurgi p. 50. E. et Xenophonte Rep. Laced. II. 9.

237. E. ιγ΄.] Apparet temeritas compilatoris, comparando loco in Vita Lycurgi p. 50. F. Nam *ἔργον σιτοδείας γλισχρὸν*, *negotium parcum penuriæ cibi*, dictio eſt cum putida, tum contraria argumento præſenti: et in Vita Lycurgi l. c. ita legitur: *γλισχρὸν γὰρ αὐτοῖς ἐςι δεῖπνον, ὅπως δι' αὐτῶν ἀμυνόμενοι τὴν ἔνδειαν, ἀναγκάζωνται τολμᾷν καὶ πανουργεῖν· καὶ τοῦτο μὲν ἔργον τῆς ὀλιγοσιτίας· πάρεργον δέ φασι τὴν τῶν σωμάτων αὔξησιν.* Igitur quod Harl. dat *συσσιτίας* pro *σιτοδείας*, licet ſpeciem probabilitatis habeat, tamen non magis ſanum cenſendum quam, vel codicis J. *σιτοσιτίας*, vel vulgata lectio. Cæterum magna pars rerum et verborum petita eſt ex Xenophonte Rep. Laced. II. 5: in ultima parte etiam ex Vita Lycurgi p. 51. A. Pro *ἀποφέρειν*, quod omnes libros occupavit, res ipſa poſtulat *ὑποφέρειν* quod Mez. annotavit.

p. 238. A. ιδ΄.] Fere ad verbum ex Vita Lycurgi p. 53. A.

238. A. ιε΄.] Tres chori ita narrantur in Vita Lycurgi p. 53. B. unde hoc caput deſcriptum eſt: tum in libro De Sui Laude p. 544. E: brevi in Proverbiis Zenobii I. 82. et Diogeniani II. 30. Alia etiam expromſit Meurſius Miſcell. Lacon. II. 10. Cragius I. 6. p. 45: quos

ſecutus eſt Klotzius ad Tyrtæum p. 154; nam huic poetæ hoc inſtitutum, certe hi verſus, tribuendi videntur. Adhibendus etiam Plato Leg. II. p. 580. D. et ſequ. tres choros ætate diſtinctos ex Laconica ratione commendans: ad quem locum referendum videtur quod in Scholiaſte nuper edito p. 223. legitur ad Leg. I. p. 568. D. ſcholion tres hos choros et verſus referens. Duos fuiſſe choros in Gymnopædiis Spartanorum, ſi quis probare velit ex Athenæo XV. p. 678. C. næ is vano argumento utatur, quippe dictione inquinatiſſima: quam quod ſibi viſus eſt correxiſſe Toupius Epiſt. Crit. p. 94. nobis quidem noſtra conjectura, niſi vera, certe probabilior videtur. Dictio vulgaris hæc eſt: *χοροὶ δ' εἰσὶ τὸ μὲν πρόσω παίδων, τὸ δ' ἐξ ἀρίστου ἀνδρῶν γυμνῶν ὀρχουμένων καὶ ᾀδόντων*. Noſtra correctio hujuſmodi: *χοροὶ δ' εἰσὶ γ'· ὁ μὲν πρῶτος παίδων· ὁ δὲ δεύτερος ἐφήβων· ὁ δὲ τρίτος ἀνδρῶν· γυμνῶν ὀρχουμένων κ. ᾀδ.* Hanc in rem conferantur Veterum loci, quos citant viri docti laudati a Ruhnkenio ad Tim. voc. *Γυμνοπαιδία*. Nam quod a Polluce dicitur Lacedæmoniis inſtituiſſe *τριχορίαν* Tyrtæus IV. 107. iſque poſt Thyreaticum bellum fuiſſe cenſetur, cujus victores in Gymnopædiarum feſto canebantur; et in hoc feſto potuit *τριχορίαν* inſtituere Tyrtæus: et in illis citatis Veterum locis, *omnino ἐν ταῖς ἑορταῖς, tres chori fuiſſe*, dicuntur: et plura diverſis temporibus geſta eſſe Thyreatica bella, vidimus ſupra p. 231. E.

238. B. *ιϛ'.*] *ἐμβατήριοι ῥυθμοὶ* memorantur quidem in Vita Lycurgi p. 53. B. E: ſed hoc loco alia eſt enarratio. Multa de hoc argumento collegit Meurſius Miſcell. Lacon. II. 11: attigit et Cragius Rep. Laced. III. 12. 10. p. 357. Adhibeatur etiam Valerius Max. II. 6. 2. et auctores ibi a Perizonio laudati, in primis Dio Chryſ. Or. II. p. 31. A. apponens particulam carminis *ἐμβατηρίου*.

238. C. *ιζ'.*] De cura retinendæ veteris Muſicæ Cragius III. 8. 9. p. 298. Exempla talia ab aliis etiam celebrata ſunt. *Terpandri* ſingulare eſt negotium, nec ſatis expeditum ad probabilitatem; fortaſſe fictum errore poſteritatis et cum illius nomine communicatum ex ſimili cauſſa Timothei et aliorum. Nam de *Timotheo* conſtat ex Plutar-

cho in Agide p. 799. F. Athenæo XIV. p. 636. E. Decreto Spartanorum apud Boethium De Muſica I. 1. Simile animadvertimus de Phrynide p. 84. A. Significat etiam hujuſmodi rem, citharœdi non nominati, Dio Chryſ. Or. XXXII. p. 382. B. Pro comparativo *ἀρχαϊκώτερον*, malim ſuperlativum, vel *ἀρχαιότατον*, *antiquiſſimum*, cum Veneto: vel *ἀρχαϊκώτατον*, *antiqui moris ſtudioſiſſimum*, utrumque valet in Terpandrum: de quo multa dixit Plutarchus in libro De Muſica p. 1132—1146. quibus adhibeatur et Fabricius Bibl. Gr. Vol. I. p. 234.

238. D. *ιη′*.] Ex Vita Lycurgi p. 56. A, B: cui adhibeatur Cragius III. 1. 5—9. Meurſius Miſcell. Lacon. p. 188. Pythagoreorum ſimile inſtitutum *condendi mortuos in myrti, oleæ, et populi nigræ foliis*, memorat Plinius Hiſt. Nat. XXXV. 48. a Spartanis profectum vult Dalecampius.

238. D. *ιθ′*.] In Vita Lycurgi p. 56. C. Plura dat Cragius III. 3. 4. p. 214.

238. E. *κ′*.] Notavimus ſupra *δ′*. p. 237. A.

238. E. *κα′*.] E Xenophontis Rep. Laced. III. 4: quem omiſit ad hoc Inſtitutum Cragius III. 3. 5. p. 216.

238. E. *κβ′*.] Cragius III. 2. 4. p. 202. Attigimus p. 230. D.

238. E. *κβ′. πωλεῖν δ' οὐκ ἐξῆν.*] Peculiare eſt hoc Inſtitutum: refertur ad antecedens vocabulum *μοῖραν*· nam, *vendere agros turpe babebatur*; teſte Ariſtotele Polit. II. 7: et Heraclide De Rep. fragm. p. 504: *πωλεῖν δὲ γῆν Λακεδαιμονίοις αἰσχρὸν νενόμισται· τῆς δ' ἀρχαίας μοίρας πλεῖον κεκτῆσθαι οὐδ' ἔξεστι*· ita fortaſſe hic locus conſtituendus. Rem tractavit Cragius III. 2. 3. p. 200.

238. E. *κγ′*.] De hac utendi communione Xenophon Rep. Laced. VI. 3. Ariſtoteles Polit. II. 3.

238. F. *κδ′*.] Xenophon Rep. Laced. XI. 3. Ariſtoteles, cujus locum ex Rep. Laced. laudat Scholiaſtes Ariſtophanis Acharn. 319. Noſtrum locum in ſuos uſus adhibuiſſe videtur Ælianus Var. Hiſt. VI. 6. Alia etiam annotavit Cragius III. 6. 6. p. 258. Cæterum *εὐπερίφωρον* habent editiones ante Stephanum, et codices J. Voſſ.

Harl. qua de confuſione diximus p. 49. C. 50. D. 63. C.

238. F. *κε'.*] Cragius III. 12. 15. p. 368. Meurſius Miſcell. Lacon. II. 1. p. 90.

p. 239. A. *κϛ'.*] Non retulit Cragius: fortaſſe quod proximo repugnare, ideoque infititium putaret; ſi quidem *πλέον οὐδὲν* precabantur, quam *τὰ καλὰ ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς.* Quidquid hujus rei ſit, certe *ἀδικεῖσθαι, injuriam ferre* in laude habitum fuiſſe apud Spartanos, ut colligitur ex iis, quæ notavimus p. 190. A. Conferenda *καλῶν* et *ἀγαθῶν* differentia, p. 213. C.

239. A. *κζ'.*] Sumtum ex Platonis Alcibiade II. p. 42. F: *Τοῦτον μὲν τοίνυν, ὦ Ἀλκιβιάδη, καὶ Λακεδαιμόνιοι τὸν ποιητὴν ἐζηλωκότες, εἴτε καὶ αὐτοὶ οὕτως ἐσκεμμένοι, καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ ἑκάστοτε παραπλησίαν εὐχὴν εὔχονται, τὰ καλὰ ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς τοὺς θεοὺς διδόναι κελεύοντες αὖ σφίσιν αὐτοῖς· πλέον δ' οὐδεὶς ἂν ἐκείνων εὐξαμένων ἀκούσειεν.* Diligenter exponit Cragius III. 1. 3. Notavit et Meurſius Miſcell. Lacon. II. 8. p. 138. Sed licet hac precatione non certas quaſdam res vel divitias, vel victoriam, vel pacem, vel hujuſmodi quid nominatim, precarentur, ſed univerſe *καλὰ* ꝁ *ἀγαθὰ*, *pulcra* et *bona*; poterat hæc ipſa formula varie intelligi, *τὰ καλὰ ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς, pulcra ſuper bonis*, id eſt, *primum bona et utilia deinde pulcra et glorioſa*: vel *pro bonis pulcra*, id eſt, *pro noſtris benefactis date nobis gloriam.* Similiter duobus his numeris vera laus cenſetur in dicto Ageſilai *ξε'.* p. 213. C.

239. A. *κη'.*] Cragius III. 1. 1. p. 179: Meurſius Miſcell. Lacon. II. 15. Larcher Mémoire ſur Vénus p. 218. Alia notavimus p. 232. C.

239. A. *κθ'.*] Proverbium ejuſdem exempli atque illud apud Suidam, *Τὴν χεῖρα προσφέροντα τὸν θεὸν καλεῖν·* apud Zenobium V. 93. *Σὺν Ἀθηνᾷ καὶ χεῖρα κίνει.* Euripidis Temenid. III. *Τῷ γὰρ πονοῦντι* ꝁ *θεὸς συλλαμβάνει.* Multas hujus argumenti ſententias expromſit Eraſmus Adag. p. 936. et ſeq.

239. A. *λ'.*] In Vita Lycurgi p. 57. A. Demetr. 889. A. De Ira Cohib. p. 455. E. Cragius alios etiam excitat

teſtes III. 7. 11. p. 279: et Meurſius Miſcell. Lac. II. 6. Simile huic eſt Anacharſidis dictum apud Diogenem Laertium I, 103: Ἐρωτηθεὶς πῶς οὐκ ἂν γένοιτό τις φιλοπότης; Εἰ πρὸ ὀφθαλμῶν, εἶπεν, ἔχοι τὰς τῶν μεθυόντων ἀσχημοσύνας. Cæterum, legendum μεθύσαντες, *quum eos inebriaverunt*, a verbo μεθύσκειν, *inebriare quem*: alioquin uſus poſtulabat μεθυσθέντας, vel μεθύοντας, *inebriatos*, *ebrios*.

239. A. λα′.] Singularis hæc eſt mentio. Omnibus Græcis mos erat, κόπτειν vel κρούειν τὴν θύραν, quum extrinſecus venientes vellent domum ſibi aperiri: quod eleganter docet Bachius ad Xenophontis Sympoſ. I. 11. Quæ ſit αὔλειος θύρα notavimus p. 140. D. Voſſ. et P. omittunt θύρας. Harl. μὴ διακόπτειν perperam dat pro μηδὲ κόπτειν.

239. B. λβ′.] *Strigilis* uſus erat in balneis et gymnaſiis: de qua, præter Lexicographos, et Fœſium Œcon. Hippocr. voce Στλεγγὶς, H. Mercurialis De Arte Gymn. I. 8. p. 32. ejus figuram exhibens. E calamo factas ſtrigiles apud alios populos quam Lacedæmonios, et apud hos alio quam hoc loco, legere nos non meminimus. *Calamus Laconicus* laudatur Theophraſto Hiſt. Plant. IV. 12. Plinio H. N. XVI. 66: eoque Lacones utebantur etiam ad *conſtipandas culcitas*, ut notavimus ſupra Inſtit. Lac. ς′. ad coronas nectendas feſto Promachiorum, ut e Soſibio refert Athenæus XV. p. 674. A.

239. B. λγ′.] Cragius hinc refert Rep. Laced. III. 8. 4. p. 289. recte monens, ita de hoc argumento differere Platonem Leg. VII. p. 639. B. ut ipſam orationem magiſtratuum Spartanorum hoc Inſtitutum laudantium referre videatur.

239. B. λδ′.] Archilochi verſus duos priores citant Ariſtophanes in Pace 1296—1299. Strabo X. p. 702. B. XII. p. 827. A. Anonymus ſcriptor Vitæ Arati in Uranologio Petavii p. 148. Tertii priorem partem, quæ hic deeſt, habet Ariſtophanes l. c. Ψυχὴν δ᾽ ἐξεσάωσα: aliter Sextus Empiricus, cum duobus prioribus, in Pyrrhon. Hypotyp. III. 216. Αὐτὸς δ᾽ ἐξέφυγον θανάτου τέλος. Reliqua Plutarchea hæc mentio ſervavit. Atque ita locum apponit Muretus Var. Lect. IX. 2. comparans cum Horatii Ode II.

7. 10: *Tecum Philippos et celerem fugam, Senſi, relicta non bene parmula.* Stephanus in Fragmentis omiſit. Retulit Brunckius in Analectis Gr. Poet. Vol. I. p. 40. tertio verſu reddens Αὐτὸς δ' ἐξέφυγον θανάτου τέλος· ἀσπὶς ἐκείνη Ἐῤῥέτω· ἐξ. κτ. οὐ κ: tertio corrigens, mutato accentu, ἔντος, *tegumentum.* Verbo tenus Archilochi factum ſignificavit Euſtathius ad Dionyſium Perieg. 533. 767. Philoſtratus Vit. Apollonii II. 7. p. 55. Carmina, propter amoris impudicitiam, juſſu Lacedæmoniorum, ex civitate exportata, narrat Valerius Maximus VI. 3. 1. Alia etiam de hoc loco qui cognoſcere cupiat, adeat eruditiſſimum Jacobſium in Animadverſionibus ad Anthologiam Gr. Vol. I. Part. I. p. 150.

239. C. λε'.] Pueris et puellis communia fuiſſe ſacra, licet his verbis non alibi proditum, tamen intelligitur inde, quod ſaltationes, feſta, exercitationes iis communes fuerunt: de quo Inſtituto agit Cragius III. 9. 3. et 4.

239. C. λϛ'.] Et ſingulare, et fortaſſe mendoſum, eſt. Aliquando fuit quum σκαριφευτὴν, *aleatorem,* corrigendum putarem. Nec tamen ita quid proficimus; ſiquidem ἀδικεῖσθαι, *injuriam ferre,* laudi ducebatur Spartæ: ut vidimus Inſtit. κϛ'. et Apophth. p. 190. A: et Σκιραφίδας Spartanus vir, memoratur ex Theopompo, a Plutarcho in Vita Lyſandri p. 442. D. Neque pro πολλῶν probem πολεμίων, quam Mori conjecturam meminit Gierigius, vir doctiſſimus.

239. C. λζ'.] Et hoc ſingulare eſt. Interpretes quidam σακκοφόρον perperam reddiderunt: Philelphus, *ſcutatum militem:* Eraſmus, *ſcutiferum militem*; quaſi eſſet σακεσφόρος, ut Ald. et Baſ. pro σάκκον vitioſe dant σάκον: feſtivius Amyotus: *ils firent mourir un qui faiſoit le penitent public, portant une haire comme un ſac ſur ſa chair*—; quaſi fanaticus ſuperſtitioſus ſignificetur ex eo genere, quod cognovimus p. 168. D: nec multo melius Ricardus. Melius alii *bajulus:* vocabulum poſteris magis frequentatum, antiquioribus ἀχθοφόρος.

239. C. λη'.] Πυλαίαν, ut nunc eſt lectio, videtur nomine proprio certum locum *Pylæam* dicere: qui locus Spartæ

quidem et in ejus vicinia, nobis non cognitus eſt; nam Delphicam *Pylæam*, ut longinquam, hic ſignificari, non putem. Si autem, ut nomen commune, ponitur, pro *compito*, *trivio*, *foro*, dicendum erat εἰς τὴν πύλαιαν· quamquam in ejuſmodi uſu ſubinde Articulus omittitur, ut ſit pro εἴς τινα πύλαιαν. Plutarcho quidem tali ſenſu fere peculiaris nec infrequens eſt vocabulum. Sic De EI Delphico p. 386. B: ἐκ πίνακος καὶ πυλαίας, *ex tabula et trivio*. De Facie Lunæ p. 924. C: θαυματοποιοῦ τινος ἀποσκευὴν καὶ πυλαίαν, non abſurde vertit Xylander, *præſtigiatoris alicujus circulatoriſve apparatus et triviales nugæ*. Artaxerxe p. 1012. A. *Cteſias* μύθων ἀπιθάνων καὶ παραφόρων ἐμβέβληκεν εἰς τὰ βιβλία παντοδαπὴν πυλαίαν· *colluviem* reddit Cruſerius, nec inepte. Pyrrho p. 402. E: ταῦτα μέν ἐστι πυλαϊκῆς ὀχλαγωγίας· *nugæ otioſorum et ad garriendum convenientium hominum*, haud male ſic redditum a Xylandro: poterat quoque ſic: *hæc ſunt circumforaneæ garrulitatis hominum, qui plebis gratiam captent*. Pertinet eodem Heſychii, Πυλαιαστάς· τοὺς ψεύστας. Ῥόδιοι. quod corruptum videtur apud Suidam Πυλαιστάτους· τοὺς μηδὲν ὑγιὲς μήτε λέγοντας μήτε πράσσοντας· κ. τ. λ. ubi forte corrigendum Πυλαιαστάς· τοὺς μηδὲν κ. τ. λ. Sane ut vocabulum πυλὼν eſt *veſtibulum*, *atrium* ubi multæ πύλαι exeunt, et hominum frequentiam faciunt, ita eadem vis in πυλαίᾳ cernitur. Cæterum τὸν ἐκ τοῦ γυμνασίου, poteſt *illum gymnaſio deditum* notare: poteſt quoque ita ſcriptum fuiſſe, aut certe accipi quaſi ſcriptum fuiſſet, Τὸν νεανίσκον ἐπετίμων ὅτι (vel ὃς) τὴν ἐκ τοῦ γυμνασίου εἰς Πυλαίαν ὁδὸν ἠπίστατο. Hæc autem ignorantia aliorum locorum et itinerum erat fructus modeſtiæ puerorum: ut colligere licet ex loco Xenophontis Rep. Laced. III. 5. Et ſic philoſophos informat Plato Theætet. p. 127. E: ἐκ νέων—εἰς ἀγορὰν οὐκ ἴσασι τὴν ὁδὸν, οὐδ᾽ ὅπου δικαστήριον, ἢ βουλευτήριον, ἤ τι κοινὸν ἄλλο τῆς πόλεως συνέδριον.

239. C. λθʹ.] Orationis modum argumento metiendum, aliis etiam in Apophthegmatibus præcipitur: quæ cognovimus p. 208. C. Ageſilai γʹ. Hoc de Cephiſophonte retulit Cragius III. 8. 6. p. 294: quod quum alibi non prodatur, difficile eſt ad ſuſpicandum quis ille fuerit *Ce-*

phiſophon. Ariſtophanes in Ranis amicum Euripidis traducit, 957. 1125. 1455. alii eodem nomine memorantur in orationibus Demoſthenis et Æſchinis. Codices conſentiunt: duo interpretes Regius et Eraſmus habent *Cteſiphon*. Apud Romanos laudi dabatur magiſtratui *diem dicendo abſumere, extrahere*, poſſe: et factitavit Cato Minor.

239. C. μ'.] De hoc ritu frequens fit mentio apud Veteres: quorum locos collegit Cragius III. 9. 8. p. 325.

239. D. μα'.] De otii abundantia vidimus p. 221. C. Sed hic locus ſumtus eſt ex Vita Lycurgi p. 54. D. Otii laus ſolennis philoſophis. Socraticum ex Xenophonte IV. 43. quod citat Diogenes Laert. II. 31: ex Platone in Theæteto p. 119. F. 127. A: hinc χολὴ *otium literatum, ſtudium literarum: otium ſapientis*, quo nomine Seneca librum inſcripſit. Et Harl. dat ἱςαμένην. Commodum ſenſum præbet τὴν ἄνωθεν, *vectigal antiquitus conſtitutum*: ſic alibi Plutarchus ἄνωθεν adhibet Quæſt. Rom. p. 276. B. Adv. Colot. p. 1122. A. Jamblichus Vit. Pythag. 213. Item ἐπάρατον dat Harl. eſtque hoc ſenſu *exſecratum, per leges ſacras interdictum*, De Superſtit. p. 168. C: Numa p. 66. A: Timol. p. 251. B: apud Platonem Leg. IX. p. 661. E. Dion Chryſ. p. 667. C: Ariſtidem T. I. p. 390. Quamquam malim ἀπαρημένον, vel ἀπόῤῥηλον· hoc quidem ita uſurpatur, Sympoſiac. IV. p. 670. D: ἀνελεῖν (ὗν) ἀπόῤῥητόν ἐςιν αὐτοῖς· *ſuem interficere, iis interdictum eſt*. Platone Leg. XI. p. 683. B. Alia etiam promit Stephani Theſaurus L. Gr. in illis vocabulis. Ipſa hæc ultima particula, 'Επαράτον—ἐπιζητῶσιν· non eſt in Vita Lycurgi.

299. E. μβ'.] Epilogus hic de morum depravatione et veterum inſtitutorum deſertione, videtur ſignificari ab ipſo Plutarcho in Vita Lyſandri p. 443. A. ubi ait, περὶ μὲν οὖν τούτων καὶ δι' ἑτέρας που γραφῆς ἡψάμεθα Λακεδαιμονίων.

239. E. 'Απείρητο δὲ αὐτοῖς ναύταις εἶναι—] Hunc morem viguiſſe, novimus: lege ſancitum fuiſſe hoc uno diſerto quidem teſtimonio cognovimus: nec aliud adfert Cragius

III. 12. 4. p. 351. Labes hinc Spartæ cenſetur ab imperio maris: teſtibus ap. Meurſium Miſc. Lac. III. 10.

239. F. Ἁ φιλοχρηματία] Oraculum idem ſignificatur in Vita Agidis p. 799. B: τῶν προτέρων χρησμῶν μνημονεῦσαι, τὴν φιλοχρημοσύνην, ὡς ὀλέθριον τῇ Σπάρτῃ φυλάττεσθαι διακελευομένων. Integro verſu exſtat apud Zenobium II. 24. Ἁ φιλοχρηματία Σπάρταν ἕλοι, ἄλλο δὲ οὐδέν·—μετενήνεκται δὲ ἀπὸ χρησμοῦ δοθέντος Λακεδαιμονίοις, ἐν ᾧ ἔχρησε τότε ὁ θεὸς, ἀπολέσθαι (leg. ἀπολεῖσθαι) τοὺς Λακεδαιμονίους ὅταν ἀργύριον καὶ χρυσίον τιμήσωσι· μέμνηται τοῦ χρησμοῦ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Λακεδαιμονίων πολιτείᾳ. Suidam voce Διαρωνόξενοι· et iiſdem verbis apud Scholiaſtam Ariſtophanis Pace 622. Illic quod Kuſterus, auctore Bentleio, ἕλοι pro ὀλεῖ, ut lectionem unice veram celebrat, docte Toupius vindicat probitatem vocabuli ὀλεῖ. Ex noſtris codicibus unus Voſſ. dat ἐλεῖ. Et ἕλοι præbet Zenobius, et citatus Toupio Clemens Alexand. Strom. IV. p. 484. A: ἁ φιλοχρηματία δὲ οὐ Σπάρταν μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν πόλιν ἕλοι ἄν. Sed alii, qui non ipſum verſum, ſed ejus ſententiam referunt, ita referunt quaſi ὀλεῖ legiſſent: veluti Cicero Offic. II. 22: *Itaque quod Apollo Pythius oraculo edidit, Spartam nulla re niſi avaritia perituram, id videtur non ſolum Lacedæmoniis, ſed etiam omnibus opulentis populis prædixiſſe.* Pauſanias IX. 32. p. 775: Λακεδαιμονίων δὲ χρήματα οὐ νομιζόντων κτᾶσθαι, κατὰ δή τι μάντευμα, ὡς ἡ φιλοχρηματία μόνη γένοιτο ἂν ἀπώλεια τῇ Σπάρτῃ· ὁ δὲ (Λύσανδρος) καὶ χρημάτων πόθον σφίσιν ἐνεποίησεν ἰσχυρόν. Adhibeatur Meurſius Miſc. Lac. III. 2. p. 20. De iſta pecuniæ peſte primum per Lyſandrum invecta, conferendus eſt cum hoc loco alius in illius Vita p. 442; et qui ex utroque profeciſſe videtur Ælianus Var. Hiſt. XIV. 29. oraculum hoc item memorans.

239. F. Τοῖς μὲν οὖν Λυκούργου—ἐτῶν πεντακοσίων.] De iſta depravatione queritur ipſe Plutarchus cum alibi tum in Lycurgo p. 58. A, B. unde hoc fere caput deſumtum eſt. Xenophon Rep. Laced. XIV. ubi quod Spartani dicuntur οὔτε τῷ θεῷ πειθόμενοι, οὔτε τοῖς Λυκούργου νόμοις, *neque Deo obtemperantes*, ſignificatur cum oraculi, de quo

diximus, auctoritas tum jusjurandum, quo Spartani receperant ſe ejus leges ſervaturos: quorum mentionem facit Plutarchus in Lycurgo p. 57. D—F. Ad hanc Lycurgi gloriam pertinet diſputatio Muſonii apud Stob. Floril. LXXXIII. p. 489. ſeq. τεκμήρια δὲ τούτων αἱ τῶν ἐφήβων ἐκεῖ καρτερήσεις, ἐθιζόμεναι φέρειν λιμόν τε καὶ δίψος, καὶ μετὰ τούτων ῥῖγος, ἔτι δὲ πληγὰς καὶ πόνους ἄλλους· σεμνοῖς ἔθεσιν οἱ πολλοὶ Λακεδαιμόνιοι τραφέντες ἄριστοι τῶν Ἑλλήνων ἦσαν τε καὶ ἐνομίζοντο· καὶ τὴν πενίαν τὴν ἑαυτῶν ζηλωτοτέραν τοῦ βασιλέως πλούτου κατέστησαν· quorum verborum menda ita eluantur, ut legatur ἐθιζομένων· tum illud σεμνοῖς ἔθεσι οἱ πολλοὶ mutetur in ἐν οἷς ἔθεσι οἱ παλαιοὶ Λ. Numerus annorum quingentorum a Lycurgo ad Leuctricam cladem univerſe quidem ſatis convenit temporum rationibus: quo intervallo principatum Lacedæmoniorum fere definiunt ſcriptores, quamquam nonnihil diſcrepantes: quo de argumento egit Meurſius Miſcell. Lacon. III. 10: et nos breviter notavimus p. 194. F.

p. 240. A. βραχέα τινὰ ζώπυρα διασώζοντες] Platonicus eſt floſculus decerptus ex Leg. III. p. 585. C: ἐν κορυφαῖς τε σμικρὰ ζώπυρα τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους διασεσωσμένα, multorum celebratus ſtudiis imitatorum, quos fere exhibuit Ruhnkenius ad Timæum voce Ζώπυρα p. 129. et citati ab eo Hemſterhuſius et Solanus ad Luciani Timon. p. 106. In imitatoribus ſunt etiam Philo Jud. De Septenario p. 1179. E: ἐμπύρευμά τι καὶ ζωπύρημα ἐλευθερίας. Jamblichus Vit. Pythag. §. 162: Πυθαγόρας τὰ τῆς ἀληθείας ἐνέκρυπτε ζώπυρα τοῖς δυναμένοις ἐναύσασθαι. Ibid. §. 252: διέσωσαν ζώπυρα ἄττα πάνυ ἀμυδρὰ καὶ δυσθήρατα· ex Porphyrio Vit. Pythag. §. 57. Euſebius Præp. Evang. VII. p. 309. A: πάντων δῆτα τῶν ἐπὶ γῆς κατακλυσμῷ διολλυμένων—ὁ θεοφιλὴς σὺν παισὶν ἅμα καὶ γυναιξὶ τῷ μετὰ ταῦτα βίῳ ζώπυρον σπέρμα παραδοξότατον πρὸς τοῦ θεοῦ τετήρηται.

240. B. τοῖς μεταξὺ Μακεδονικοῖς βασιλεῦσιν] *iis, qui poſtea fuerunt, Macedonicis regibus*: μεταξὺ valet poſtea, ut monuimus p. 177. B. Res ipſa ex hiſtoriis ſatis nota eſt.

240. B. ὑπὸ τῶν ἰδίων πολιτῶν ἐτυραννεύθησαν] Tyranni La-

cedæmoniorum numerantur Cleomenes, Lycurgus, Machanidas, Nabis: quos recenſet Meurſius De Regno Laced. XX. p. 89.

240. B. *μηδὲν ἔτι σώζοντες τῆς πατρίου ἀγωγῆς.*] Hic et ſequens totus locus, neſcio quomodo, alienus a Plutarchi auctoritate et ſuppoſititius videtur. Nam ipſe alibi Plutarchus ita loquitur quaſi ſua adhuc ætate viguerint inſtituta Lacedæmoniorum: veluti *διαμαστίγωσις*, *flagellatio puerorum*, modo p. 239. C: ac diſertius in Lycurgo p. 51. B: *καὶ τοῦτο μὲν οὐδὲ ἀπὸ τῶν νῦν ἐφήβων ἄπιστόν ἐστιν, ὧν πολλοὺς ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τῆς Ὀρθίας ἑωράκαμεν ἀποθνήσκοντας ταῖς πληγαῖς.* Item Cicero Tuſc. II. 14: *Spartæ vero pueri ad aram ſic verberibus accipiuntur; ut multus e viſceribus ſanguis exeat: nonnumquam etiam, ut, cum ibi eſſem, audiebam, ad necem: quorum non modo nemo exclamavit umquam, ſed ne ingemuit quidem.* Or. Pro Murena 35: *Lacedæmonii— noſtri imperii præſidio, diſciplinam ſuam legeſque conſervant.* Or. Pro Flacco 26: *Adſunt Lacedæmonii, cujus civitatis ſpectata et nobilitata virtus, non ſolum natura corroborata, verum etiam diſciplina putatur: qui ſoli toto orbe terrarum ſeptingentis jam annis amplius unis moribus et numquam mutatis legibus vivunt:* oratorie hoc quidem poſtremum magis quam vere dictum: ſed tamen, ut appareat, Lacedæmoniorum diſciplinam illo tempore nondum exſtinctam fuiſſe. Muſonius apud Stob. Flor. XIX. p. 169: de more pueros ad aram flagris cædendi ut ſua ætate Lacedæmoniis uſitato narrat. Joſephus Contra Apionem II. 31, Plinius Hiſt. Nat. XXXIII. 4. Dio Chryſ. Or. XXXVII. p. 461. C. Cornelius Nepos Præfat. §. 4. ubi quædam de hac quæſtione annotavit J. M. Heuſingerus. Tertullianus ad Martyras §. 4. p. 139: *Nam quæ hodie apud Lacedæmonas ſolennitas maxima eſt, διαμαστίγωσις, id eſt flagellatio, non latet. In quo ſacro ante aram nobiles quique adoleſcentes flagellis affliguntur, adſtantibus parentibus et propinquis, et uti perſeverent adhortantibus.* De Lacedæmoniorum diſciplina et civitate a Romanis reſtituta, legatur Meurſius De Regno Laced. XXI. p. 95.

240. B. *εἰς δουλείαν μετέστησαν, καὶ νῦν ὑπὸ Ῥωμαίοις, καθά-*

περ οἱ ἄλλοι Ἕλληνες, ἐγένοντο] Et hæc dictio dubitationem habet. Primo ſtatum Græcorum ſub Romanis δουλείαν dicere nec cum Plutarchi prudentia, nec cum veritate ſatis congruit. Nam quod δουλεύειν etiam apud alios Scriptores dicitur qui magiſtratui ſubjectus eſt, hæc metaphora nil ad hunc locum pertinet. Nec ubi Plutarchus de Græciæ conditione loquitur, δουλείας nomine eam afficit: et De Rep. Ger. p. 814. F. ἐξονειδίζοντες τὴν δουλείαν, item metaphorice dicuntur Græci magiſtratus, qui omnia negotia ad Romanum præſidem deferunt: et p. 824. C. diſerte *libertas* dicitur is, qui tunc erat, ſtatus. Nec diſſimiliter Strabo de Lacedæmoniis VIII. p. 562. B. de Thebanis, IX. p. 635: Plinius H. N. IV. 8. de Lacedæmoniis: *Dehinc a Tænaro ager Laconicus, liberæ gentis:* ubi quædam adfert Harduinus. Nero Achaiæ *libertatem* reddidit: de qua re idem Hard. ad Plin. IV. 10. et alii, quos laudavimus ad Plutarchum De Ser. Num. Vind. p. 568: Veſpaſianus ademit; teſte Suetonio VIII. et aliis citatis Spanhemio in Orbi Rom. XIV. p. 375. Reimaro ad Dion Caſſ. LXIII. 11. p. 1034: tamen ſub Trajano plures Achaiæ urbes, populoſque, certe Lacedæmonios et Athenienſes liberos habitos fuiſſe, idem oſtendit Spanhemius l. l. p. 380. ſeq. quocum adhibeatur Meurſius De Regn. Laced. XXII. p. 99. ſeq. Quidquid autem hujus quæſtionis ſit, certe iſtiuſmodi oratio durior et præfractior videtur quam pro Plutarchi ratione et modeſtia.

DANIELIS WYTTENBACHII

ANIMADVERSIONES

IN

PLUTARCHI

APOPHTHEGMATA LACÆNARUM.

ΛΑΚΑΙΝΩΝ ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΑ.] Et hic libellus cum antecedente ut unus continuatur in codicibus ſcriptis, certe Voſſ. et Harl. et in editis Ald. et Baſ. et ab interprete Philelpho: diſjunctus et hoc ſuo titulo inſcriptus eſt in editionibus Stephani, Xylandri, et ſequentibus: interpretationibus Regii, Eraſmi, Amyoti, Cruſerii, Xylandri. Ad argumentum et auctoritatem quod attinet, item judicamus atque de *Apophthegmatum* Laconicorum libello.

p. 240. C. ΑΡΓΙΛΕΩΝΙΔΟΣ.] Ex Vita Lycurgi p. 55. C. relatum ſupra Apophth. Reg. et Duc. p. 190. B.

240. D. ΓΟΡΓΟΥΣ.] Diximus de hac p. 225. A. 145. E.

240. D. α'.] Hæc de Ariſtagora narratio petita eſt ex Herodoto V. 48—51.

240. D. β'.] Simile eſt dictum Archidami δ'. in Apophthegm. Lacon. p. 218. C.

240. E. γ'.] De hoc argumento eſt Plutarcheum Proverbium I. in Tom. V. Parte III. ſumtum illud ex Zenobio V. 57. unde et Suidas in Οἶκοι. Acumen ſimile

ineſt dicto Diogenis Cynici apud Diog. Laert. VI. 44: πρὸς τὸν ὑπὸ τοῦ οἰκέτου ὑποδούμενον, Οὔπω, εἶπε, μακάριος εἶ, ἂν μή σε ϰ ἀπομύξῃ.

240. E. δ'.] Et Harl. dat χολῇ: et ſequuntur Regius, Amyotus, Cruſerius, ceterique: at Philelphus et Eraſmus ϛολὴν reddiderunt.

240. E. ΓΥΡΤΙΑΔΟΣ.] Et hujus fœminæ mentio eſt hæc ſingularis. *Acrotatus* quidem in Regibus proditur: de quo Meurſius Regn. Laced. p. 64. et hujus avus ibid. 62, 63.

240. F. α'.] οὐκ ἔφη δεῖν τοὺς ἀγαθοὺς βοᾷν ἀλλὰ ἰατρεύεσθαι ſententia Platonis Rep. X. p. 514. F: quam attigimus ſupra p. 112. E.

240. F. β'.] Acrotatus Rex cecidit ad Megalopolin. Ex ſimili dicto mulieris Lacænæ expreſſa ſunt quæ ſcripſit Teles apud Stob. Floril. CVI. p. 576. ſeq. ὅρα δὲ εἰ καὶ τῶν παρ' ἡμῖν τις γυναικῶν τοῦτ' ἂν ποιήσειεν, ἀλλ' οὐκ ἀσμένη ὄψεται σεσωσμένους (τοὺς υἱούς); ἐκεῖναι δὲ οὔ· ἀλλ' ἀποθανόντας εὐψύχως, ἥδιον· ita legendum pro εὐτυχῶς.

240. F. ΔΑΜΑΤΡΙΑΣ.] Hoc et proximum Epigramma ut unum exſtat in Anthologia III. 5. 33. p. 293. ſub nomine Τύμνεω, auctius diſticho, quo duæ disjunctæ partes conjunguntur, Θηκτὸν δ' ἐν προβολᾷ θεμένα ξίφος, εἶπεν, ὀδόντα Ὀξὺν ἐπιβρύχουσ' οἷα Λάκαινα γυνά· tum, ultimum ita, Ἔῤῥε κακὸν σκυλάκευμα, κακὰ μερὶς ἔῤῥε ποθ' ᾅδαν· Ἔῤῥε· τὸν οὐ Σπάρτας ἄξιον ἐτρέφομες: apud Brunckium Analect. Tom. I. p. 505. cujus eſt animadverſio Tom. III. p. 119: cui adhibeatur Ruhnkenius Epiſt. Crit. I. p. 69. ſeq. Aliud eſt in eamdem rem Epigramma Erycii ibidem Antholog. III. 5. 12. p. 289: aliud item Antipatri Theſſalonicenſis editum a Kuſtero ad Suidam voce Ἄρης, tractatum a Ruhnkenio ibidem. His omnibus in locis nullum nomen matris, unice filii nomen Δαμάτριος proditur. Cæterum in hoc Plutarcheo loco pro τὸ δ' ἐπίγραμμα ἐπ' αὐτῆς τόδε Harleianus dat ἐπιγράψασα· idemque et Venetus novum caput huic ſubjiciunt, Ἄλλη τὸν υἱὸν ἐν παρατάξει πεσόντα (omiſſum ἀκούσασα) ἔφη, Δειλοὶ κλαιέσθωσαν κ. τ. λ. diſtichon ſcilicet poſtremum Epigrammatis ſupra appoſiti p. 235. A.

p. 241. A. ΛΑΚΑΙΝΩΝ ΑΔΗΛΩΝ.] Lemma ipſi addidimus : eadem cauſſa qua alii addiderant p. 232. D. Laconum ignotorum Apophthegmatibus.

241. A. α′.] De hoc proxime diximus 240. F.

241. A. β′.] Eodem exemplo eſt mox ι′. de incerto. Teles apud Stob. Flor. CVI. p. 576. ita refert, " Κακὰ " φαμὰ τεῦ κακκέχυται· τὺ ὦν ἢ ταύταν ἀπότριψαι, ἢ μηδ' ἁμῖν φάνευ·" τῦτο δέ ἐςιν ἄπαγξαι. Plura cognoſcantur apud Valckenarium ad Theocritum p. 259.

241. B. γ′.] Teles ibidem de una matre narrat : Καὶ ἐκείνη δὲ πάλιν ἡ Λάκαινα ὡς γενική· φυγόντων γὰρ αὐτῆς τῶν υἱῶν ἐκ τῆς μάχης, καὶ παραγενομένων πρὸς αὐτὴν, " Ποῦ," φησὶν, " οἱ καταφεύγοντες ; ἢ δεῦρο καταδυσόμενοι ὅθεν ἐξέδυτε ;" ἀνασυραμένη καὶ δείξασα αὐτοῖς· elegans breviloquentia in fine : quam item retinent hoc loco quidam codices. Idem Perſidum fertur factum apud Plutarchum De Virtut. Mulier. p. 246. A. et alios.

241. B. δ′.] κακάγγελον dat etiam Harl. item ἄμμιν.

241. B. ε′.] Eodem exemplo eſt dictum κα′. mox p. 242. A. Vocem συνοδίαν notavimus p. 48. B.

241. C. ς′.] In eodem genere, conſtantia Lacænarum ad nuntium Leuctricæ cladis narratur in Vita Ageſilai p. 612. D.

241. C. ζ′.] Eamdem rem narrat Teles apud Stobæum ibidem p. 576 : καὶ ἄλλη πάλιν ἀπαγγείλαντος αὐτῇ τοῦ κήρυκος (ὅτι addendum) ὁ υἱὸς ἐν τῇ παρατάξει τετελεύτηκε, " Ποῖός " τις," ἔφη, " γενόμενος ;" ἀνὴρ ἀγαθὸς, ὦ μῆτερ· " Εὖ γε, ὦ " τέκνον, φησί· τούτου γὰρ ἕνεκά σε, φησὶν, ἐγέννησα, ἵνα χρήσι- " μος καὶ βοηθὸς ἦσθα τῇ Σπάρτῃ." Οὐκ ἔκλαιε καὶ ἐδυσπάθει· ἀλλὰ καὶ ἀκούσασα, ὅτι εὐψύχως, ἐπῄνεσε. Cicero Tuſc. I. 43 : *Qualis tandem Lacæna ? quæ cum filium in prælium miſiſſet, et interfectum audiſſet, " Idcirco," inquit, " genue- " ram, ut eſſet qui pro patria mortem non dubitaret occum- " bere."*

241. D. η′.] Serinus apud Stobæum Flor. LXXIII. p. 448 : ἡ Λάκαινα πρός τινα Ἰωνικὴν, δείξασαν αὐτῇ τὸν κόσμον, ἀντεπέδειξε τὰ τέκνα, εἰποῦσα, " Ὁ δὲ ἐμὸς κόσμος τοιοῦτος." Vulgo legitur ἀντεπέδειξε.

241. D. θ'.] Geminum vidimus modo β'. item Valckenarius tractavit ad Theocrit. p. 259. corrigens et ipſe ἐπὶ τῆς ξένης. Harleianus locum omittit.

241. D. ι'.] De Pædareto diximus p. 231. A. 191. F: hunc item locum tractavit Valckenarius ad Theocrit. p. 261.

241. E. ια'.] Ad exemplum antecedentis formata res.

241. E. ιβ'.] Hoc ut ex Dionis Chriis exſtat apud Stob. Flor. VII. p. 88: *Λάκαινα γυνὴ τοῦ υἱοῦ αὐτῆς ἐν παρατάξει χωλωθέντος καὶ δυσφοροῦντος ἐπὶ τούτῳ, "Μὴ λυποῦ τέκνον, εἶ-"πεν· καθ' ἕκαςον γὰρ βῆμα τῆς ἰδίας ἀρετῆς ὑπομνηθήσῃ."* Alexandrum filium dixiſſe Philippo patri narrat Plutarchus De Fort. Alex. p. 331. B: *τοῦ δὲ πατρὸς Φιλίππυ λόγχῃ τὸν μηρὸν ἐν Τριβαλλοῖς διαπαρέντος, καὶ τὸν μὲν κίνδυνον διαφυγόντος, ἀχθομένυ δὲ τῇ χωλότητι, Θάῤῥει πάτερ, ἔφη, καὶ πρόϊθι φανερῶς, ἵνα τῆς ἀρετῆς κατὰ βῆμα μνημονεύῃς.* Et in Romanis fertur, ut novimus e Cicerone De Oratore II. 61: —*Sp. Carvilio graviter claudicanti ex vulnere ob Rempublicam accepto, et ob eam cauſſam verecundanti in publicum prodire, mater dixit, Quin prodis, mi Spuri? quotieſcumque gradum facies, toties tibi tuarum virtutum veniat in mentem.*

241. E. ιγ'.] Eſt fere interpretatio antecedentis.

241. F. ιδ'.] Item, pro *ἐν γελοίῳ*, rectius fit *ἐπὶ τῷ γελοίῳ*.

241. F. ιε'.] Habet Stobæus ibid. p. 88. ut Gorgus, uxoris Leonidæ, ex Ariſtotelis Chriis: *Γοργόνη Λακεδαιμονία, Λεωνίδυ γύνη, τοῦ υἱοῦ αὐτῆς ἐπὶ ςρατείαν πορευομένυ, τὴν ἀσπίδα ἐπιδιδοῦσα εἶπεν, Ἢ ταύταν, ἢ ἐπὶ ταύτας·* i. e. *Aut clypeum hunc reporta, aut in eo reportare*, vel mortuus vel vulneratus. *Γοργὼ* fuit nomen mulieri, ut notavimus p. 145. E. 225. A. 240. D. Ut Inſtitutum ſolenne Spartanorum a compluribus Veterum memoratur, quorum locos dedit Meurſius Miſcell. Lacon. II. 2. p. 97. quibus addatur Valerius Max. II. 7. Ext. 2: —*maternarum blanditiarum memores (Lacedæmonii), quæ exituros eos ad prœliandum monebant, ut aut vivi cum armis in conſpectum earum venirent, aut mortui in armis referrentur.* Blandus apud M. Senecam Suaſoria II. p. 14: *Referam præcepta matrum?*

Aut in his, aut cum his; Minus turpe eſt, a bello inermem reverti, quam armatum fugere. Veram eſſe ſcripturam ἢ τὰν, ἢ ἐπὶ τᾶς non dubium eſt: quod diſputanti Dukero ad Thucydidis Scholiaſten p. 629. tandem probatum eſt: ad aliam ſententiam convertit Cyrillus Alex. Adv. Julian. IV. p. 134. C: ἢ τὰν, ἢ ἐπὶ τὰν ἰέναι· *vel ad virtutem, vel ad pravitatem abire.*

241. F. ιϛ'.] Eſt imitatio antecedentium ιϛ'. et θ'. Harl. et Venet. σου dant pro σοι: item ἢ ταύταν σῶζε, ἢ μὴ ἔσο.

241. F. ιζ'.] βῆμα προθεῖναι, *gradum addere*, in re militari frequens dictio fuiſſe videtur ex Polyæno II. 3. 4. III. 9. 27. Brevibus uſos gladiis Spartanos cognovimus p. 216. C. 191. E. item e Cragio IV. 3. p. 392.

p. 242. A. ιη'.] περὶ δὲ τοῦ ἑτέρου mutandum videtur in περὶ δὲ τοῦ ἑτέρας, *de filio alterius mulieris*; vel περὶ δέ τευ ἑτέρου, *de quodam alio.*

242. A. κ'.] Narratio compoſita ad exemplum de Xenophonte proditum, de quo diximus ad Conſolat. Apollon. p. 118. F.

242. B. κα'.] Conformata hiſtoria ad ſimilitudinem ſuperioris ι'. p. 241. B.

242. B. κβ'.] Verboſum pro Laconica brevitate. In eodem vitio ſunt quædam horum Apophthegmatum capita, veluti Acrotati p. 216. E: Ageſilai οζ'. p. 214. E.

242. C. κδ'.] Notavimus p. 140. C.

242. C. κε'.] Legendum προενεγκαμένη, quod unus T. præbet: de confuſione iſta egimus p. 220. F. Additur cauſſæ redditio frigida, et ſine dubio corrupta, quam non emendes τῇ εὐσχημοσύνῃ omittendo cum Harl. ut accipiatur in recto caſu τὸ ἄσχημον προσπεσὸν, *metus indecori magnitudinem dolorum vicit.*

242. C. κη'.] Factum ad formam dicti λϛ'. Laconum Incertorum p. 234. C.

242. C. κθ'.] Priorem partem refert Stobæus Flor. XIII. p. 147: Ἡ Λάκαινα πωλουμένη, πρὸς τὸν ἐρόμενον τί ἐπίσταται, Ἐλευθέρα, ἔφη, εἶναι. Tota narratio conformata eſt ad exemplum λε'. Laconum Incertorum p. 234. C. Ver-

ſ'to ἐξήγαγεν ἑαυτὴν, *ſe ipſa interfecit*, ſignificatur εὔλογος ἐξαγωγὴ Stoicorum, quorum in diſputationibus de hoc argumento exemplum Laconicum frequens fuiſſe apparet ex Epicteto Diſſert. I. 2. p. 12, 13.

FINIS VOL. VI.